






15032. V. O. e. 1.

✓





S. CAROLI BORROMÆI
ARCHIEPISCOPI MEDIOLANENSIS
S. R. E. CARDINALIS

MONITIONES
ET
INSTRUCTIONES
QUAS

IN CLERI SUI USUM
CELISSIMUS PRINCEPS

CAROLUS

E COMITIBUS AB HERBERSTEIN

EXEMPTÆ CATHEDRALIS ECCLESIAE

LABACENSIS EPISCOPUS

RECUDENDAS MANDAVIT

EDITIO

S. CAROLI BORROMÆI

ET

S. FRANCISCI SALESII

EPISCOPI

APOPHTEGMATIS

ORNATA.

LABACI

Impensis Michaelis Promberger, Inclytæ Prov. Carniol.
Bibliopolæ. MDCCCLXXIII.



S. CAROLI BORROMAE

ARCHIEPISCOPI MEDIOCRANENSIS

S. R. E. CARDINALIS

MONITIONES

ET

INSTRUCTIONES

6042

IN CLERI SUI USUM

CHRISTIANUS PRINCEPS

CAROLUS

E. COMITIBUS AB HIERONYMO

REVERENDIS CATHEDRALIS ECCLESIAE

LABACENSIS EPISCOPO

RECEPIT MANDATUM

F 147 000000 = N1

S. CAROLI BORROMAE

ET

S. FRANCISCI SALESI

EPISCOPI

APOPHTHEGMATIS

ORNATA

LABACI

Impensis Nicolaei Frommbergi, Typogr. Carol.
Nicolaei MDCCLXXII

EXHORTATIO AD CONFESSARIOS.

Perpendimus sæpe nobiscum, & cum doctis piisque viris sæpe contulimus. undenam fiat, ut infelici hoc nostro ævo non infrequens sit multorum ad Sacramenta accessio, qui tamen aut plane nullum. aut admodum exiguum ab eis fructum reportant.

Nulli sunt, aut sane quam paucissimi, qui non sæpius in anno ad Sacrum pœnitentiæ tribunal non accedant; sed interea quænam apparet mutatio morum? quænam vitæ reformatio? an non videmus eadem vitia ubique grassari, & fortasse etiam augeri? ubique concessationes, crapulæ, ebrietates, & quam plurima alia ex his nascentia vitia. Luxus crescit, non sine magna familiarum pernicië: Amantur spectacula, & ludi cum dissipatione totius substantiæ, negligitur prolium educatio, deridentur Sanctorum exempla, fides deficit, vana præsumptio locum tenet spei, & fiduciæ christianæ, charitas Dei, & proximi quotidie magis refrigerat, & Sancta Religionis exercitia aut negliguntur pœnitentis, aut interna, ac debita pietatis forma destituuntur, & quod sanguineis plane lacrimis deplorandum est, Sacra catholicæ fidei Mysteria aut a rudibus ignorari videmus, aut a Sciolis quibusdam, & quod pejus est, etiam a vanis mulierculis in quotidianis colloquiis inaudita temeritate indubium revocari, vel irreligiose contemni.

Proh dolor! quomodo conciliari potest tanta morum corruptio cum hac, quam videmus, Sacramentorum frequentia; ut vere dici possit, numquam fortasse fuisse tam crebras hominum confessiones, & numquam tam raras cordis conversiones; nisi quod illud

timendum est, quod sua ætate dolebat S. Augustinus dicens: (tractatu XXVI. in Joan. Num. II.) *quam multi sunt, qui de altari accipiunt, & moriuntur, accipiendo moriuntur!*

Ut gravissimo huic malo, quod torrentis instar ubique exundat, necessaria repagula pro viribus nostris opponamus, maxima vobis, Dilectissimi, qui in confessionis tribunali sedentes, non solum iudicis, sed Doctoris, ac Medici personam sustinentis, cura adhibenda est, ne Sanctissima Ecclesiæ Sacramenta ab indignis Sacrilego ore profanentur, & ibi inveniant pestiferæ mortis venenum, ubi speranda erat suarum ægritudinum medicina.

Videte, ne vestra culpa id fiat, & nimia, ac intempestiva indulgentia, qua nihil crudelius esse potest, vulnera non solum non curentur, sed plane insanabilia fiant; ut enim agebat olim in simili causa S. Martyr Cyprianus (in Libro de lapsis) qui *peccatum blandimentis adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat.*

Dubitari certe minime potest, magnam Sacrilegarum confessionum causam persæpe esse Sacrorum ministrorum negligentiam, aut conniventiam, qui de necessariis pœnitentium dispositionibus minime solliciti absolutiones incredibili prodigalitate largiuntur, quo fit, ut tam multi ore confiteantur, & numquam corde convertantur, ut eadem semper vitia regnent, immo & augeantur, & mundus quotidie in deterius ruat. Certo non daretur tanta facilitas peccandi, si non esset tanta facilitas absolvendi.

Non ii nos sumus, qui nimium, ac intolerabilem rigorem, aut amemus, aut aliis inculcare velimus, quo fideles a via mandatorum Dei absterreantur; immo omnes in Domino hortamur, atque obtestamur, ut infirmitatibus humanis compatiantur. *Quis infirmatur, dicamus cum Apostolo, & ego non infirmor?* In hoc maxime christianæ charitatis signa exhibere debe-

hemus, ut peccatores ad nos accedentes toto cordis affectu excipiamus, parati eorum vulneribus opportuna, & salutifera medicamenta adhibere. Sed quotidiano rerum usu satis edocemur, multo facilius, atque frequentius nimia indulgentia, quam nimio rigore peccari. Multa plane sunt, quæ nos ad nimiam erga peccatores indulgentiam inclinant, nihil prorsus quod nimium suadeat rigorem. Quamobrem etsi ab utroque extremo declinandum est, mediaque via tenenda, magis tamen a nimia laxitate nobis timendum est, ad quam & natura ipsa, & omnes fere circumstantiæ nos quasi violenter rapiunt, quam a nimia severitate, quam nonnisi inviti, & repugnantes exercere valeamus.

Sed in hoc sæpe fallimur, quod contra *Rigorismum* elata voce clamemus, nec tamen, quid *Rigorismus* proprie sit, ullo modo cognoscimus. Quidam etenim sunt, qui sanioris Ethicæ cultores invidioso *Rigofistarum* nomine infamare audent, dum ipsi neglectis veræ Theologiæ principiis, nempe Sacris litteris, conciliorum, Summorumque Pontificum oraculis, Sanctorum Patrum, graviorumque Scholæ Doctorum auctoritate & uni fallacissimo rationis lumini adhærentes, indamnabilis laxitatis cœno volutantur. Porro si relictis impuris quorundam casuistarum rivulis, ad puros ipsos doctrinæ Moralis fontes accedamus, vanum hoc *Rigorismi* spectrum, quo multi deterrentur, facile evanescet. Sed hoc opus, hic labor. Haud difficile est brevem aliquem casuum compilatorem percurrere; facillimum autem vulgaribus hominum sententiis sine ullo gravi examine adhærere, aut levibus ratiunculis assentire. Sed operosum, & molestum plures, grauesque auctores consulere, Spissa Theologorum, Sanctorumque Patrum volumina evolvere, Scripturas Sacras continuo versare, & legem Domini diu noctuque meditari; sed quo hæc diffi-

ciliora, eo magis necessaria, ut veram, omnibusque numeris absolutam Theologiæ Moralis scientiam consequamur.

Magnum est, mihi credite, Dilectissimi, & perdifficile Confessarii munus, quod a Sanctis Patribus Basilio magno, & Gregorio Nazianzeno *ars artium* merito nominatur. Ars, quæ nonnisi longo studio, magnaue diligentia probe addisci, & rite exerceri potest. Immo nec studium admodum proderit, nisi jugibus, ac fervidis precibus omnem ad Divini luminis gratiam impetrandam conatum adhibuerimus. Tot enim, ac tantæ aliquando se se offerunt difficultates, ut etiam docti, & periti, nisi Divina Spiritus Sancti ope fulciantur, cespitent, & labantur; insuper risu plane, vel potius lachrimis digni sunt, qui Theologiam Moralem aut cognitu brevem, aut exercitio facilem reputant. Hinc non possumus non vehementer mirari, cum aliquos videmus vix ad Sacerdotii gradum promotos juvenes, ac inexpertos, aut se ipsos offerre, aut a suis Superioribus præsentari, ut fidelium confessiones audire valeant. Optamus quidem, & majorem in modum optamus, multos esse in Ecclesia Ministros, & etiam Dominum messis identidem rogamus, ut Operarios mittat in agrum suum; sed Operarios sedulos, & diligentes, repletos zelo, sed secundum scientiam, testimonium habentes bonum, & qui potentes sint alios in doctrina sana instruere.

Nos certe rei gravitatem, juxta ac difficultatem serio perpendentes, & salutis gregis, quem nobis pascendum Dominus dedit, quantum possumus providere volentes, inter præcipuas Pastoralis nostræ sollicitudinis curas hanc reputabimus, ut nemini prorsus sive ex Sæculari, sive ex Regulari Clero facultatem audiendi confessiones largiamur, nisi eum juxta Sacro-sanctæ Synodi Tridentinæ sanctiones (Sess. XXIII. cap. XV. diligenti præmissis examine tanto

muneris idoneum invenerimus; & insuper nisi constiterit, eum vitæ probitate, morumque Sanctimonia ita commendari, ut tuto ei animarum, quas Christus Dominus suo sanguine redemit, cura committi possit.

Qua in re nemo sibi vel consuetudine, vel aliquo alio prætextu blandiatur, se esse ab examine eximendum: immo omnes sciant, se a nobis talem facultatem non obtenturos, nisi ad certum temporis intervallum, quo elapso tenebuntur singuli pro facultatis renovatione se sistere, parati, si id necessarium judicaverimus, novum examen subire. Persæpe enim contingit, ut qui debitam scientiam acquisiverunt, temporis progressu desides facti eorum, quæ antea sciverunt, obliviscantur.

Hanc porro nostram determinationem nemo certe culpabit, qui vel leviter consideret, quantam Deo judici severissimo reddituri simus rationem, si in re hac, a qua maxime animarum Salus æterna pendet, minus diligentes, ac providi fuerimus. Ille enim non a Confessariis solum, sed a Nobis ipsis sanguinem requireret ovium deperditarum, si nostra culpa factum esset, ut Ministri debita scientia, pietate, prudentia, discretione, caritate, & patientia destituti eis præficerentur.

Sed & illud postremo loco Confessariis inculcandum ducimus, ut in necessarias Pœnitentium dispositiones inquirant, nec facile ab iis se decipi patiantur; ne forte sine debita animi præparatione ad Sacramenta accedentes magis coinquinati discedant; & falso putantes se esse Sacerdotis verbis absolutos, apud Deum majoribus vinculis obstricti inveniantur. Non itaque faciles sitis in absolutionibus impertiendis; sed prius attente observate, an Pœnitentes ea calearant, quæ sciri, & credi ab unoquoque necessario debent; tum an diligens peccatorum examen præmiserint; an ea sincere, & integre in confessione ex-

posuerint; potissimum autem, an verum corde conceperint dolorem, sinceramque detestationem præteritarum culparum, firmumque habeant propositum non peccandi de cætero, sine quo dolore, & proposito nulla prorsus ratione possunt eis peccata remitti; qua in re utpote summe necessaria eo major diligentia adhiberi debet, quo facilius solent Pœnitentes & seipsum & Confessarios decipere.

Porro hujus doloris, ac propositi signum minime dubium est mutatio morum, vitæ emendatio, fuga occasionum, & omnium mediorem usus, quibus possimus Divinæ justitiæ pro peccatis præteritis satisfacere, & ab iis in posterum abstinere. Quamobrem si hæc veræ conversionis signa desint, non pigeat tamdiu absolutionem differre, quousque de recta Pœnitentium dispositione prudenter certi esse possitis. Nulla tamen verborum asperitate ii rejiciendi sunt, quos minus recte dispositos esse judicaveritis; sed in Spiritu lenitatis, & qua decet caritate sunt complectendi, eisque ostendenda differendæ absolutionis necessitas; ostendendum insuper, eos esse fraudibus Dæmonis deceptos, cum putant, se vere pœnitere de peccatis, cum tamen non habeant nisi parva quædam doloris initia, & nonnisi quamdam non peccandi de cætero velleitatem.

Verendum est etiam, ne in aliquibus talis ignorantia sit, ut putent, satis esse ad hoc Sacramentum rite percipiendum, si commissa peccata quomodocumque coram Dei Ministris aperiant; qui tam crassus error quamvis per se incredibilis videatur, ex praxi tamen quorundam Fidelium, qui confessiones, & peccata sine ulla vitæ emendatione alternant, suspicari licet, an reipsa in eorum animis resideat. Sed ut ut res sit, illud certum est, non esse facile iis fidendum, qui pœnitere se dicunt, nulla tamen exhibent conversionis signa, & in peccata iterum prolabuntur. Ini-

tia doloris fortasse habent, verum dolorem non habent, & adhuc in eis dominatur peccatum. Cor vellet ad Deum converti, sed adhuc cupiditatibus terrenis tenetur obstrictum. Adjuvandi sunt isti, & opportunis propositis remediis ad veram pœnitentiam adducendi, ut conversio gratia Dei jam inchoata, majore gratia accedente crescat, & perficiatur. Potissimum autem eis inculcandæ sunt juges, ac ferventes ad Deum preces, quibus opem Divinam ad id necessariam consequentur.

Quod autem generatim de omnibus peccatoribus diximus, maxime observandum erit in iis, qui perversa peccati alicujus consuetudine continentur, qui inimicitias, vel odia in cordibus foveant, qui ad rei alienæ, vel etiam famæ restitutionem tenentur, vel qui in occasionibus proximis peccati versantur. Istitis enim absolutio tam diu differenda est, quousque constet eos Deo, & hominibus satisfecisse; nempe pravas consuetudines radicitus evulsisse, esse cum suis inimicis exterius, interiusque reconciliatos, rem alienam, vel famam, quantum in se est, vel restituisse, aut restituere paratos, & omnes peccandi occasiones procul a se removisse.

Denique magna est etiam cum iis diligentia adhibenda, qui fidei mysteria vel ignorant, vel non firmiter credunt, aut de iis non credendis gravem præbent suspicionem. Isti enim sunt in Spiritu caritatis instruendi, eorum dubia solvenda, & puritas fidei consolidanda, antequam ad absolutionis beneficium admittantur. In quibus omnibus magna, ut videtis doctrina, prudentia, caritas, ac patientia requiritur.

Sed nimium nostra ex cresceret exhortatio, si cuncta, quæ ad rite administrandum Pœnitentiæ Sacramentum necessaria sunt, singillatim exponere vellemus. Ad hæc plene, perfecteque cognoscenda multi, & præclari præsto sunt libri, quorum lectionem vobis

etiam atque etiā commendamus. Selegimus autem inter cæteros laudatissimas Sanctorum Caroli Borromæi, & Francisci Saleſii Inſtructiones, quas veſtro commo-
do de novo typis cūdi curavimus, quasque in manibus omnium noſtræ Diceceſis Confeſſariorum eſſe volumus, ut poſt Sacras Litteras, quarum lectio, ac meditatio aſſidua eſſe debet, in his præclaris utriusque Sancti monitis operam, ſtudioſumque collocetis.

Deus ter Optimus Maximus vobis gratiam ſuam concedat, ut hoc ſanctiſſimum, ac ſaluberrimum Sacramentum Pœnitentiæ, quod eſt ſecunda poſt naufragium tabula ad ſalutem æternam conſequendam, & digne vos ipſi ſuſcipiatis, & rite, ac cum fructu aliis adminiſtretis. Amen.



AD LECTOREM.

*I*nstructionum Pastoralium Sanctissimi Mediolanensium Antistitis Caroli Borromæi præstantiam celebrare esset, opinor, supervacaneum. Cui enim in Ecclesiæ historia vel mediocriter versato ignotum esse potest, pientissimum Præsulem in id vebementissime incubuisse, ut pessumdatam perversitate temporum Ecclesiasticam disciplinam erigeret, atque constabiliret? Cognovit ipse profecto Tridentinorum Patrum, qui veteres Canones revocatos optabant, sapientiam, atque ea de causa toto Archiepiscopatus sui tempore, quacunque alia cura seposita operam dedit, ut tam sanctum, tamque proficuum desiderium in amplissima saltem, nobilissimaque sua Dioëcesi expleretur.

Neque vero tanto flagravat veteris disciplinæ amore, ut in gravissimo hoc negotio prudentiæ leges
post-

possideret. Antiquos certe Christianorum mores
e sacris Conciliorum Canonibus, e Pontificum decre-
tis, e Patrum lucubrationibus, cæterisque Ecclesiæ
monumentis singulari diligentia erutos exploravit:
ex iis vero id solum revocandum esse existimavit,
quod moribus sui temporis cum non valde repugna-
ret, communi vivendi rationi non quidem prorsus
evertendæ, sed sensim perficiendæ esset opportunum.
Qua in re luculentissimum tum sapientiæ, tum san-
ctitatis specimen dedisse testati sunt primores, & a
doctrina, & a pietate illustres Ecclesiæ Præsules,
quibus nil visum est Ecclesiæ rationibus posse ma-
gis conducere, quam si ad Borromæi sanctiones se
ipsos in regendis populis componerent. Longum es-
set eos singillatim dinumerare, qui de actis Ecclesiæ
Mediolanensis Clericis suis multa honorifice prædica-
runt; quique ea omnia, quæ in eo volumine statuta
leguntur, quantum per Regionum varietatem lice-
bat, in suas Dioëceses introduxerunt. Satis erit,
quod ad rem nostram facit, memorare Generales
Cleri Gallicani Conventus, Belgicos Episcopos, &
ipsius Summi Pontificis Innocentii XII. in Romana
Urbe Vicarium Casparem Carpineum Romanæ Ec-

clesiæ Cardinalem, qui omnes publico decreto leges administrandi Sacramenti Pœnitentiæ a quibusdam licentioribus, quam par erat, Scriptoribus proculcatas, e Divi Caroli hac de re instructionibus hauriendas esse statuerunt: quo factum est, ut Borromæi instituta magnam in Ecclesia auctoritatem nacta sint, habeanturque ad instaurandam, servandamque eam, qua Ecclesia regitur, disciplinam aptissima.

Cum itaque tantorum virorum exempla æmulatus Celsissimus Labacensis Antistes Carolus e Comitibus ab Herberstein decreverit Clericis suis normam quandam ob oculos ponere, quam cum in vita, tum in potioribus sacris rebus tractandis respicerent, mandaveritque ea de causa, ut quæ Borromæus de Clericalis vitæ institutione, de concionatorum officio, de pœnitentiæ, Eucharistiæque dispensatione, deque infirmorum cura conscripsit, una cum sermonibus habitis in sex conciliis provincialibus typis hîsce excudantur, nihil prætermisimus, quod ad editionis emendationem conferre existimavimus.

*Id unum restat nobis optandum, ut tam Clerici
quam Sacerdotes nostri, & curam animarum habentes
ex instructionibus istis ad acta Mediolanensis Eccle-
siae, unde ea decerpta sunt, sedulo pervolvenda exci-
tati possint in Divina gloria magno cum Ecclesiae,
reique publicae emolumento propaganda totis viri-
bus elaborare.*



hoc volumine continentur.

	Pag.
Vita S. Caroli Borromæi ab Auguftino Valerio Cardinali Veronenfi confcripta ad Anto- nium Carafam Cardinalem.	
Epiftola Caroli a Basilica Petri, Presbyteri Me- diolanenfis ex congregatione Clericorum Regularium S. Pauli decollati, ad P. F. Ludovicum Granatensem, de obitu S. Caroli Borromæi.	57
S. Caroli Borromæi Monitiones ad Clericos, & Sacerdotes.	75
Ejusdem instructiones Pastorales tripartitæ, quas fubjectis notis illustravit celeberrimus Theologiæ Doctor Franciscus Sylvius a Brania Comitis, Regius in Academia Duacensi Profeflor, & Episcopalis Semi- narii Provinciæ Cameracensis Rector.	99
Pars I. de prædicatione verbî Dei.	103
Pars II. de adminiftratione Sacramenti Pœni- tentiaæ.	189
Pars III. de adminiftratione Sacramenti Eucha- riftiaæ.	249
Ejusdem Edictum pro Sacra Ordinatione	301

Appendix complectens alias ejusdem instructiones de Sacramento Pœnitentiæ, & de visitatione, & cura infirmorum. 315

Ejusdem Orationes VI. habitæ in sacris Conciliis provincialibus. 403

Ejusdem Apophtegmata 463

S. Francisci Salesii Apophtegmata. 529





CAROLI

CARDINALIS

BORROMÆI

VITA.



Quæ est naturæ humanæ perversitas, ut, quæ imitari nos posse diffidimus, falsa putemus, aut debita laude defraudemus.

Sic invidia virtutis hostis perpetua iudicium pervertit, & superbia vitiorum omnium mater virtutem obscurare nititur. De illis, qui ex hac corporis custodia egressi sunt, posteritas recte iudicat, res ab illis egregie gestæ tunc commemorantur libenter, quia nemo, qui vivit, inde vel minimam estimationis jacturam facere potest. Quis enim cum mortuo contendat? Quis mortuo invidet? Quis a mortuo ullo in genere laudis superari moleste ferat? Caroli Cardinalis

S. Car. Instr. Past.

A

Bor-

Virtutes
S. CARO-
LI.

Borromæi vitam & mores explicans, variarum virtutum exemplar proponam. Nobilibus viris veræ nobilitatis formam indicabo; Episcopis pastoralibus ejus virtutibus stimulus injicietur; Cardinalibus singulis exempla egregia proponentur. Sanctus Bonaventura Cardinalis in Concilio Lugdunenſi a Petro Tarantasio Cardinali Ostienſi, qui Pontifex Maximus creatus, INNOCENTIUS V appellatus est, fuit laudatus. Inde nobis relictum exemplum est, ut Cardinales illi, qui virtutum specimen reliquerunt, ad eorum imitationem excitandam, qui vivunt, & qui consecuturi sunt, laudentur. Cum egregia nobilitate humilitas. Cum contemptu rerum externarum animi celsitudo. Cum magna hilaritate castigatio corporis perpetua, Sacrarum literarum studium assiduum. Cum variis & maximis negotiis invictus animus mira humanitate temperatus. Mortis contemptus cum interiore gaudio. Charitas eximia erga pauperes indicia declarata plurimis cum vitæ etiam periculo. Prædicationis studium meditationibus & precibus assiduus enutritum. Pascendarum animarum excellens quædam ars. Synodorum faciendarum documenta præclara. Quid moramur? Virtutum omnium specimen nobilibus viris cujuscunque ætatis, Episcopis, & omnibus, quibus animarum cura est credita; Cardinalibus imprimis affert Caroli Cardinalis vita, quæ sine ullo fuce, sine verborum lenociniis explicanda est, ut debitus honor totius sanctitatis Auctori Deo tribuatur. Ut, qui vivens adhuc fœcundam

per-

perniciem, invidiam virtutis præstantia superaverat, profit etiam mortuus Ecclesiæ Dei; aliqui nostrum non habeamus, unde ignaviam excusamus nostram, qui tam longe a præstantissimi viri, cujus sermonibus longo tempore frui licuit, virtutibus absumus.

Comitum Borromæorum familiam, Me- Genus.
diolani in nobilissima illa civitate in primis
florentem, ignorat nemo. Vitaliana quoque
Gens Patavii pervetusta est, & quidem ex
utriusque stirpis genere Caroli nostri Majores
originem duxerunt. Est etiam nobilitatis
laus quædam, nimirum quod est veluti
stimulus ad virtutes, & deterret maxime homines,
ne in illam infamiam incidant, ut a majorum
suorum virtute degenerare videantur. Pietatis
Borromææ familiæ præcipua laus fuit, & sinceræ
Religionis, Mores pueri. cujus
Carolus adhuc puer ita fuit studiosus, ut in
conficiendis altaribus pueritiæ suæ tempus
fere totum consumeret, cum interea parentibus
& magistris obediens, & dicto obsequens valde
esset. Senilis quædam in eo apparebat prudentia,
ita ut ejus æquales illum venerarentur. Giberto
patre viro forti, & honorato, & matre Margarita
ex Medicea familia est genitus, quæ Joannis
Angeli Medicei, qui postea PIUS IV Pontifex
M. est dictus, & Joannis Jacobi Marginali
Marchionis soror. In ea constans & virilis
animus fuerat, cujus exemplum in omni sua
vita Carolus filius, ut strenuus Christi miles
in christiana militia, & egregius

gius Gubernator in gubernatione ecclesiastica se ostendit. A natura hujusmodi duxerat ingenium, ut minus velle, minus appetere, quidquid velle, quidquid appetere sibi in animum induceret. Quare sibi omni studio conandum saepe dicere consueverat, ut assuesceret velle, quod laudabile esset, & appetere, quæ sua natura appetenda sunt; sibi enim timendum valde censebat, si a recto virtutis tramite deflectere cœpisset, in maximas se prolapsurum calamitates. Quam sapientiam adolescentis utinam multi senes imitarentur!

Studia &
honores.

Ticini aliquot annos Juri Civili, & Canonico operam dedit, charus æqualibus, senibus admirabilis, acceptus omnibus. Vigesimalium tertium annum agebat, cum Joannes Angelus ejus avunculus ad summi Pontificatus fastigium evehctus est. Cum autem primum Romam venisset, in sacrum Cardinalium Collegium cooptatus, & Mediolanensis Archiepiscopus creatus est. Nemo enim unquam avunculus magis sororis filium quempiam non modo dilexit, sed insolito quodam honore prosecutus est, ut PIUS Carolum dilexit, & honoribus variis affecit. Profecto ita se res habet. Nihil est modestia amabilius, & nihil quidpiam humilitate sublimius explicari potest. Honores plerumque fugientes sequuntur, avide illos appetentes fugiunt. Hortabantur plerimi Carolum, ut Sacerdotia pinguiora peteret, ut rei familiari, & redditibus augendis studeret. Qui cum responderet, se satis divi-

Ejus modestia.

divitem futurum, si Deum timeret, & si nosset uti illis, quæ sua sponte pro sua benignitate ejus avunculus Christi Vicarius illi donaverat: PIUS animi moderationem admirabatur, & in dies magis ejus in Carolum amor augebatur.

Sanctæ Sedis Apostolicæ negotia præcipua & maxima Carolus tractabat egregia fide, & singulari diligentia. Principum Legatos audiebat, negotiorumque omnium summam ad Pontificem summum bis in die referebat. Neminem ipse unquam decepit, nunquam ullum pollicitationibus, & inani spe lætavit. Illa ætate florente in tanta rerum copia, blandientibus & adulantibus quam plurimis, cum maxime transgredi posset, non est transgressus. In nullam vel minimam incontinentiæ suspicionem incidit, quia maxime omnium peccandi occasiones fugit. Singulas diei horas recte collocare novit, ita ut omnium virtutum exemplar extiterit, & ejus domus Seminarium præstantissimorum hominum habitum sit & nuncupatum. Et aliqua noctis pars in optimarum literarum studiis cum doctis viris, & intimis nonnullis familiaribus ingenio præstantibus collocabatur, ut omnino otium incontinentiæ & peccatorum omnium fomes tolleretur, illa ipsa honesta oblectatione molestiæ, quas varia negotia conjunctas habent, condirentur. Nihil temporis diurnis negotiis detrahebatur, sed somno, & quieti, quare, & Noctes Vaticanas appellari placuit. Et ipse cum Romæ apud Car-

Ejus dexteritas & fidelitas.

Continentia.

Tempus diurnum & nocturnum utiliter collocat.

Noctes Vaticanæ.

Earum
materia.

dinalem Navagerium avunculum meum viderem eo tempore, cujus memoria in omni vita mihi jucunda futura est, in eorum numero, qui optimi Cardinalis familiaritate utebantur, fueram. Sapienti juvene, Cardinali optimo, & Pontificis sororis filio dignum institutum, sic vitam suam informare, sic tempus dividere, ut quotidie aliquid discat, ut invidiam, quæ virtutis, & prosperitatis est inimica, superet, ut omnem maledicendi occasionem adimat. Tractabantur quæstiones quædam civiles aulica quadam & eleganti oratione; in quibus tractandis non minimum studium adhibebatur: acuebatur ingenium, facultatem dicendi unusquisque sibi comparabat. Seria jocos miscbantur. Ex illis, qui in illum locum conveniebant, Cardinales non pauci, plerique etiam Episcopi extiterunt. Et de utilitate capienda ex libris gentilium S. scribit Basilius, e quibus hæc imprimis potest capi utilitas, ut laudabili quodam pudore suffundamur, cum nos christiani a gentilibus aliquo virtutum genere superari animadvertimus. Contemptus rerum humanarum, & divitiarum, honorumque dispicientia quædam, virtutisque admiranda præconia, robur imprimis quoddam animi præclarum

Fractus
lectionis
Gentilium
Philosophorum.

in morte contemnenda, quod Stoici in suis libris profitentur, Epictetus imprimis aureo-lo illo suo libello, quod Enchiridion inscribitur, cur nos interdum non moveant? Commotum se dicebat Carolus Cardinalis lectione libelli illius, quem nominavi, & tum primum cœpisse despiciere, quæ cæteri ad-

mira-

mirabantur, cum Stoicorum dogmata diligenter cœpit considerare. Tam bonus est Dominus Deus, ut rationibus variis, nobis etiam minime notis, nostris soleat consule-re commodis. Verum non solum Stoicorum disciplina, quæ speciosa quidem est, sed non paucis in rebus a veritatis deflectit tramite: sed in vera Philosophia, quam, quicumque Christiani sumus, profite-mur, se multum profecisse ostendit, cum acerbam & immatu-ram Federici fratris mortem æquo & con-stanti animo tulit. In illo sitæ fuerant omnes spes suscipiendæ prolis, & nobilissimæ fa-miliæ propagandæ. Ad Federici unici fra-tris filios non minimarum opum, multique splendoris hæreditas pertinere videbatur. Propinquorum morte aliqui affliguntur, & quodammodo mœrore tabescunt; hic unici fratris mortem æquissimo animo tulit, omni-que mœrore abjecto, se ipse colligens fra-tris immaturam mortem, cohortationem ad mortem perpetuo meditandam, & ad coele-stem patriam quærendam divinitus sibi fa-ctam putavit. Ab eo tempore in Vaticanis Noctibus non quæstiones amplius e media Philosophiæ sumpta tractabantur, sed senti-entiæ quædam graves a sacrosanctis Evangeliiis depromptæ copiose & eleganter explicaban-tur; illæ imprimis, quas Dominus noster JE-SUS Christus de vera beatitudine sententias plane gravissimas ore suo protulit. Hanc di-cendi exercitationem ad hunc usum institue-
Finis ha-
jus insti-
tuti.

let enim ad comparandam facultatem dicendi & loquendi quamdam fiduciam, mirabiliter exercitatio.

CAROLI
talenta
naturæ.

Valebat Carolus ingenio, præstabat memoria, non tam naturæ vi, quam rerum ordine & partitione, & quadam facultate omnia suis locis rectissime disponendi, & hanc quidem e naturæ potius bonitate ingeneratam, quam artificio comparatam, facultatem habebat. Judicio excellebat, quod non minimæ virtutis est indicium. Doctorum hominum consilia in suis scriptionibus admittebat. Videbatur initio ejus sermo exanguis, quod minime audientium animos promoveret: quod naturæ impedimentum, siue difficultatem, aut pronuntiandi potius celeritatem longo usu dicendi maxime temperavit, ita ut in Ecclesia Mediolanensi & in Parochialium visitatione, & sæpe loqueretur & expedite & non minimo cum animarum fructu acres aculeos dicendo relinqueret.

Fit Sa-
cerdos.

Post fratris Felicerici obitum, elusis quorundam hominum consiliis, qui terrena solum & carnali prudentia præditi, nescio, quas nuptias ad propagandam familiam somniabant, sacro Presbyteratus Ordine suscepto quotidie coepit sacrificium offerre Deo; cum piis & doctis hominibus versari frequentius: aliquot horas singulis diebus, quamvis variis, & magnis occupationibus distentus, in optimis libris ponere. Reditus Ecclesiasticos ultro ab avunculo sibi oblatos modeste coepit recusare, magnas opes coepit ipse habere suspectas, quippe quæ, si
attre-

attrectentur, veluti spinæ confodiunt, & exulcerant animam. Oeconomum esse Domini nostri JESU Christi, intellexit dispensatorem multarum opum. Magnam copiam putavit cupiditatum inopiam; abjiciendum factum; multis non indigere nos si sapimus.

Dum autem majori gratia & auctoritate Concil. Trident. apud avunculum Pontificem valeret, nihil Decreta majore studio, aut diligentia contendebat, servari quam ut sacrosanctum Concilium Tridentinum servaretur. Præclarissima & maxime salutaria decreta, quibus ecclesiastica disciplina potissimum continetur, & spes renovandæ veteris dignitatis Ecclesiæ in primis nititur, servari studebat.

Nam confirmato a Pio in primo Consistorio post Legatorum ad Urbem reditum Tridentino Concilio, monuit, deligendos esse, qui controversias, quæ ex ejus explicatione oriri possent, tollerent: institutaque est Congregatio Cardinalium Tridentini Concilii interpretum, in qua ipse semper fuit, quæ viget adhuc, quæ utilitates plurimas Ecclesiæ Dei attulit. Et vivente avunculo Pontifice magnis precibus ab eo impetravit, ut sibi liceret Mediolanum ad Provinciale Concilium celebrandum accedere; quod Concilium, convocatis Provinciæ Coepiscopis, cum aliquos viros optimos in ecclesiastica disciplina admodum versatos secum adduxisset, mira celeritate confecit, & singulo quoque triennio novam Synodum habuit, edendas etiam omnes curavit, ut suo loco aperiemus. Ipse, qui paucos ante menses Episcopus Veronæ eram factus cum Pon-

tificis

Concilia Provincialia instituit.

ficis jussu Tridentum euntem Cardinalem per totam Italiam Apostolicum Legatum, Defenzani ad Benacum convenissem, & per ea loca Veronensis Diœcesis, officii & veteris observantiæ ergo, essem comitatus, diligentiam pastoris admiratus, & virtutes plurimas, quibus in diem magis proficiebat. Tum primum Carolum Cardinalem Archiepiscopum Mediolani Episcopis divinitus stimulum injectum palam dicere coepi, & in me ipso sum expertus. Veronam etiam eo tempore accessit, cum Tridento rediret, qua in Civitate Regias foeminas Ferdinandi Imperatoris filias, quæ Principibus Italiæ matrimonio jungendæ erant, Pontificis jussu excepit: illos, qui Giberti optimi Episcopi familiaritate usi fuerant, diligenter interrogavit, qua ratione gregem illum tanta sua cum laude pasceret, mirumque studium pastoralis artis addiscendæ præsetulit, tantamque modestiam aut humilitatem potius ostendit, ut a nemine non vellet discere.

Pio IV
morituro
assistit.

Redibat Romam non minimo cum animi dolore, quod sponsam, quam præcipuo amore diligebat, relinquere cogeatur. Cum de gravissimo morbo, quo Pius laborabat, nuntium accepisset, citatis equis magna cum celeritate ad avunculum Pontificem rediit, quem, cum morti proximum conspexisset, absque ullis lachrymis intrepido animo, vultu etiam hilari avunculum, a quo paterne fuerat dilectus, a quo honoribus plurimis & opibus fuerat auctus, intuens, Pater sanctissime (inquit) nuuc de patria illa coelesti
cogi-

cogitandum est. In hoc Crucifixo, cujus imaginem ipsi ostendebat, & osculandam traderat, spes nostræ collocandæ sunt. Hic vita nostra, hic resurrectio nostra. Hic intercessor. Hic hostia pro peccatis nostris oblata. Hic neminem respuit in se credentem, illum verum Deum confitentem, & in se suas spes collocantem. Dolore peccatorum commissorum & vera poenitentia delectatur Dominus benignus, patiens, misericors & clemens. Accipiebat ea & ponderabat moribundus Pontifex, & pio sororis filii obsequio incredibiliter recreabatur. Ministravit illi sanctissima Sacramenta; lectionem Evangelicam lætatabat; flexibus genibus orare pro moriente avunculo Pontifice non desinebat. Aderat Cardinalis Sirletus, doctrina & pietate insignis, quem Borromæi monitu, & rogatu PIUS Cardinalem paulo ante fecerat. Mortem avunculi cum constanti animo tulisset Carolus, res maximas cœpit cogitare.

Ad creandum Pontificem in avunculi Creando
locum animum adjecit, qui Concilium Tri- novo
dentinum feliciter a PIO perfectum, servan- Pontifici
dum curaret, qui disciplinam ecclesiasticam, staret.
quæ jam renovari cœperat, ad pristinum candorem redigeret. Cumque sine ejus consensu, & illorum, quos plurimos PIUS avunculus Cardinales crearat, nemo creari posset Pontifex: hoc maxime studuit, ut Reip. consuleretur christianæ. Et ne mora in creando Pontifice aliquod detrimentum christiano populo afferret, nulla privatarum rerum suarum ratione habita; non enim satis fuisse

PIUS

Pium V
eligi ju-
vat.

PIUS Cardinali Alexandrino dicebatur, eundem Michaellem Cardinalem Alexandrinum, qui postea PIUS V nominari voluit, creandum Pontificem censuit, illique favit, qui suo in Pontificatu non Concilium tantum Tridentinum curavit servandum, sed decretis quam plurimis Ecclesiam sanctam Dei instruxit & ornavit. Præcipuum Cardinalis munus est, in creando Pontifice maximam adhibere diligentiam; nulla commodorum suorum ratione habita, eum deligere Pontificem, quem christiano populo magis profuturum arbitretur, qui minime omnium ad tantum fastigium aspiret, qui crucem Pontificatum existimet, qui vitæ sanctimonia & assiduis precibus, frequentibusque sacrificiis cum Deo, cujus vices Romanus Pontifex gerit in terris, familiaritatem aliquam, quatenus humana natura patitur, habeat. Contemptis rebus humanis Dei gloriam in primis habeat propositam. Virum hisce moribus, & perpetua & angelica quadam castimonia præditum successorem avunculo declarandum existimavit. Quo Cardinalis optimi, & sacri Collegii sapientissimo iudicio utilitates variae & maximæ ad Ecclesiam Dei redundarunt. Nam PIO V Pontifice iustitia viguit maxime, ecclesiastica disciplina renovata est. Virtuti honores magni tributi; Principes Christiani debita veneratione Christi Vicarium prosecuti sunt. Singulari Dei beneficio victoria illa adversus Turcas, foedere icto, consecuta est, quæ non esse insuperabilem Turcam ostendit, si adsit præclararum rerum perficiendarum mater concordia, quæ

nisi

nisi consecuta esset, luctuosum esset cogitare, quo in statu Christianorum res esset.

Creato PIO V Pontifice, Mediolanum ^{Mediola-} cogitare coepit, quia sponsæ diutius deside- ^{num re-} rium ferre non poterat; quia illum, qui ser- ^{dit.} vandum Tridentinum Concilium studuerat, id admodum decere intellexerat, cujus opera quamvis Pius uti magnopere cupivisset, rogassetque illum, ut Romæ maneret aliquot menses, ut sibi partem adimeret sollicitudinis in plurimis & maximis negotiis, quibus occupabatur, Concilii Tridentini decreto & plurimis aliis rationibus se excusans, relicto Pontifici sui desiderio Mediolanum profectus est. Abbatiam Cornu, quam dicunt agri ^{Beneficia} Placentini, sane uberem, in manibus Ponti- ^{sua refi-} ficis resignavit, nonnullasque alias eruditis ^{gnat.} & piis hominibus, quorum opera fuerat usus, auctoritate Pontificis petita cessit. Neque ita multo post Majoris Poenitentiarii munere, quod amplum Romæ, & perhonorificum est, se sponte abdicavit. Mirum fuit, hoc sæculo valde cupido tot redditus ecclesiasticos sponte cedere, opes, quas alii quærunt, & admirantur, contemnere. In Cardinalatu moderationem ecclesiasticam splendori præferre, & opulentiae invidiosam illam copiam & periculosam dicebat. In beneficiis singulis ecclesiasticis, quamvis simplicia esse dicantur, conjunctam esse curam non minimam cultus ecclesiastici retinendi, & augendi censebat.

Mediolanum profectus colligendorum Diocesin. hominum in sua Diocesi valde anxium, & suam sa-
in

pietiffi- in illis retinendis, & fovendis ad usum Ec-
me regit. clesiae suae Mediolanensis, tenacem admo-
dum extitisse jure dixerim. Nam ex Vero-
nensi Diocesi Nicolaum Ormanetum ex ve-
tere Giberti Episcopi disciplina, qui postea
Episcopus Patavinus fuit, & alios nonnullos
ad se vocavit. Cumque singulis annis Dice-
sanus Synodos celebrasset, & tertio quoque
anno, ut dictum est, Provinciale concilium;
Ecclesiam suam sanctissimis institutis orna-
vit, & auxit. Collegium Societatis Jesu,
domum itidem ex Patrum illorum praescripto
Mediolani instituit, Patrumque illorum ope-
ra & consilio plurimis in rebus est usus. Ab-
batiam quandam Aronae, quod castrum in-
signe ad nobilissimam Borromaeorum familiam
pertinet, a qua eandem institutam, & do-
tatam fuisse verisimile est, & quae diu in ea-
dem domo permanerat, cujus titulus ipsi
commendatus fuerat, auctoritate GREGO-
RII Pontificis, consanguineis probantibus
Collegio Jesuitarum uniendam curavit, ut
ejus pietatis tota Borromaea familia, & illi,
qui futuri sunt, essent participes. Non qua-
rit charitas, quae sua sunt; communem utili-
tatem spectat, publica commoda privatis
commodis anteponebat. Et piis operibus in-
stituendis Carolus diligentiam maximam ad-
hibebat. Et Clerici Regulares, a Joanne
Petro Archiepiscopo Theatino instituti, qui
postea PAULUS IV Pontifex fuit, Medio-
lanum vocati, homines innocentissimi, &
in omni Ecclesiae cultu & decore domus Dei
diligentissimi.

In partiendis autem ecclesiasticis mun- Ecclesia-
neribus mirum fuit, quantum judicium, stica mu-
quantamque diligentiam adhibebat, ita ut nia caute
quam plurimorum hominum opera eodem distribuit.
tempore uteretur, tantaque modestia, tanta-
que cum animi tranquillitate onera impartiri
consueverat, ut se beatum putaret is, cui
aliquid ipse imperaret. Jubere enim Spiritum
S. unusquisque sibi persuadebat, quæ
Carolus facienda familiaribus & amicis suis
proponebat; cujus rei ipse sum testis. Nam
cum Mediolanum accessissem Veronæ Epi-
scopus, ut tanti Archiepiscopi exemplo,
ejusque optimis præceptis redirem instru-
ctior, indicavit mihi, se cupere, ut onus
scribendi Rhetoricam ecclesiasticam suscipe-
rem. Tantam provinciam suscepi, existi-
mans me non ei, sed DEO ipsi parere, quo-
cum ipse in assidua lectione sacrorum libro-
rum & frequentibus colloquiis, sacrificiis
imprimis quotidianis versabatur semper. Et
quamquam mihi opus difficile admodum vi-
debatur, negare quidquam sancto Viro mo-
lestum admodum mihi erat. Et opus scri-
psi breviori spatio temporis, quam unquam
credidissem, libere etiam affirmaverim, &
in omni vita mea affirmaturus sum, excitato-
rem me habuisse neminem acriorem, qui ve-
hementiores mihi stimulos adjiceret ad la-
bores omnes perferendos, & ad disciplinam
ecclesiasticam capessendam. Vere illud de
eo dici poterat: *Super senes intellexit, quia
mandata tua quæsit.* Seniores enim nos
Episcopi ab illo præcepta accipiebamus,
ejus monita non sequi turpe judicabamus.

Et

Concionibus vacat.

Sess. V.
c. 2. de
Reform.

Et ipse monendi munus non intermittebat, sed tantam in monendo modestiam & humilitatem adhibere consueverat interrogationibus quibusdam adhibitis, quasi Episcopos in consilium accerferet, salutaria consilia ad lucrandas animas Christo proponeret. Nemo Cardinalis majore in honore habuit Episcopos, quam Borromæus. Nulla schola nostra & patrum ætate tam celebris fuit, quam Borromæi domus. Nemo alacrius hospites excipiebat. Nemo plura benevolentiae, charitatis potius indicia singulis dabat. Ipsi arcana cordis libere quisquis poterat credere. Ab illo deceptus fuit nemo. Linguam maxime omnium custodivit suam, ut ne verbo quidem quemquam unquam falleret. Et maxime omnium dicendi exercitatione delectatus est. Et ad populum habuit sermones multos, & crebros, ad illamque dicendi exercitationem, ad paternosque sermones ad populos habendos, Episcopos, qui ad illum accedebant, hortabatur. Lacte matris nutriuntur felicius filii, quam lacte nutricis, quamvis illa sit robustior. Et in paternis sermonibus inest admirabilis quædam vis, qua commoventur populi ad virtutes amandas, & ad vitia fugienda. Prædicandi studio deditos, & incredibiliter delectatos, pro Pastoralis eorum munere obeundo sanctissimos Patres legimus; & qui aliter sentiunt, & pium hominem, optimumque Pastorem interdum non laudarunt, quia prædicandi studio maxime delectaretur, parum pie fecerunt, & Spiritui sancto, qui in Concilio Tridentino illa verba inseruit, *Præcipuum esse*

*esse munus Episcopi, populum docere, visi sunt restitisse. Inertes quodammodo Pastores adulterina illa sua prudentia efficiebant, illosque liberali & maxima voluptate pri-
vabant; quamquam enim catholici populi multos Pædagogos habeant religiosos viros I. Cor. 4. doctrina varia & facundia etiam instructos, v. 15.
non multi sunt tamen (ut Apostolicis ver-
bis utamur) christiani populi Patres. Unus est omnium pater Romanus Pontifex, ejus-
que in sollicitudinis partem dati Episcopi. Et ut nemo filius in Patre requirit eloquen-
tiam, illumque damnat, quod minus orna-
te illum moneat; sic paternos & pastorales sermones nullus populus non libenter acci-
pit, si paternæ illæ voces, quæ proferun-
tur, operibus etiam comprobentur.*

Sed profecto varios, & reconditos e In varios
Prophetis & ex libris sacris excerptos lo- S. Scriptu-
cos, quos Borromæus tractare consueve- ræ locos
rat, & eruditi etiam homines non proba- commen-
re non potuerunt, & Pastoris industriam, tatur.
& assiduum, quod adhibebat, studium in
perlegendis sacris libris, non poterant non
valde laudare. Instituerat optimus tempo-
ris dispensator, inertix inimicus acerrimus,
& rerum laudabilium perpetuus excogitator,
ut singulis diebus in oratorio, quod ædifi-
candum curaverat in ædibus episcopalibus,
postquam cœnatum esset, litanix diceren-
tur, deinde sermones aliquot fierent, aut
explicaretur pars aliqua Evangelii, aut sen-
tentia ex S. Pauli Apostoli epistolis sumpta
copiose exponeretur, ipse omnium postre-
mus

Quo tempore. mus dicere aliquid sæpe consueverat. Quod in oratorium convenire soliti erant non familiares tantum Cardinalis, sed pii omnes, qui piis sermonibus delectabantur. Et illo in oratorio epistolas, quæ præscripto sanctæ Matris Ecclesiæ singulis diebus Dominicis, & diebus festis recitantur, explicavit. Sic pastorales labores sacrarum literarum studio, & prædicatione verbi DEI condiebat. Lectione sacra orationem alebat, qua sic cum Deo jungebatur, ut angelicam indueret naturam.

Ejus mortificatio.

Et jejuniis, & variis corporis castigationibus tyrannidem corporis comprimebat, servum potius corpus effecerat, ita ut interdum piis exercitationibus deditus, Synodos celebrans, parochias Mediolani, aut in latissima illa Dicecesi visitans, ac si esset incorporeus; quadraginta etiam horas sine cibo varia & magna negotia tractabat, nec alicui interea corporis necessitati vacabat: quo tempore non deerant, qui illum reprehenderent: reprehensiones autem ipse hilari vultu excipiebat, & subridens dicere consueverat: *Unius horæ in extremo judicii die reddendam esse rationem Pastoribus Ecclesiarum multo diligentiorē, quam illis, quibus cura animarum commissa est, unius diei: postulari ab Episcopis, & a Parochis, qui aliqua ratione & ipsi Episcopi nuncupari possunt, ut plura hora una ad Dei gloriam & ad propagandam veram pietatem verbo & exemplo gerantur, quam die uno a cæteris hominibus.* Quæ

verba meo in animo utinam inculcantur, & illorum hominum, qui in pastoralis munere valde formidando versantur.

Et exactor temporis egregius, & vir Disciplinae ecclesiae desideriorum sanctorum, & documentorum plurimorum ad disciplinam ecclesiasticam augendam perpétuus inventor erat Carolus Cardinalis, qui cum maxime gauderet fieri discipulus; ab omnibus enim religiosis viris, hominibus etiam ecclesiasticis interrogationibus variis quotidie fieri doctior, & in arte pascendarum animarum fieri instructior studebat; docebat tamen ipse magis omnes Episcopos, & omnes Clericos perpetua vultus serenitate, admirandaque quadam æquanimitate, custodia oris perpetua, ut ne verbum quidem otiosum proferre soleret. Docebat sic humilitatem, modestiam: pallore quodam vultus venerando ad continentiam ac sobrietatem omnes excitabat. Et excelsi animi & præstantis cujusdam fortitudinis specimen dedit in tuenda jurisdictione ecclesiastica, cum causas, quæ ad ipsum pertinerent, doctorum & piorum virorum consilio cognoscere omnino statuerit. Et potentium minas non extimuit, quin potius pro dignitate ecclesiastica tuenda, illos anathemate non deterruit solum, sed perculit, ut discerent, quemadmodum dicebat, parere Ecclesiae, & ministris Dei debitum honorem adhibere. Et fuerunt eo tempore, qui sanctissimi hominis humana omnia contemnentis, non solum illam animi constantiam non laudarent,

Disciplinae ecclesiasticæ amator.

Invieta fortitudo.

sed ejus consilium valde improbarent, quod nimis vellet, quod velle videretur: quod Regem potentissimum, tot regnorum Dominum, Catholicæ fidei defensores acerrimum, inusitata hoc sæculo severitate irritaret, & PIUM V. Pontificem Maximum, Philippum eximio amore, honoribus etiam magnis prosequentem, hujusmodi anathematibus in Regis Catholici ministros, & in Mediolanensem Senatum aliqua ratione turbaret. Sed gloriam unam Dei ante oculos habebat propositam & nihil quidquam magnum sine PII V. Pontificis & GREGORII XIII., quos magna veneratione prosequeretur, consilio aggressus unquam est facere.

Pontificum consilia exquirat.

Sanctorum exemplis mirum delectatur.

Sanctorum exemplis mirum in modum delectabatur. Eorum res præclare gestas imitari studebat maxime. Thomæ Cantuariensis & Ambrosii admirabilem constantiam in defendenda ecclesiastica jurisdictione imitatus, varias multorum voces, quibus interdum vir optimus lacerabatur, non audiebat: beatum potius se putabat, cum maledicerent illi homines, cum illum inexorabilem & parum cautum rebus suis, suorumque commodis minime consulentem, nominarent. Ad illud accesserunt consanguinei, in eadem, qua ipse natus, Borromæorum familia, rogaverunt Cardinalem per illum ipsum Deum, qui eorum familiam divitiis, & splendoris titulis ornavit, ne ad iracundiam insolita sua severitate Philippum Regem, in cujus potestate Mediolanenses sunt, provocet.

cet. *Secundum Deum*, respondit, Philippo *Amicia*
se debere omnia: illum catholicum, & de genere
christiana republica optime meritum Regem respon-
agnoscere, & debitis honoribus prosequi. det.
Scire Philippum minime probare, quæ non-
nulli ejus nomine tanta diligentia curant,
Regis Regum Christi jussa in animo impres-
sa habere. A DEO ipsi commissam esse ani-
marum curam. In partem sollicitudinis Ec-
clesiæ sponsæ suæ a JESU Christo per ejus
Vicarium Romanum Pontificem esse vocatum.
Muneris sui oblivisci non posse; illos, qui
pro Rege Philippo Mediolani imperant, præsti-
dia Aronam mitterent, facerent, quod sibi
magis placeret; se velle magis parere Deo,
quam hominibus. His verbis, & aliis ma-
gna cum animi lenitate consanguineos suos
in officio continebat, ita ut nec illi contra-
dicere amplius auderent, & hæc animi ma-
gnitudo, & rerum externarum contemptus
magnam ipsi augebant auctoritatem; pervers-
umque morem hujus sæculi mirum in mo-
dum damnabat, qui increbuit, ut Pastores
nonnulli turpiter adulentur Regibus & Prin-
cipibus, neque ad DEI præscriptum, sed
ad hominum gratiam se accommodent non
minimo cum piorum hominum dolore. Et
eandem animi fortitudinem præ se tulerat
Cardinalis, cum pro jure suo tuendo Cano-
nicos Scalenses visitandos, invitos etiam sta-
tuerit: quo in munere tractando, periculo
etiam mortis se exposuisse visus est. Vitam
hanc plenam ærumnis, variis periculis ex-
positam, lachrymabile exilium, molestam pe-
regrinationem cur tanti faceret vir sapiens?

Cur tantopere amemus mortales: ministri in primis DEI Episcopi, ut vitia extirpare negligamus: indulgentes simus, ut nostra indulgentia, quæ disciplinæ noverca est, gregem Christi perdamus? Et inciderat (ut dixi) in dies magis ob admirabilem animi constantiam & mortis contemptum Cardinalis amplissimus in plurimorum maledicentias, res ecclesiasticas carnalis prudentiæ regulis diffinientium. Sed profecto non bona magistra est mortalium multitudo; & illi, qui prudentiores habentur, & fallunt, & falluntur sæpissime.

Visitat
Diocesin.

Studium visitandi parochiales Ecclesias crescebat in dies magis: plurimarum virtutum Cardinalis exempla dabat: peccandi occasionem, quanta maxima poterat diligentia, fugiebat ipse, & adimebat cæteris. Sic chorum instruxerat, ut nihil oculis omnium illustrius conspici posset. Divina officia, horæ canonicæ, tanta cum diligentia persolvebantur, ut nihil accuratius institui aut observari potuerit, & sapienter ut omnia. Nam

Jerem. Prophetæ illud animo volutabat: *Maledictus,*
 48. v. 10. *qui opus Dei facit negligenter*; cum tanta sit DEI bonitas, ut nos miseros exules, rebelles potius, qui ejus perennem hostem satanam, perniciofa nobis consilia suggerentem, sequimur, si male actæ vitæ nos poeniteat, ad colloquium admittat: quanta est stultitia recusare colloquia cum DEO, a quo bona omnia proficiscuntur; non orare, cordis evagationibus, peccatis variis contaminari, preces inutiliter fundere, rebus omni-

omnibus egentes, mendicos auxilium a DEO cœli & terræ Domino non implorare, aut si aliquid consuetudine quadam coacti & pudore suffusi, consuevimus petere, tanquam aliud agentes, oscitantes potius, quod non minimæ imprudentiæ indicium est, petere.

Et in struenda ecclesiastica disciplina laudabilem quamdam severitatem adhibuit, ut de ea interdum aliqui Canonici queri consueverint; integri enim dies festi in concionibus audiendis, in processionibus variis in Ecclesia consumeantur. Nihil apparatu ecclesiastico ornatus aut magnificentius. In concionatoribus deligendis mirum studium adhibebat. Ipse concionatoris munere paterno quodam dicendi genereungebatur, & interdum bis in die sermonem habebat. Nimiam illam diligentiam aliqui nominabant.

At in Carolo Archiepiscopo, ut variae & præstantes virtutes fuerunt, ita hæc in primis præstitit, quod curiosorum hominum, ne dicam vanorum, qui aulici immerito nuncupari solent, oculas contempsit. Non quid plurimi de se dicerent, sed quid ab ipso faciendum esset, ut divinæ legi obtemperaret, studebat. Et bacchanalibus diebus præclarissimam invenerat rationem, qua populus desineret insanire. Nam diebus festis hymni in Ecclesia canebantur. Musica tota plebs recreabatur, cunctis quibusdam sermonibus brevibus, jaculatoria quadam oratione mentes in cœlum erigebantur. Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ministra-

bat ipse frequentius, eo tempore illud etiam per totam Ecclesiam manibus suis portare consueverat, ita ut nunc maxime adversus satanam eo tempore pugnaretur. Hujusmodi erant S. Chrysostomi & veterum Episcoporum pii & laudabiles conatus. Nam, *Job. 7.* ut est militia tota vita hominis, ita præstantior, & illustrior est militia, vita Episcopi, cum singulis momentis ipsi pugnandum sit adversus satanam, mundum, & carnem, sectatoresque satanæ, filios hujus sæculi & prudentia carnis abundantes, quorum infinitus est numerus. Quam pugnam, ut strenuus Christi miles, inibat Carolus, atque in pugna semper apparebat alacrior.

Pios consulit.

Et in gravioribus negotiis piorum hominum consilium adhibebat. Congregationes non paucas prudentum & religiosorum hominum instituerat, quorum judicio nobilissimam illam Ecclesiam gubernabat, & Mediolanensis populi commodis consulebat, ita ut omnium generum miseris hominibus succurreret, peccata exterminari conaretur, occasiones etiam peccandi auferret.

Scholas erigit.

Verum cum nulla possit excogitari major miseria, quam christianæ disciplinæ ignorantia, scholas quam plurimas, quibus separatim pueri a puellis in christianæ doctrinæ rudimentis informarentur, instituit, quas ipse frequentare consueverat: in quibus sæpe paternos sermones habebat. Centum & viginti scholæ puerorum circiter, itidem centum puellarum diebus festis frequentabantur.

Qui-

Quidam e plebe pii homines, eleganti & pia metaphora sumpta ab Apostolis, piscatores nominabantur, qui pueros ad sanctam & salutarem illam disciplinam quodammodo impellerent, & variis sæculi & juvenilis ætatis fluctibus agitados, spirituali piscatione caperent, & ad salutis portum redigere conarentur. Et pii homines quam plurimi, aliqui liberali mercaturæ dediti, nonnulli etiam nobili genere orti, nobilissimam artem instituendi pueros in christiana doctrina diebus festis exercebant. Singulis scholis præfectos constituerebat: fœminas etiam pietate præstantes, matronas nobilissimas ad rudimenta christiana docenda ex ejus præscripto piis libellis excitare non desinebat, tantusque ordo in re tam præclara, & tam salutari est adhibitus, ut Spiritu S. magistro Mediolani singulis diebus in christiana pietate proficeretur magis, vocesque angelicæ divinas laudes concinentes diebus festis totam exhilararent urbem. Et ipse Caroli Archiepiscopi visendi causa Mediolanum quinquies accesseram, multo magis ut ad Veronensem gregem pascendum redirem instructior: cum eodem Cardinali in illis scholis fueram. Et nullum diem, horam potius nullam prætermittebat Carolus, quin de Dei gloria & de ecclesiastica disciplina excolenda, cogitaret. Seminarium centum & viginti amplius puerorum instituerat: ædes commodas admodum & honorificas ædificandas illi curaverat; progressus indies majores in litteris & in ecclesiasticis moribus fiebant. Visitabat ipse sæpe Clericos, paterna quadam charita-

Et Seminarium.

te illos complectebatur, nominatim ad omnes labores perferendos pro honore Dei illos excitabat, filios sæpe appellans. Et dum ipse prandebat, religiosos viros imitatus, qui in unum coacti, corpus suum confueverunt reficere cibo modico, singulis diebus festis Seminarii sui Clericos aliquam sacrosancti Evangelii partem explicantes, & ex alto loco concionem habentes audiebat. Jusserat etiam, ut interdum latino uterentur sermone. Exercitatio illa dicendi facultatem pariebat, & Clericos in muneris pastoralis præcipua parte erudiebat. Sic enim S. Spiritus (ut antea attigimus) in Tridentino Concilio declaravit: Præcipuum munus Episcopi esse, itidem Parochorum, populos docere. Et non uno Seminario Clericorum amplissimo vir Dei contentus fuit, sed plura instituit; nam Clericos adultos, qui in litteris progressus non fecerunt, in unum locum cogendos decrevit, ut gubernandarum animarum artem ediscerent, & mediocri ecclesiasticarum rerum cognitione imbuti, in ecclesiasticis moribus instituti, ad regendas Parochias idonei efficerentur. Ex hujusmodi Seminario fructus uberiores ad Mediolanensem administrandam Ecclesiam redundare, quam ex Seminario ipso aliquando dicere consueverat. Et Collegium Papiæ, quod Borromæorum nuncupatum, erexit, quod magnificis sumptibus ædificandum curavit, ut in eo e Mediolanensibus & Papiensibus civibus præclara ingenia in optimis disciplinis, in christiana imprimis pietate educaren-

carentur. Et Helvetiis paterna cura prospexit diligentissimus Pastor, & Seminarium itidem ad nationis illius usum erexit. Nobilibus item pueris, ut parentum indigentia, illorum itidem, qui parentibus essent orbat, commodis prospiceret, mira solertia construxit, cujus exemplo deinceps alia nobilium puerorum sunt instituta Collegia.

Et fuit ab eodem Carolo Cardinale Oblatorum Collegium institutum Sacerdotum Collegium fundat.
 Oblatorum Collegium institutum Sacerdotum Collegium fundat.
 tum non paucorum, qui voverent suo Archiepiscopo & ejus Successoribus se obtemperaturos, animarum curam sine ulla cunctatione, quando Archiepiscopo ita videretur, se accepturos, nulla tenuitatis Parochia, aut loci difficultatis ratione habita. Ad quod Collegium cum non semel Cardinalis jussu accessissem, & Episcopus, & proxime etiam Cardinalis, disciplina ecclesiastica, quæ illo in Collegio maxime floret, & piorum Sacerdotum laudabilissimis moribus, & eruditione varia sum incredibiliter delectatus. Ut paucis dicamus: nulli hominum generi, nulli sexui, nulli ætati, nulli humanæ miseriæ vir pius Mediolani non consultum esse voluit. Nam & expositis infantibus, & variis affectis morbis, & mente captis maxima adjumenta comparavit: & virginibus foeminis ad earum tuendam honestatem providit, & illis, quæ corruptæ fuissent, ut in viam possent redire, prospexit; & devotis foeminis, quæ Capucinæ nominantur, quas in eam civitatem primus introduxit, ad vitam angelicam (ut ita dicam)

cam) traducendam, sanctissimi Instituti regulis, omnique religiosa disciplina, optime consuluit.

Sodalitates vero pias, hortationibus variis, præceptis itidem salutaribus ita stabilivit, & auxit, ut Mediolanum schola quædam Spiritus sancti, & pietatis, omniumque veluti officina, cœlestis patriæ quidam angulus dici potuit. Sic enim interdum diebus festis innummerabiles puerorum & puellarum voces emittebantur, suaviter canentium & laudantium Deum, ut Angelorum Chori repræsentari viderentur: & eadem diligentia parochialibus Ecclesiis extra civitatem, & quamplurimis oppidis Mediolanensis Diœcesis consulebat.

Diœcesin visitat. Visitatores sexaginta & amplius delegit: præmittebat aliquos, quo ipse postea esset venturus: populos sermone consolabatur: ministrabat ipse sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum: sancto etiam Chrismate ungebat: controversias tollere, & multorum animos pacificare studebat: disciplinam ecclesiasticam in singulis Ecclesiis excolendam esse jubebat. Dei cultum tum interiorem, tum exteriorum magna diligentia promovebat.

Corpus castigat. Dum hæc ageret, & animabus Christo lucrandis admodum esset intentus, jejuniis corpus suum castigare non desinebat, assiduis precibus mentem elevabat, & sanctis cum Deo colloquiis in hujus mundi despicientia, quæ veram consequitur prudentiam, indies

indies magis proficiebat. Et quotidie magis in virtutibus singulis magnos progressus faciebat Carolus Cardinalis Mediolanensis Archiepiscopus. Illum Pastorem optimum S. Ambrosii imitatore, novum potius Ambrosium appellare quam plurimi non desinebant. Nos vicini Episcopi illum admirati, quia custodiebat legem Excelli, quia super nos senes intelligeret, quia mandata Dei maxime omnium quæreret: ejus exemplo, stimulo potius excitati sæpe sumus ad labores omnes perferendos, & ad artem pascendarum animarum, artem omnium artium, ut recte Nazianzenus, & post eum sanctissimus dicebat Gregorius, perdiscendam atque etiam exercendam.

Et quia excellentis virtutis inimica perpetua est invidia, non defuerunt, qui homini variis virtutibus ornato, angelicis moribus potius, qui nunquam iratus est visus, qui ne verbo quidem quempiam unquam offendit, interdum detraherent, quippe (ut ipsi dicebant) rebus in minimis interdum nimium studium collocaret. Abstinentiam, virtutem eximiam & ecclesiasticæ disciplinæ custodem nimium coleret; ita consuevit satanæ hypodidascalus mundus, qui nihil non molitur, ut sanctorum hominum optimas sententias, & præclara instituta, quantum in se est, evertat. At pius vir, cum excellentibus virtutibus suis miram constantiam addidisset, id est consecutus, ut varias hominum vocolas contemneret, & omnium invidiam superaret.

Et

Congregationem
Humiliatorum re-
formare
studet.

Et profecto divinis quibusdam indi-
ciis, a summa DEI providentia, quæ nec
fallitur, nec fallit unquam, manantibus,
creditum est, Carolum fuisse præcipuo quo-
dam amore a DEO dilectum, & in hujus
vitæ periculoso certamine divino auxilio ad-
jutum. Nam cum pro extirpandis vitiis,
& honore Dei, quem semper ante oculos
habuit, tuendo, congregationem Humilia-
torum reformandam sibi in animum induxif-
set, ad quod munus ab avunculo PIO IV
ab ejus itidem Successore PIO V fuerat de-
lectus, ex illis, nescio, qui Præpositi, qui
justissimi hominis, congregationis illius sa-
lutem spectantis, paulo arctiorem discipli-
nam ferre non poterant, in servum Dei, in
bene meritum de se virum, in Archiepisco-
pum & Cardinalem, odio implacabili exar-
ferunt, eumque diabolico quodam furore in-
censi, e medio tollere decreverunt. Unus
igitur inventus est homo audacissimus, qui
scelus detestabile aggredi non dubitaret;
itaque quo tempore ex domesticæ discipli-
næ instituto Carolus in Oratorio cum tota
sua familia ad Deum preces fundebat, par-
vulo tormento disploso, in quod globulos
plumbeos, aut ferreos complures conjece-
rat, Carolum, ut erat genuflexus, & in ora-
tione defixus, medio ipso in tergo directo
percutit. Sed sceleratorum hominum ma-
chinationes plane satanicas avertit Deus,
& servum suum scuto quodam invisibili pro-
texit; nam etsi majoris globi ictus ille us-
que ad cutem penetravit, ibique livoris no-
tam quamdam impressit, quæ in ejus dorso
ad

ad miraculi testificationem, usque ad vitæ finem permansit, nihil tamen nocuit viro sancto, ac ne sanguinis quidem guttulam elicit; ipse vero ita immobilis permansit, ac si in alieno corpore verberatus esset, silentioque indicto, ne quis se commoveret, inceptum cum Deo colloquium admirabili fidei constantia & animi fortitudine absolvit.

Et in sacris templis ædificandis & or-
 nandis magnificentiam, & in episcopalibus
 ædibus augendis studium, & miram in ho-
 spitibus excipiendis alacritatem & liberali-
 tatem, eleemosynarum copiam, quibus
 omnium generum inopes juvabat, si quis
 enumeret, laudationem instituat, necesse est.
 Tanta & tam magna virtutis exempla dedit
 Carolus, quæ ita patent, ita omnibus cogni-
 ta & perspecta sunt, ut nec mea, nec cujus-
 quam commemoratione indigeant. Erga sa-
 cras Sanctorum Reliquias mirifica quadam
 religione affectus erat Carolus Cardinalis, in
 iisque ornandis, honesto, decenti, illustri
 loco collocandis, magnopere versabatur. Ita-
 que multa Sanctorum corpora solemnibus
 supplicationibus indictis multo cum splendo-
 re & pietate transtulit, sed profecto exi-
 miam quamdam liberalitatem, aut magnifi-
 centiam potius cum admirabili pietate con-
 junxit, cum corpora Sanctorum Simpliciani
 Episcopi, & Martyrum Anaunienſium Sisinii,
 Martyrii, & Alexandri, illustriorem in lo-
 cum, in illa ipsa S. Simpliciani Ecclesia cen-
 suit transferenda. Nihil quidquam fuit ma-
 gnificentius, nihil quod ad alendum Dei
 cul-

cultum, & ad sanctarum Reliquiarum, sanctorumque corporum venerationem hac ætate magis inflammaret. Interfuerat illi translationi Gabriel Cardinalis Paleotus, qui ad Clerum Mediolanensem occasione Synodi Diocesanae, quæ celebrabatur, gravissimam & elegantissimam orationem habuerat. Interfuerant plures Episcopi. Ipse etiam fueram invitatus, sed occupationibus variis impeditus, tam nobili spectaculo, in quo tota commota est Mediolanensis civitas, præsens esse non potui.

Et ut ad quædam præcipua capita Caroli optimi Cardinalis vitam redigam. De ejus mortis contemptu, de ejus charitate erga morientes, de perpetuo studio sacrarum literarum, deque assiduus ejus precibus ad Deum, de admirandaque sobrietate, & castigatione corporis, singillatim dicam; breviter tamen, quia scio hæc etiam ab aliis copiosius esse tractanda, & quia illa tantum mihi narranda esse existimo, quæ mihi notissima sunt, quæ ipse vidi, quæ observavi, cum optimi Cardinalis consuetudine fruerer.

De illius
contem-
ptu mor-
tis.

Nulla de re majori cum animi sensu loquebatur, quam de morte, peregrinatione, exilio. Mortem, peregrinationem, & exilium, hanc vitam, quam tantopere mortales exoptant, putabat. Jactari variis nos fluctibus, innumerabilibus perturbationibus commemorabat, peccandi terminum & optabilem quamdam securitatem mortem nominabat. In ea mali nihil inesse. In peccato sitam esse hominum perniciem. Locos, quos san-

ctus

aus in libello de bono mortis tractabat Ambrosius valde cognitos habebat, tractabat etiam sæpe in familiaribus sermonibus. Addebat, turpissimum esse christianis miseram hanc & caducam vitam perditæ amantibus, superari prudentia & fortitudine animi a Philosophis, præsertim ab Epicteto, a Seneca, & a Cicerone, qui de morte contemnenda pulcherrimos libros conscripserunt, & præclarissimas sententias ad abjiciendum omnem mortis timorem in medium attulerunt. Reminime usitatam, & admiratione dignam narro. Dixerat mihi sæpe Carolus Cardinalis in familiaribus hilari admodum vultu, sibi nihil quidquam accidere posse in hac vita jucundius, & utilius, quam si hac & illac negotiorum causa transiens, in cadavera, quæ ad sepulturam deferebantur, incideret. Inde se maximum fructum capere dicebat. Secum enim ipse sic loqui consueverat: Et me etiam quatuor aut quinque cubiti terræ manent, & ipse in illo loculo deferar. Hic est fabulæ hujus mundi, seu vanitatum omnium, quibus sæpe a recto tramite deflectimur, terminus. Multo aliter plerique nostrum, qui mortem horrentes cadavera maxime fugimus, & a meditatione mortis valde abhorremus. Illam enim meditationem mortis, quam Philosophiam Philosophi nominarunt, & nos non minimæ sapientiæ christianæ partem dicimus, melancholiæ nutricem, molliter nimium, ne dicam insipienter, non pauci arbitramur: in quos homines si aliquando incidebat Carolus, eos libere monere solitus erat. Et erga morientes benevolentiam incredibilem, admi-

Episcopos ægrotantes visitat,

randam potius charitatem Carolus Cardinalis præ se tulit. Cum enim ipsi de Coepiscoporum suorum ægritudine nuntius afferretur, citatis equis ad illos accurrere consueverat, sermone illos blando & fraterno, ad pœnitentiam invitans, de æterna vita, de cœlesti patria, de JESU Christi Filii DEI Salvatoris nostri meritis, de pretiosissimo ejus sanguine, cujus pretio redempti sumus, de salutari pœnitentia, de infinita DEI misericordia locos tractabat tanta cum pietate, ut illorum, qui intererant, lachrymas eliceret. Ipse ego etiam interfui, cum pium hoc officium Joanni Delphino Episcopo Brixienti, qui proximis annis ex hac vita migravit, præstaret, & paulo ante, quam ex hac vita excederet, Francisco Bossio viro integerrimo Novariæ Episcopo idem officium ex præscripto Concilii Provincialis Carolus pie & fraterne præstitit, pauloque ipse post in gravissimum morbum incidit, quem mors consecuta est, hoc est transitus ad beatam & æternam vitam. Nec solum paternis & piis illis sermonibus languentes Episcopos, quos visitabat, recreare solebat, sed cum deficere vires cerneret, genuflexus pro ægris preces fundebat, eorum animas DEO commendabat, demum eorum exequias, sermone ad populum habito, celebrabat. Et hæc omnia magna temporis celeritate conficiebat.

Imo etiam de plebe homines,

Nec vero Episcopos solum, sed cæteros etiam, & principes viros, & privatae conditionis homines ægrotos visitabat, omni-que officio & pietate maxime necessario tem-

pore

pore adjuvabat. Ægrotabat aliquando Ver-
cellis Carolus Emmanuel Dux Sabandiæ, ado-
lescens religiosissimus, & regiæ indolis,
quem Carolus Cardinalis filii loco diligebat,
& gravi plane morbo conflictabatur, nec
quidquam magis cupiebat, quam servum DEI
videre, quem singulari amore prosequabatur.
Accurrit Carolus, manu sua sacrosanctam
illi Eucharistiam ministrat, verbis gravissimis,
& spirituali dulcedine plenis & hortatur, &
consolatur, ita ut, qui aderant, lachrymas
copiose effunderent, cum interea Dux ipse
nunquam ab eo oculos defleceret; denique
Dei benignitate, &, ut ipse Dux interpre-
tabatur, Caroli precibus factum est, ut ado-
lescens summæ spei, & Princeps nobilissimus
convalesceret, & in maximarum rerum spem
ad Dei gloriam & Catholicæ Religionis con-
servationem reservaretur. Si laudationem
ipse scriberem, locum hunc de ægrotorum
visitatione rationibus plurimis exornandum
mihi esse intelligerem; sed vitam tantum am-
plissimi Cardinalis scribo, mores pios & ve-
re pastorales propono mihi, & Episcopis
omnibus, in quos hæc mea scriptio fortas-
se inciderit.

Et hanc eandem charitatem erga mori- Etiam pe-
bundos Mediolanenses filios suos, quos cœ- stis tem-
lestis Pater ejus fidei commiserat, dum sæ- pore.
vissimo pestilentia morbo infecti laborarent,
quos nunquam mortis metu intermisit vise-
re, quibus semper lue grassante (trecenti
enim homines singulis diebus per multos
dies sævitia morbi interibant) sacrosanctæ

Eucharistiæ Sacramentum ministrabat, & pios viros ad idem munus præstandum hortari non desinebat; calamitoso tempore orandi regulas populo præscripserat; divinum auxilium implorabatur; ipse nudis pedibus fune ejus collo circumducto orabat. Supplicationes publicæ fiebant; longos & graves sermones ad populum tanta calamitate afflictum habebat. Non Mediolanum modo, sed universa Italia, totus terrarum orbis, eximiam Pastoris charitatem est admiratus. Tantam virtutem nulla unquam obscurabit oblivio, de qua & sermones sunt habiti, & libelli etiam sunt scripti. Insuper sæculum, carnalis & adulterina prudentia, cujus magister est, quomodo imbecillos animos plerumque decipit. Non defuerunt, qui dicerent, non debuisse Cardinalem tot se exponere vitæ periculis: & potuit, (Deo juvante) & debuit, cum nihil possit esse anima una pretiosius, & ad Pastorem pertineat animarum, animam suam ponere pro ovibus suis, se exponere periculis omnibus, imitari Christum pastorum Principem, & salutem animarum sibi creditarum suæ vitæ præferre, ita charitatis ordo postulabat: piam & vere pastorem hanc regulam comprobavit Dominus Deus eventu felici, cum illum incolumen servaverit. Et sane protrahendæ vitæ desiderium, vitiorum non paucorum, & calamitatum multarum origo est, & stultitiæ non minimum indicium. Quis enim longa & periculosa navigatione, in qua navis variis turbinibus sæpe jactatur, nauseabundi plerumque navigantes omnia fastidiunt, de-

lecte-

lectetur? Quis in exilio ita desipiat, ut de patria non cogitet? Incommodo etiam diverticulo, in quo multi scelesti homines cohabitent, libenter maneat? Plerique mortales fumus hujusmodi, & vitam hanc laboribus & ærumnis plenam, non amantes, non magno studio protrahere procurantes, tantum abest, ut laudemus, ut irrideamus potius. Et reprehensiones hominum perniciofa prudentia omnia metientium, & res fluxas, & caducas admirantium, vitam imprimis protrahere studentium non magni faciebat Carolus. Vias non esse vias hominum, falsas esse hujusmodi regulas, mera potius satanæ sophismata dicere consueverat. Quare de morte sæpe longos sermones habebat, & graves. De variis hujus vitæ miseriis multa in medium afferrebat, ut æternæ patriæ desiderium mirabiliter excitaret.

In sacris libris, in vera sapientia, qui liber librorum, quem Spiritus S. in veteri & novo Testamento descripsit, assidue versabatur. Et ita orationem cum lectione, Thomam Aquinatem sanctissimorum virorum doctissimum imitatus, conjungebat sex annos, antequam ex hac vita migraret, ut nunquam nisi genuflexus sacrosanctum illum librum perlegeret. Et in Prophetis, quos cælestes oratores appellaverimus, multum ac diu fuerat versatus. Præcipuos locos ex Salomone excerpserat, & ad usum quam plurimis sermonibus revocare solebat. Si quis eruditionem variam & reconditam in Carolo Cardinali Borromæo non animadvertit, aut ejus con-

Ejus studium lectionis.

fuetudine non est usus, aut non confideravit, quæ ipse in medium afferre consueue-
rat. Nihil extra rem, nullum ineptum ver-
bum, nullum, quod cuiusquam animum
posset offendere, annorum multorum, qui-
bus ejus consuetudine sum usus, spatio a Ca-
rolo memini esse prolatum. Potuisset, si
voluisset, latine scribere satis eleganter;
prompte enim, & diserte satis loquebatur
latine; potuisset etiam hac, qua utimur,
lingua: sed in scribendo aliorum opera li-
bentius utebatur; adhibebat tamen semper
judicium, quod tantum in corrigendis scri-
ptionibus adhibere erat solitus, ut præstan-
tes ingenio & doctrina viros in admiratio-
nem traheret. Et provincialia Concilia, &
hortatoriæ siue pastorales epistolæ, quas ad
populum Mediolanensem sæpe scribebat, &
sub ejus nomine edebantur, ab ipso accura-
tissime emendabantur. Matrem esse sapien-
tiæ humilitatem recte dixerimus, ut sapien-
tissime indicasse videtur Salomon. Qui enim
nihil sibi tribuit, & neminem recusat habere
magistrum, quamvis etiam a natura præcla-
rum non duxisset ingenium (quod aliter Ca-
rolo contigerat, qui excellens ingenium &
judicium acre a natura habuerat) cum quo-
tidie multa addiscat, doctus evadat, neces-
se est, tanta in primis, quanta DEI benefi-
cio abundamus hac tempestate, bonorum li-
brorum suppellectile adjutus. Et domus Ca-
roli, & dum PIUS avunculus viveret, &
dum Mediolani pastoralis suo munere funge-
retur, fuit schola pietatis, ecclesiastica & san-
cta quædam academia, officina demum virtu-
tum

tum omnium, piorum & doctorum hominum contubernium. Et ordinem, qui est rerum Quo ordine facris studiis vacaverit, & qua methodo. veluti anima, & in artibus, & scientiis perdiscendis, memoriæ commendandis artium & scientiarum præceptis, mirabiliter prodest, mirabilem in studiis suis adhibuit. Capita rerum, de quibus erat acturus, partiri consueverat, & ita distinguere, ut facile illa memoriæ mandaret; quam dividendi methodum miris laudibus extulit Plato, & eos, qui ita norunt dividere, DEO quam simillimos dixit. Innumerabiles synopses, sive tabulas, quibus tractationes de Symbolo fidei, de decem præceptis, de Sacramentis, de oratione Dominica, de passione Domini, deque singulis sacrosanctis mysteriis, ita in omnes solemnitates, in omnia etiam Evangelia, quæ diebus festis recitantur, in Epistolas S. Pauli confecit; quæ si unum in librum redigantur, & in locos quosdam a pastoribus tractandos referantur, magnam profecto utilitatem Episcopi, & Parochi, & quicumque verbum Dei prædicare consueverunt, ex ejus industria percipient. Solidam, non negamus, doctrinam tradiderunt Theologi scholastici, in quibus qui non sunt versati hoc tempore, ne mediocriter quidem docti haberi solent. Et hoc ipsum dicere sæpe solebat Carolus, qui pro sua modestia inter doctos numerari semper recusavit, nullam se scientiam tenere dicebat, cum tamen scientiarum omnium principia, & præcipua etiam dogmata Theologiæ, & moralis Philosophiæ optime terneret, ut nemo de quæstionibus etiam difficilissimis majore verborum castimonia loqueretur.

tur. Aloysium Granatam plurimi faciebat, ejusque libros diligentissime legere consueverat; locos ex ejus concionibus, & opusculis sibi constituerat, quibus copiose ex improviso etiam Evangelium, Epistolam, Missæ introitum aut aliquos psalmorum versiculos posset explicare. Et non solum ex Granata, sed ex sanctis Patribus plurimos locos sibi collegerat. Quo ejus lobore factum est, ut facillime tres aut quatuor sermones uno die ad populum habere posset, cum fere nihil repeteret. Synopses quam plurimas, commentarios itidem varios, & multos, e quibus sylva quædam pastoralis in unum volumen redigi facile poterit, testamento reliquit Joanni Francisco Bonhomineo Vercellensi Episcopo, cujus pietate & industria fiet aliquando, ut ex optimi Cardinalis laboribus ab ecclesiasticis hominibus fructus percipiantur. Et Patri Francisco Adorno præcipuos quosdam locos digerendos paulo ante, quam ex hac vita migraret, tradidit. Dederat mihi Commentarium quemdam, quem de arte meditandi duos annos ante, quam moreretur, conscripsit, qui profecto brevitate, & perspicuitate, gravitate etiam sententiarum dignus est, qui in piorum virorum manibus versetur.

Ejus studium orationis.

Nihil magis acuit ingenium, nihil ad præstantiam judicii comparandam magis prodest, quam assidua oratio, ut multi putaverint, admiranda opera, quæ S. Thomas Aquinas monumentis literarum consignavit, oratione potius, quam laboribus, quos pertulisset

set in evolvendis libris, accepta esse referenda. Et sanctorum Episcoporum, qui Ecclesiam Dei illustrarunt, hic fuit mos, ut cum assiduis precibus lectionem optimorum librorum conjungerent, quod & nostro hoc sæculo nemo præstitit diligentius, quam Carolus. Incommode admodum somnum capere consueverat, & brevem quidem illum, nimirum quod agnosceret mortis imaginem somnum esse, & quam diu dormiunt homines, mortuos dici aliqua ratione posse, quia nihil homine dignum agunt. Ipse vero in divinarum scripturarum lectione, in oratione, & meditatione, & diutissime versari cupiebat, & noctis tempus ad id maxime accommodatum esse intelligebat, & quidem corpus domesticum inimicum vigiliis edomare studebat; eam ob causam sæpe contingebat, ut, & vigiliarum.

dum Carolus concionibus interesset, aut aliis publicis functionibus, somnus illum caperet, quod ne fieret, quamvis maximam diligentiam adhibuerit, consequi tamen semper non potuit, ut natura remissionem illam, & quietem efflagitante, non sæpe dormire non cogeretur. Erat tamen hujusmodi somnus brevis, & admodum interruptus, ita ut etiam, quæ dicebantur, magna ex parte perciperet: sic, ita disponente Domino DEO, nævi quidam in eis, quos præcipuo amore diligit, conspiciuntur; qua de re præclare a S. Gregorio in 3. Dialogorum libro scriptum est, magna Dei dispensatione fieri, ut, quibus majora bona tribuit, minora interdum non præstet, nimirum ne se extollant, sed discant, quia ex semetipsis majore

ra illa bona non habent, qui parva vitia vincere non possunt.

Ejus sobrietas.

Et sobrietatem quamdam admirabilem præ se tulit, cum in satis opulenta domo educatus, delicatis etiam cibis assuetus, tantos progressus in præstantissima virtute fecit, ut tres annos, antequam ex hac vita migravit, pane & aqua sæpissime contentus fuerit. Sane alatrix maximarum virtutum est sobrietas, contemplationis, & orationis sedula nutrix, digna Episcopo, digna animarum Pastore, & Christi imitatore laus. Et fuerunt, qui sanctum Cardinalis propositum non laudarent: cur ita? quia insano amore nos plerique nostrum diligentes, corporis tyrannidem non agnoscimus, nec extimescimus. Nihil nobis magis est curæ, quam ut miseriis, & ærumnis multis plenam hanc vitam sine ulla vel minima molestia transigamus, plane cæci, & patriæ nostræ, cœlestis illius Hierusalem (heumimum) miserabiliter obliti. Profecto paucis vel minimis natura contenta est. Et S. Basiliius pane & aqua contentus fuerat, & innumerales alii Episcopi, quos qui est imitatus, reprehendi minime debuit, laudari potius. Nos vero, qui a tanta virtute procul absumus, sobrietatem eximiam Pastoris, quem vidimus, cujus familiaritate etiam sumus usi, non semper recordari non debemus, ut tantæ virtutis memoria sit nobis veluti stimulus ad omnem luxum fugiendum, & ad omnes omnium generum cibi, & potus delicias vitandas: variorum enim ciborum copiam, & usum vini immoderatum, ecclesiasticæ disciplinæ,

plinæ, & pastoralis artis corruptorem, & inimicum jure nuncupaverimus; parere etiam hanc copiam invidiam, & inertiam alere affirmaverimus. Quod si quis episcopalem splendorem, aut Cardinalitium objiciat, & addat, tenacitatis, ne dicam, avaritiæ suspicionem vitandam; is sciat Carolo sobrietatis laude hæc ætate insigni, rationes varias non defuisse in hospitibus excipiendis, in pauperibus alendis, in templis ædificandis, quibus liberalitatem, magnificentiam etiam suam patefaceret, quamquam nec ipse etiam Carolus, dum Romæ fuit, cuiquam unquam objecit, si moderatione adhibita omnium generum cibis lautis, vino etiam ad sobrietatis regulam uteretur.

Et corpus castigabat, verba illa S. Pauli Apostoli ponderans: *Ne cum aliis prædica- verim, ipse reprobus efficiar*: quamvis si quis recte consideret, multis rationibus probabili- bus illis quidem adduci potuisset, ut, quem socium multorum laborum & præclarissimarum rerum, quas gerebat, nobilissima ejus anima habuerat, & nunquam, aut perraro rebelle expertus fuerat, minus dure tractaret, Medicorum etiam monita audiens, & valetudini consulens. Sed sancta DEI Ecclesia mira varietate virtutum ornata, hoc indulgentissimo sæculo, tali sobrietatis, & castigationis corporis exemplo fortasse indigebat, hujusmodi stimulo plerique nostrum, ut tantæ molitiei, tantarumque deliciarum, quibus diffuimus, & inertes ad res cœlestes contem- plandas efficimur, indigebamus.

Corpus
castigat.
I. Cor. 9.
v. 27.

Visitatoris munere fungitur.

Et visitandos Episcopos, & Cathedrales Ecclesias utile admodum Ecclesiæ DEI censuit, hortatus sæpe PIUM & GREGORIUM Pontifices, ut Visitatores mitterentur. Ipse visitandi munus non recusavit. Bergomum, Brixiam, Cremonam, partem etiam regionis Helvetiorum visitavit, magno cum animarum fructu; pietatis, diligentiae exempla dedit plurima. Inde Congregatio Cardinalium, qui Episcoporum causas componere, qui discordias omnes e Clericis tollere, qui Dei cultum interiorum & exteriorum tueri & propagare nituntur, instituta fuit. Frater Franciscus Panigarola, & Pater Achilles Societatis JESU, mira de illius jejuniis & de perpetuis laboribus, deque admiratione, quam Rheti & Helvetii cœperant sanctitatis hujus viri, mihi dixerunt. Fuit etiam de illa visitatione, quam proximo anno fecerat, pulcher conscriptus libellus. Et sacris peregrinationibus vir Dei delectabatur, & ad sanctum Linteum venerandum, quo Salvatoris nostri mortui corpus involutum est, Taurinum non semel, pedibus etiam aliquando iter agens, profectus est. Sed & illa sancta itinera, & extremum illud, quod vir DEI Carolus morti proximus susceperat, ut sacrosancta Dei mysteria in monte Varallo meditaretur, & sanctas meditationes, quibus, antequam ex hoc misero sæculo migaret, cum Angelis versari inceperat, non defuerunt, qui memoriæ commendarent, & narrent piis quibusdam epistolis, & libellis.

Quo animo extremo

Et cum forti & constanti animo, febri etiam correptus, mortem minime extimescens, piis

piis operibus intentus, de salute animarum sollicitus pastoralis usque ad ultimam horam munere fungeretur; sanctum Missæ Sacrificium celebrans, canonicas horas recitans, Litanias cantans, familiares suos, nautas etiam, a quibus quibusdam in lembis vehabatur, in christianæ pietatis rudimentis, languente etiam corpore instituens. Et Mediolanum cum calendis Novembris rediisset fere semivivus, antequam Medicum ad se admitteret, genuflexus forti animo in oratorio cum familiaribus suis longam orationem habuit. Cumque in lecto decubuisset, ut medicis, qui illum versari in non minimo vitæ periculo affirmabant, obediret, eundem lectum ornandum jussit imaginibus sacris, in quibus Christi mysteria fuerant depicta; memoria imprimis sacri sepulchri Domini nostri JESU Christi. In ea cogitatione attentissime defixus, cum ecclesiasticis Sacramentis pie susceptis, ad extremum illud certamen se optime armasset, placide in Domino obdormivit.

Narrem, quæ optimi Pastoris & Cardinalis amplissimi mortem sunt consecuta? Longissima futura esset scriptio. Commemorabo quædam, quæ ad honorem Dei maxime pertinent, & ad excitandos eos, in quorum manus libellus hic noster perveniet, ad varias virtutes. Hæ audiebantur voces: Recens hic Ambrosius in cælum vocatus est. Non eramus nos digni Pastore tanto. Solatio maximo destituti sumus. Ea, quæ de Athanasio scripta sunt, in hunc conveniunt, ut, quamvis quam plurimos annos post B. Mar-

Quæ post mortem CAROLI facta sint.

Ambrosio comparatur.

Marcum Alexandriae in Episcopatu successerit, si virtutes considerentur, illi proxime successisse, quempiam judicare posse. Ita quamvis Carolus mille amplius post annos in Ecclesia Mediolanensi Ambrosio successerit, proxime tamen successisse, si imitationis ratio habeatur, quispiam dixerit. Nam Ambrosius nobilibus ortus parentibus, parentum nobilitatem, christiana contentus, non magnificat: ita Carolus. Satyri fratris mortem modestissime tulit: sic Carolus Friderici fratris. Liberalibus artibus instructus, & sacris literis deditus, docendi studio incredibiter est delectatus: eodem studio sacrarum literarum inflammatus Borromæus, cujus vitam scribimus. Mille insidiæ a Justina, & ab aliis scelestis hominibus illi structæ, sævientium in sanctum virum miserabiles exitus: eadem Carolo contigerunt, qui ferreis globulis injectis lædi minime potuit. Ejus tempore hymni, antiphonæ cancepti sunt: Borromæi tempore, sæviante etiam pestilentia, diversarum vocum concentus per totum Mediolanum audiebantur. Potentes viros ecclesiasticæ disciplinæ tuendæ causa excommunicavit: idem non extimuit facere Carolus. Sanctorum Gervasii & Protasii corpora transtulit: Hic Simpliciani, Sisinii, & aliorum. In maxima sanctitatis opinione apud exteros fuit: in magna etiam Borromæus. Plurimæ Regum ad Ambrosium literæ: multæ etiam ad Carolum Hispaniæ, Galliæ, & Poloniæ Regum. Etenim ne hoc silentio prætereamus, Carolum Emmanuel Philibertus Dux Sabaudie

Cla-

clarissimus tanti fecit, ut filio parentis loco esse voluerit. Illum Henricus Galliae Rex christianissimus, cum in Galliam rediret, ad se adeuntem humanissime excepit, ejusque saluberrimis sermonibus magnopere est delectatus. Illum Philippus Rex catholicus summo in honore habuit. Illius virtutes Stephanus Rex Poloniae ita est admiratus, ut, cum Andream fratris filium adolescentem magnis animi, & corporis ornamentis praeditum, qui nunc Cardinalis est, Romam mitteret, Mediolanum prius divertere jussit, ut Caroli disciplina, & paternis cohortationibus instructior Romam iret. Et hunc quidem adolescentem praestanti ingenio, & Religione Carolus mirifice dilexit, eumque vicissim Andreas, ut parentem obfervavit, nec alio, quam patris nomine postea appellavit. Sed ut ad institutam comparisonem redeamus. Jejunia Ambrosii crebra, & vigiliae: plurimis Carolus jejunis deditus. Orandi assiduitas: & Carolus singulis diebus orationem cum lectione sacrorum librorum conjungebat. Sollicitudo itidem omnium Ecclesiarum: sollicitus maxime de Parochiis, quae in latissima ejus Dioecesi sunt. Amor admirabilis erga pauperes: & eleemosynas Borromaeus libenter distribuit. Alienatio praediorum eorum causa: & hic vendidit suppellectilem omnem, vestes etiam suas pestilentiae tempore, ut succurreret pauperibus. Paupertatis itidem studium: & Carolus dum in suo cubiculo oraret, aut sacrae lectioni incumberet, una veste contentus, & ea quidem vilissima, hye-

hyeme & æstate utebatur. Idem Ambrosius peccata aliorum acerbissime flere consueverat : & hic gregis sui peccata lugere non desinebat, luxum maxime. Dignitatis ecclesiasticæ studiosus, Clericos a laicis in choro distinxit : & auctoritatem ecclesiasticam defendit Carolus. Mortem suam prædixit, Eucharistiam paulo ante, quam e vita decederet suscepit. Dum ad sepulturam deferre batur, dæmoniacorum clamores plurimi auditi, ejusdem corpus omnes tangebant, omnium ordinum homines ad sepulchrum ipsum deducebant : & hæc omnia Carolo divino beneficio contigerunt. Virtutes, quæ in Ambrosio fuerant (ut uno verbo dicam) in Carolo Borromæo mille amplius post annos, renovasse Dominum Deum, qui hanc nostram scriptionem legerint, & qui libellos varios, qui de ipso conscripti sunt, evolverint, facilius intelligent. *Mirabilis est Dominus in sanctis suis. Mirabilia sunt opera ejus, prædicanda dona ejus.*

Psal. 67.
v. 36. &
138. v. 14.

Quale-
nam testa-
mentum
fecerit.

Imitator hic egregius Ambrosii, qui novus Ambrosius nominatus est, Carolus testamento supellectilem suam, & non magnam pecuniæ summam, quæ in œconomi manu eo tempore fuerat, pauperibus Mediolani, qui in magno illo hospitali pie sustentantur, reliquit, nulla consanguineorum suorum ratione, aut mentione habita, quandoquidem illos divites valde, opulentos potius esse optime nosceret. Pauperibus, hoc est, Christo, cujus membra sunt

sunt
rat
supel
reli
pien
bili
stom
catur
nam
clam
fit:

egreg
mer
anno
tavit
utru
me i
nore
fibi
scrip
tatus
nihil
est.
picta
exim
viro
fueru

serva
fi qu
verte
lecta
S.

sunt pauperes, a quo maximis thesauris fuerat ditatus, cui animam suam dicaverat, supellectilem suam, omniaque, quæ sibi reliqua erant, restituenda censuit, & sapienter, ut omnia; ut mercaturam laudabilissimam, quam sanctus celebrat Chrysostomus, in suæ vitæ exitu exerceret. Mercaturam sanctus ille vir appellat eleemosynam, quam sanctus Spiritus interdum sanctam scænerationem nominavit, cum scriptum sit: *Qui miseretur pauperis, sceneratur DEO.* Prov. 19. v. 17.

Et vir optimus, & amicitiae cultor egregius, qui me in amicorum suorum numero pro sua humanitate ante viginti duos annos collocaverat, nescio, an me excitavit, an magno honore affecit? dicam utrumque: & ad pastorales omnes virtutes me inflammavit, & maximo me affecit honore, cum imaginem S. Ambrosii, quem sibi imitandum proposuerat, & ad cujus scripta assidue legenda me sæpe fuerat hortatus, mihi testamento reliquit; quo dono nihil mihi in mea vita jucundius futurum est. Erit mihi imago illa pulcherrime depicta stimulus perpetuus ad pastorales, & eximias illas virtutes, quæ in sanctissimo viro Ambrosio, & ejus imitatore Carolo fuerunt, imitandas.

Amicitiae leges, si quis alius servavit, servavit ipse, cum libere monuerit amicos, si quando illos monitione indigere animadverterit. Et Religiosorum familiaritate delectatus est plurimum, eorumque consiliis sæpe

ter dile-
xit.

sæpe utebatur. Franciscum Adornum Societatis Jesu plurimi fecit, qui, cum in extremo vitæ curriculo per dies plurimos, quo tempore in monte Varallo meditationibus se totum tradiderat Carolus, ab ejus latere nunquam discesserat, res admirandas de eximiis virtutibus, quæ in postrema vitæ suæ parte ostendit Carolus, narravit, & scripsit. Et Francisci Panigarolæ doctrina, & facundia delectabatur, illumque in visitationibus sæpe comitem habere consueverat. Et plurimi erant, qui libentissime Pastorem suum sequerentur, nullosque labores subterfugerent, ut ejus jussis etiam cum vitæ periculo obtemperarent. Ludovicus Moneta Clericus Mediolanensis, vir egregia fide, & præstanti pietate, Carolo imprimis charus fuerat; ipso comite in itineribus utebatur maxime. Sed inter complures præstantes viros, quorum fideli opera Ecclesia Mediolanensi gubernanda, & ecclesiasticis negotiis tractandis, diu multumque est usus, duo imprimis fuerunt non solum doctrina, religione, prudentia, sed episcopali etiam dignitate, quam postea consecuti sunt in Ecclesia Dei, illustres, Joannes Baptista Castellius Bononiensis excellens Jurisconsultus, qui factus a GREGORIO XIII Episcopus Ariminensis, demum cum ejus & apostolicæ Sedis nuntium apud christianissimum Regem ageret, magno bonorum dolore in Gallia est mortuus. Et Cæsar Specianus, qui Romæ Caroli nomine apud summos Pontifices res gravissimas administravit, & anno superiore ab eodem GREGORIO Novariæ

datus

datus est Episcopus. Nam Petrum Galefinum egregie eruditum eloquentem hominem, aliosque quam plurimos Caroli Cardinalis administratos & alumnos, commemorare longum est.

Quot lachrymis universus Clerus, Ingens omnes nobiles viri, totusque Mediolanensis populus Caroli funus profecutus sit, scripserunt multi. Mœroris tot, tamque varia signa apparuerunt, ut neque verbis, neque literis exprimi posse videantur. Ad ejus sepulchrum, quod e regione altaris majoris ad primos gradus chori sibi ædificandum sine ulla pompa constituerat, innumerales mortales confluxerunt, confluisse etiam multos post dies accepimus. Et non paucos reperiemus, qui admirabiles Caroli virtutes considerantes, contemptum rerum humanarum cum admiranda charitate, & assiduo cum DEO colloquio junctum, & cum frequenti sanctissimæ Eucharistiæ usu, & mansuetudinem eximiam, & maximam humilitatem, ob angelicas virtutes, quibus Carolus fuerat conspicuus, jam in coelum evolasse pro certo habeant; putent etiam fore, ita DEO, cui arcana omnia notissima sunt, disponente, ut Carolus aliquando Ecclesiæ decreto in Sanctorum numerum adscribatur.

Et GREGORIUS XIII. judicio præstantissimo & eximiis virtutibus præditus, accepto de ejus morte nuntio, in Consistorio de excellentibus Cardinalis tanti, qui

Roma
luget CA-
ROLUM.

magnum sacrosancto Collegio ornamentum attulerat, & pro sancta Ecclesia, proque amore DEI labores varios pertulerat, virtutibus sermonem habuit, magnum & justum dolorem suum Cardinalibus exposuit. A quo Pontifice GREGORIO, & a PIO V qui in Pontificatu illum præcesserat, unice dilectus est, & testimoniis variis, tum in Consistorio, tum in multis sermonibus fuit celebratus. Et Roma tota, quæ virum DEI venerabatur, & ut lumen militantis Ecclesiæ agnoscebat, & suspiciebat, Carolum luxit, & lugent illum adhuc plurimi. In luctu hac ratione se ipsos consolantes, quod in cœlestem illam patriam ante Regem Regum Dominum DEUM, cujus imperio totus regitur mundus, admissus, christianæ reipublicæ, cui exemplo & laboribus consuluit, precibus assiduus prodesse non desinit, & quando ejus exemplo meliores non pauci efficiuntur, disciplina etiam ecclesiastica scriptiōibus suis crescit; nobis dubium minime esse debet, quod uberrimos laborum suorum fructus capiet in illa sempiterna beatitudine Vir sanctus, DEO justo judice meritis præmia cumulatissime reddente, quæ nemo cogitare, nedum explicare potest.

De illius
exequiis.

Ejus exequias celebravit Nicolaus Cardinalis Cremonensis, qui mirifico amore Borromæum diligebat, ita ut sacrum faciens lachrymas continere sæpe non potuerit, jacturam, quam fecit optimi & egregii Pastoris de patria sua optime meriti, considerans. Attigit annum quadragesimum septi-

munum,

mum; satis longam vitam duxit, si plurimarum virtutum exempla, quæ reliquit, consideremus; admodum brevem, si ad commoda, quæ Ecclesiæ DEI afferebat vitæ exemplo, & pluribus suis virtutibus animum intendamus, ut Vir DEI diutius præmio sibi debito, cœlesti illa patria careret, noluit Dominus, qui sit benedictus in sæcula.

Hanc de Cardinalis Borromæi vita scripti-
onem meam Antonii Cardinalis, Guilielmo Cardinali Sirleto, quem patrem judicii agnoveram, & Borromæi memoriam colentem valde, ejusque eximias virtutes libenter celebrantem, tradideram. Susceperat prompto animo scripti-
onem legendam, considerandam, emendandam, si qua ei emendatione opus esse videretur. Cum autem pridie, quam ex hac vita Sirletus migraret, ad illum in lecto decumbentem accessissem, læto admodum vultu me aspiciens, inquit: nihil opportunius contingere poterat mihi, quam illum, quem de sanctissimi Cardinalis Borromæi vita libellum scripsisti, mihi-
que legendum dederas, tibi meis manibus restituere. Addiderat quædam, nonnulla etiam detraxerat, quædam correxerat amanter, & prudenter, ut solitus erat. Munus tuum (addidit) sepulchrale fuit mihi acceptissimum. Divina providentia factum crediderim, ut in ultimo hujus vitæ actu virtutes Borromæi, ejus imprimis vitæ contemptus, & animi in minime formidanda morte celsitudo, quem unice dilexi, & magna observantia sum prosecutus, mihi proponerentur,

ut alacrius ad patriam illam communem nostram tenderem : faxit Deus misericordiae parens, ut ego, & tu aliquando in cœlesti illa patria Carolum nostrum videamus, ibique vere in Domino conjuncti, perpetua felicitate perfruamur.

Ipse molliter nimium hæc audiens, vix verbum proferre poteram, lachrymas etiam non continui : sed quod magis reprehendendum est, hæc recordans interdum adhuc lugeo. Quid hoc est ? Homo in disciplina Sirleti parum exercitatus, imitator malus tanti magistri, quem suspiciebam. Senex canitiei, quæ certissima advenientis mortis, & non multum distantis nuntia est, oblitus

I. Thessal. meæ, verborum, quæ apud S. Apostolum
c. 4. 12. Paulum legeram, parum memor, contristor de dormiente, quasi spem non habeam, lugeo e custodia vocatum a Domino, servum bonum ab exilio profectum in patriam, ex hujus peregrinationis fluctibus in portum deductum, civem beatæ Hierusalem factum, frui sanctissimæ Trinitatis aspectu, & societate Angelorum. Cohibui me tandem, mi Carafa Cardinalis optime, tuo etiam exemplo, sic me ipsum alloquens : Mortuum in Domino, atque ob id beatum lugemus ? cur non gaudeamus potius ? Sacro Collegio hic erat ornamento ; de cœlo precibus suis erit subsidio. Vicario Christi serviebat fideliter ; nunc servit Domino Dominorum, eoque fruitur. Commoda afferebat Ecclesiæ militanti laboribus, & vigiliis suis ; nunc in Ecclesia triumphanti victoriæ, quam
 de

de se ipso, & de perennibus inimicis nostris retulit (ut æquum fuerat) fructus percipit. Ne causa nostra doleamus nimis, ejiciamus mollitiem animi, gaudeamus potius migratione amici, & de utroque nostrum, de omnibus potius, qui ejus consuetudine usi sunt, bene meriti. Justa persolvimus (ut debuimus); laudationi, quæ in funere est habita, interfuimus. Quid restat, nisi ut ad eandem patriam aspiremus, ad quam ipse (ut credimus) jam pervenit. Subsidia, quæ nobis est pollicitus, precum suarum apud bonorum omnium largitorem Deum, in hujus vitæ periculis tam variis, & magnis expectemus, memores documentorum, quæ nobis reliquit; memoriam amici veri tanti Cardinalis ex animo nunquam excidere patiamur nostro. Tu, qui tanto magistro es usus in sanctis Græcorum Patrum libris potissimum perlegendis, & ejus consuetudine plurimos annos te ad maximarum virtutum, quibus ipse præstabat, perpetuam imitationem effinxisti, recordatione Cardinalis Sirleti valde semper delectaberis; ego vero & delectabor, & illum veluti exemplar semper habebo ante oculos. Multiplex rerum humanarum & divinarum scientia cum admirabili humilitate conjuncta; historiæ ecclesiasticæ admiranda cognitio cum perpetuo communicandi studio; sermo gravis & eruditus, lepore & charitate christiana conditus; patientia summa in miserorum querelis audiendis; studium in subveniendo oppressis assiduum; mirum in dissimulandis, excusandis, minuendis aliorum erratis; re-

rum externarum, divitiarum imprimis, & inanis gloriæ contemptus; lenitas animi amabiliissima; cautio valde probanda, ne domestici ejus illi dominarentur; in consanguineis suis minime divitibus ditandis digna Cardinali & Episcopo moderatio; orandi studium cum gratiarum ad Deum actione quotidianum; hilaritas a puritate conscientiae profecta; hæc omnia animo infixæ sunt meo, hæc semper libentissime commemorabo. Ad tantarum ipse virtutum imitationem studia mea, cogitationes meas semper dirigam. Jacturam magnam, quam anno uno Collegium sacrum Cardinalium fecit (ut alios omittamus) duorum imprimis Cardinalium Borromæi, & Sirleti sarciet Dominus Deus, pietate, diligentia, industria Cardinalium, qui vivunt, quos sanctissimis suis donis in dies magis ditat, & pro sua benignitate ditabit.



DE
O B I T U
C A R O L I

CARDINALIS S. PRAXEDIS
ARCHIEPISCOPI MEDIOLANI

EPISTOLA

CAROLI A BASILICA PETRI

Presbyteri Mediolanensis ex Con-
gregatione Clericorum Regularium
S. Pauli decollati.

AD
P. F. LUDOVICUM GRANATENSEM

In memoria aeterna erit justus, ab Psal. III.
auditione mala non timebit. v. 7.

Significasti mihi sæpius literis tuis, opti-
me Pater, nihil me tibi gratius facere
posse, quam ut de Caroli Cardinalis san-
ctæ Praxedis Archiepiscopi Mediolani actio-
nibus, quem nunc sempiterna vita frui spe-
ramus, aliquid scriberem. Qua ego pia ad-
modum voluntate tua amantissimoque in Car-
dinalem animo mirifice delectatus, tum alias
ad te de rebus illius non semel literas de-
di; tum hoc tempore de sanctissimis exerci-
tationibus, divinisque contemplationibus

scripturus eram, quibus in sacro Varalio monte superioribus diebus præcipuo quodam studio se dederat. Sed me miserum! spirituales illæ jucunditates eo exitu, nobis quidem acerbissimo, conclusæ sunt, de quo te jam arbitror audiisse; cum tristissimi casus fama in omnes partes jam pervenerit, orbemque luctu impleverit. Nunc de utroque ad te scribam, de sacris contemplationibus, & morte; ex quibus illæ magnam spiritus tibi afferent delectationem; in hujus vero narratione, aliquid, opinor, ut sit, in dolore levationis invenies. Cupiebat optimus Antistes superioribus mensibus paulum se de turba, & a negotiis, in sanctum otium solitudinemque conferre; ut quemadmodum certis temporibus solebat, animæ suæ statum, officia, culpasque diligentius secum deputaret; & spiritus sui viribus instauratis, ad Ecclesiæ suæ gubernationem reverteretur; quamquam aliam quoque causam, præcipue cujusdam contentionis orando adhibendæ, hoc tempore habuisse, iis notum est, quibus illius arcana consilia, gravissimaque, quæ nunc susceperat, munera ignota non sunt. Cui rei etiam indicio est, eum & longinquorem, & insigniorem locum ad id delegisse, longiorique temporis spatio in eo moratum esse, quam solebat. Sed illud quoque verum est, aliquot jam annos, eum Dominicæ passionis memoria mirifice delectari solitum fuisse, eamque animo ita fixam habuisse, ut illius variis modis tractandæ, dividendæ, ordinandæ finem non faceret, tempusque aliquod cupide observaret, quo animus illius

ab

ab interpellationibus liber, in ejusmodi sacris meditationibus posset conquiescere. Di-
eam postremo; cum eum Deus post maximos labores, gravesque perpeffiones in coelum, ut speramus, accerfire vellet; quibus divina gloriæ, & honori serviens, annis præsertim circiter viginti, quibus in hac Ecclesia resedit, exercitus fuerat; ultimo, & insigni hujus vitæ beneficio, eam ei mentem dedisse, ut præcipuam illam mortis causa præparationem adhiberet. Itaque, cum sacram ordinationum solemnitatem sacris Septembris temporibus de more esset celebraturus, nuncium accepit, Franciscum Bossium, Episcopum Novariensem in gravissimum morbum incidisse, ita ut mortis periculum in horas immineret. Statim ipsa nocte, nulla habita incommodi alicujus ratione, ut erat ejusmodi præsertim necessitatis tempore, & erga Provinciæ Episcopos charitate admirabili, Novariam contendit. Mortuum Episcopum cum offendisset, &, quæ pro insigni pietate sua solebat, funeris celebrandi officia præstitisset, concionem habuisset, sanctissimæ Communionis Sacramentum frequentissimo populo ministrasset, profectus est Vercellas, ut urbis illius Ecclesiæ quibusdam in rebus consulere; Francisco enim Bonhomio apostolicæ Sedis nomine in Germania absente, curam illius Ecclesiæ, auctoritate apostolica, præter id, quod ad eum, ut Metropolitanum, spectabat, benigne susceperat. Atque non ecclesiastica solum, sed civilia etiam, eaque gravissima negotia ibi confect, ex quibus perniciosæ discordiæ facile
exti-

extitissent. Fuit eo tempore cum Cardinalibus Vercellensi, & Montisregalis, & cum Episcopis nonnullis, qui ad eum jam solebant etiam ex longinquis provinciis, tanquam ad ecclesiasticæ disciplinæ magistrum frequenter venire. Tum invitatus a Sabaudia Duce, qui se ei maxime deditum filium profitebatur, Taurinum concessit: ubi postquam cum Duce collocutus, & sacrosanctum Linteum, quod suscepta olim laboriosa admodum peregrinatione, magno pietatis documento, inviserat, veneratus esset, discessit, & in Varalium montem se recepit, qui fere sub alpium jugo, inter Helveticos, Pedemontanosque fines positus, ab urbe Vercellensi, Novariensi, & Comensi millia passuum viginti quinque, aut ad summum triginta, distat; a Mediolanensi quinquaginta quinque. Ibi ante annos fere centum, unus ex fratribus S. Francisci Ordinis, quem observantiæ dicunt, Mediolanensis, ex familia Caima, sepulchrum Domini, imitatione Hierosolymitani, posuit; fratrum suorum monasterium, quædamque sacella, ex multis piorum virorum eleemosynis ædificavit; in quibus historia Dominicæ passionis, pulcherrimis statuis, & ad pium animi affectum excitandum accommodatis, expressa est. Iis addita sunt plura alia sacella, non solum passionis Domini, sed sacrarum aliarum historiarum imagines referentia, quæ in summa montis parte distinctis locis posita, pulcherrimam præbent piorum mentibus sacrarum exercitacionum oportunitatem. Huc igitur in fratrum

mona-

mona-
tre F
gnæ
num
num
anim
dit,
rum
habu
tere
passi
que
ceri
temp
ad m
opor
com
priu
sceb
ctac
leun
noc
sub
spir
in e
lare
eun
ad
dur
cur
spa
cor
mu
cur
set

monasterium vir sanctus Carolus, cum Patre Francisco Adorno Societatis Jesu, magnæ pietatis, doctrinæque viro, confessionum ministro, & spiritualium exercitiorum adjutore, cum se recepisset; primum animo studiosissime expurgando operam dedit, & certi temporis generalem peccatorum confessionem pro sua consuetudine habuit, quam non longis intervallis repetere solebat: venit deinde ad sanctissimæ passionis meditationes; in quibus eos quoque, quos ex familia secum habebat, exerceri voluit. Diei, & noctis etiam, certa tempora distributa erant, quibus quemlibet ad meditandum, & orandum in sacellis esse oportebat. Cardinalis autem, qui tamen communi tempore contentus non erat, proprium sibi sacellum, nullo comite, deponere solebat. Jucundissimum erat pietatis spectaculum, quod suavem conscientiae aculeum admovebat, videre tantum virum, nocte præsertim, solum, parvula laterna sub pallio recepta, per ea loca ire, quo spiritualis affectus acius invitabat. Atque in eo maxime elucere visum est ejus singulare sacræ contemplationis studium; quod, cum ea paulisper intermittenda esset, & ad Cardinalem Vercellensem Aronam eundem, nocte ante, octo ipsas horas, una cum familia, in ea permanfit, cum toto eo spatio genibus tantummodo, nixus nulla corporis parte, flecteretur; immo ad extremum queri de eo visus est, qui horologium curabat, quasi præfinitum spatium contraxisset. Tempus constitutum erat, quo omnes

congregati, loco quisque suo, quid meditatus esset, animoque pie sensisset, in medium afferebat. Qua in sacra communicatio-
ne narrant, coelestia verba, & sententias ex sacro illo Caroli ore excepisse, qui quasi color quidam supernus, morti propinquus, suaviores, quam solebat, voces edebat. Narra-
vit mihi Pater Franciscus, se divini illius pectoris sensus, intimasque cogitationes spiri-
tualis suavitatis, lachrymisque conjunctas, sæpius animo suo obstupisse, dulcique item fletu profecutum esse. Quam vero hic ad-
hibuit vitæ, & victus asperitatem, quamquam sine dubio erat maxima; ipsi tamen nova non erat; cujus solitus jam cibus erat panis, & aqua; & cum paucis horis in paleis cubaret, commoda sane ratione uti sibi videbatur. Neque is erat, qui flagellorum & cilicii disciplinam unquam omitteret. Itaque non magnum erat, illum eo quoque tempore pane, & aqua vitam sustentare; ligno jacentem brevem somnum in cilicio capere, & flagella sibi adhibere, quibus cum sanguinem quandoque hausisset, interulam sanguine aspersam, quam ille studiose occultaverat, & flagella item cupidissime conquistata, quidam inter res charissimas reposuerunt. Illud quoque sibi ministerii sumpserat, ut ante lucem lumen afferret patri, & quo reliqua familia acciperet, ne incommodo afficeret suos. Quo severiore enim erga se in die utebatur disciplina, eo se humaniorem, mitioremque erga alios præstabat; consueveratque noctu lumen in parvo cubiculo suo habere; tum ne cubiculariis forte luminis in-

feren-

feren-
quem
tabula
retur
autem
quinc
morat
ex qu
misit
cum
redeu
Medi
curat
possu
tem
teret
quid
gerat
quo
rum
habe
dici
dem
tion
vict
rem
exp
illuc
fion
tion
tati
piel
stitu
con
reb

ferendi molestiam exhiberet; tum etiam ut, quemadmodum existimo, jucundo piarum tabularum, quas ibi habebat, aspectu frueretur, si quando oculos aperiret. Antequam autem a monte discederet, ubi non amplius quindecim dies, neque id sine intervallo, moratus videtur, tentari valetudine cœpit; ex qua suo, & Patris consilio, nonnihil remisit de consueta vitæ asperitate. Atque cum feбри se laborasse sentiret, tempusque redeundi videretur, discedendum sibi statuit. Medicum quidem in reditu consuluit, sed curationem tamen, ut solent, qui id facere possunt, statim non habuit; expectavit autem pro sua consuetudine, num febris reverteretur; qui antea quandoque, ne quarto quidem febris impetu ad medicinam confugerat, & abque illa tamen emerferat. In quo Vir sanctus, sicut in reliquis, pauperum vitam sequebatur; qui non solum non habent, cum ægrotant, unde curentur, medicinamque adhibeant; sed ne opera quidem, & labore consueto abstinere, & cessationis beneficio frui possunt, cum rebus ad victum necessariis destituantur; quam ad rem naturæ tamen, & corporis sui diuturna experientia utebatur. Multas habuit totum illud absentia tempus futuri obitus præsentiones; nam præter inusitatam illam præparationem, præcipuam suavitatem in iis exercitationibus ex gloriosi sepulchri mysterio capiebat; nam cum facello, & imaginibus destitueretur, quæ sumptæ meditationi propriæ convenirent; ad sepulchrum semper se referebat, ex ejus contemplatione diviniora
qua.

quædam mentis cogitata hauriebat, & cum, profecione indicta, omnes de monte descenderent, animadvertissentque Cardinalem ipsum deesse, mulierculæ cujusdam incidio, in sepulchri antro ille repertus est. Sacrum Missæ officium, nescio an postremum, præter consuetudinem, perpetuis cum lachrymis celebravit. De morte frequenter loquebatur. Sæpe commemorabat, suos fere diu vivere non solere. Patrem suum Gibertum Comitem, cum ætatis quadraginta septem annorum esset, mortem obiisse. Mirum esse, quod ipse ad eandem ætatem pervenisset; quod duodecim ante annos morbis, & curationibus adeo debilitatus erat, ut omnium judicio morti propinquus judicaretur. Atque fuit ille quidem, dum juvenis esset, etiam Medicorum sententia, neque id ob vitæ asperitatem, quam nondum coeperat, ea valetudinis conditione, ut mirati sint, quicumque eum noverant, vitam potuisse producere longius; sed omissa ille nimia exquisita corporis cura, ex piorum, prudentumque virorum consilio, simplicem, communemque vivendi rationem elegit; cum abstinentia deinde, & cum asperitate eam conjunxerit, reliqua ætate, hoc est annorum circiter duodecim cursu, bona valetudine, in magnis curæ episcopalis laboribus, usus est; ut potius existimandus ille sit per rudiorum, & severiorum vitæ disciplinam honeste postremos vitæ annos a Domino obtinuisse; quam vel modicum propter eam temporis deperdidisse. In reditu, dum febri laboraret, commemorabat; & libenter

qui-

quide
neren
cem
esse
bis E
de ex
omni
& sp
etiam
dum
ri op
re, q
tui. I
nec v
grand
agenc
mend
de ab
ab hi
sui co
hi qu
sibi v
nisi fe
incom
diolan
muni
dium
vina
morb
statim
in suc
simis
die,
bris r
parvi
S. C

quidem, ut omnia, quæ ad eundem pertinerent; PIUM V sanctæ memoriæ Pontificem maximum, cum non longe se a morte esse sentiret, surrexisse tamen, & septem urbis Ecclesias invisisse. Disputabat divinitus de excellenti illa voluntate, qua rebus aliis omnibus omiſſis, unum Dominum sequi, & spectare debemus, neque aliud quidquam etiam spirituale, in hac vita proponere; nedum enim aliis, dicebat, capi me, & teneri oportet, sed iis ipsis liberum me præbere, quæ ad hujus Ecclesiæ utilitatem institui. Incumbere me perpetuo æquum est, donec vivam, in Domini cultum: si alio migrandum sit, præsto esse debeo, & quidquid agendum restat, divinæ providentiæ commendatum libere relinquere. Sed quid ego de absentia hujus tempore loquor? Multis ab hinc mensibus edebat hujusmodi animi sui cogitationes; neque ita multo ante, mihi quadam ex causa dicebat, vitæ spatium sibi videri non amplius fere prorogandum; nisi forte ad annos aliquot inter morborum incommoda traducendos. Venit ille Mediolanum feria sexta vesperti, quo die communi Ecclesiæ officio, ad mortuorum subsidium divina celebrabantur. Quæ quidem divina fuit providentia, ut tantisper gravitas morbi lateret, donec ad sedem suam, in ea statim moriturnus, reverteretur; cum autem in suo majori cubiculo decubuisset, peritisſimis medicis vocatis, expectabat sequenti die, hora fere decima octava, an febris rursus accederet. Jusserat ex summa parvi cubiculi sui parte tabulam evelli, in

S. Car. Instr. Past.

E

qua

qua Salvatoris nostri mortuum corpus depictum erat, & super conopei fulcimenta collocari, ut eam, cum oculos tolleret, posset aspicere: aliam in ima lecti parte appendi, ut directo eam spectaret obtutu, in qua Christi Domini effigies erat, agonia in horto laborantis. Altare item in ipso cubiculo poni voluerat optime instructum, cum pulchra tabula, quæ Domini sepulchrum referebat, ut aptam omnium rerum consecutionem, eundemque præfagiorum cursum agnoscere posset. Vigesima prima fere, ni fallor, hora erat, hoc est tertia ante noctem; cum, nescio quo modo, gravius laborare cœpit, ut oculis apertis fere esse non posse videretur. Astabamus illi; & modo hic, modo ille, variis rebus proponendis tentabat, ut oculos aperiret. Dixi ego illi, me non credere, eum dormire, sed contemplari, facereque, ut optimum virum Mutinensem Episcopum fecisse quandoque referebat; dicebat enim, cum periculose valde ille ægrotaret, clausis oculis semper secum cogitasse, neque cuiquam auscultare voluisse, rogasseque, ne quis a Deo se tali tempore avelleret, & ad humana deduceret. Subridere visus est, cum hæc dixi, & mansit tamen ut prius. Comparavi imprudens illius morbum, qui levis habebatur, cum Episcopi illius mortiferæ valetudine, divinavi que, nesciens, quid dicerem. Ac mihi quidem huiusmodi rem consideranti venit in mentem, illum, cum ingravescere morbum sentiret, dedita opera ita se ipsum collegisse, cogitationemque ab omnibus vitæ hujus rationibus avocasse.

postre-

postre-
dem
nem
deret
paulu
relin
com
dam
quib
dece
ut ej
ciosi
deret
perpe
incre
magn
niffer
gravi
rentu
post
cum
fueri
tim,
Sakra
extre
cœpi
qui
vita
sibi
re, f
Colle
sanct
facell
utrun
Quæ

postremoque tempore eam constantiam, fidem, modestiam, & cum Deo conjunctionem præ se tulisse, quam antea vita ostenderet. Is autem revera erat, qui ne a Deo paululum disjungeretur, omnia alia facile relinqueret, divinæque providentiæ libere committeret; quique mallet communi quadam, & vulgari ratione, quam præclaris quibusdam virtutis, indiciiis, ex hac vita decedere. Quamquam enim optabile erat, ut ejus obitum præclaris quibusdam, & speciosis sanctitatis significationibus ornatum videremus: quid aliud erat tamen, quod post perpetuum rerum admirabilium, & prope incredibilium cursum, in ejus vita, aut morte magnopere requireremus? Cum Medici venissent, & in ea fere sententia essent, ut de gravi aliqua & diuturna ægrotatione suspicarentur, naturæ vim valde deficere paulo post intellexerunt. Id nobis, qui aderamus, cum dixissent, qui animi in nobis reliquum fuerit, facile existimare licet. Misimus statim, ut in Ecclesiis oratio ante sanctissimum Sacramentum institueretur, & de Viatico, extremaque Unctione illi adhibenda agere coepimus. Dictum illi est a Patre Francisco, qui semper affuit, tempus esse, ut ex hac vita abiret, & ideo sacri Viatici subsidium sibi compararet. Ille autem, se enixe petere, statim respondit. Cumque Canonorum Collegio cum sacris indumentis comitante, sanctissima Eucharistia in archiepiscopale sacellum allata esset, quæsimus ex eo, utrum afferri tunc vellet: nunc, inquit ille. Quæ quidem sola verba eo periculi tempore

re protulit ; ex quo perspicuum esse videtur, illum, si voluisset, alia quoque potuisse dicere ; immo ex eo etiam integri ejus sensus cognosci potuerunt ; quod cum interrogaretur, utrum vellet Archipresbyteri manu, an alterius afferri sanctissimam Eucharistiam ? paululum, ut sæpe solebat, antequam responderet, apud se cogitavit ; tum de Archipresbytero significavit. Quod idem fecit, cum ab eo quæreretur, num vellet Provinciæ Episcopos secundum ea, quæ in eo genere confecerat, decreta accersere. Præterea vero de morte tunc obeunda, & extremis subsidiis recipiendis ea vultus constantia accepit, qua rem quamlibet notam & expectatam audiisset. Neque enim vel levi aliquo indicio commoveri visus est ; immo cum ejus consobrinus Comes Renatus Borromæus, humana quadam amoris significatione, hortatus esset, ne eo tamen nuntio terreretur ; subrisit sanctus Sacerdos ad ejus juvenis amantissimi verba. Rogavi ego, ut illud S. Martini secum dicere vellet : Domine ! si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem ; illud existimans, ut si cujus preces ad prorogandum vitæ spatium valere possent ; ipsius ad id aptissimas fore, & acerrimas. Benigne tum ille me aspicere visus est, nihilque respondit. Neque vero dubito, quin is, qui se toties pro grege suo devovit, tunc quoque ad longiorem vitam paratum se præbuerit, sed idem fuit illius, qui S. Martini fuerat, orationis eventus. Cum sanctissimum Sacramentum postulat allatum esset, pie illud sumpsit ; cum indicasset

caste
ut an
tisse
Un
mult
Leg
ejus
sertin
mori
verat
ne b
beci
fuste
tiit.
liber
sed a
aliqu
tior
liciu
non
afflic
fuera
set,
char
ut u
comp
& ca
mus.
ricul
quæ
mot
re u
hac
mod
liqu

castet

vide, casset tamen, animum sibi e lecto surgendi, ut ante constituerat, fuisse, si vires suppetissent. Post illud statim extremam suscepit Unctionem. Nox erat, & infinita prope multitudo usque in cubiculum concurrerat. Legebamus nos, qui astabamus, præscriptas ejusmodi officii preces, evangelicam præsertim Domini passionem, quam ille apud morientes lectionem maxime semper probaverat. Tum petita ab eo est omnium nomine benedictio, quam ægre quidem ob imbecillitatem, sed manu tamen, quæ ab alio sustentabatur, signo crucis formato, imperiit. Ita agoniam illam ingressus est, quam libentissime in passione Domini cogitarat; sed adeo suavem tamen, ut neque membro aliquo agigaretur, neque vis ulla vehementior appareret. Imposuimus demum illi cilicium cinere benedicto aspersum, quod ille non solum in ritu, sed etiam in ipsa carnis afflictione vehementer probaverat, & usus fuerat; & cum tertia fere noctis hora venisset, animam Deo reddidit. Contigit mihi, charo admodum, sed acerbissimo munere, ut ultimum colligerem spiritum, oculosque componerem; cum osculandæ integræ illius, & castissimæ carnis desiderium, qui aderam, explere non posse videremur. Periculi fama tota continuo civitate manavit; quæ tam horribili auditione vehementer commota est. Miserabile erat spectaculum videre ubique lumina circumferri, & homines hac illac vagari; tum anxie sciscitari, quo modo se res haberet? & cum nihil spei reliquum esse audirent, maxime perturbari,

& flere. Cum domo archiepiscopali discessissem, vias eorum multitudine offendi refertas, qui crucibus prælatis, quamquam sero, processiones cum litanis obibant, quibus ad Sanctorum invocationem respondebatur ab omnibus: Intercede pro eo. Cum me viderent transeuntem, cupide interrogabant, qualem nuncium afferrem? quem accipientes, miseri luctuosis clamoribus omnia replebant; ut ferreus videri posset, qui lacrymas teneret. At ad sancti Pastoris lectum, qui fletus, quæ lamentationes audiebantur! Flebant Canonici, & luctuosis vocibus, ut olim S. Martini discipuli, querebantur, quod optimus Pater eos defereret, & in mærore, & periculo relinqueret. Graviter plerique ex familia lamentabantur; qui non ut aulici quidam, sed ut deditissimi filii sanctum Virum diligebant; supplices benedictionem illius omnes postulabant, illudque vehementer curabant, ut vel minimum aliquid saltem, quod illius fuisset, haberent, quod solatii, & religionis causa servarent. Tanta erat commotio, tantus luctus, ut nesciam, an in illa Friderici Æno-barbi ruina major luctus fuerit; præsertim postquam tristissima campanarum, primo Ecclesiæ majoris, postea aliarum Ecclesiarum omnium signa audita sunt. Eos equidem flere vidi, quibus ne patris quidem, aut cuiusvis propinqui mors lachrymulam excussisset, & eos itidem, quod mirum sane est, qui aliis omnibus potius, quam spiritualibus bonis delectari videbantur. Monasterium fuit, in quo Moniales tota nocte oran-

tes permanferunt, cum rei eventum ignorarent; & quidem exiftimo, ea nocte locum fere fomno in hac urbe relictum non fuiſſe, cum triftitia, & dolor omnia occupaffet. Convenerunt in archiepifcopales ædes primarii viri multi. Aderat Comes Hannibal Altempſius ejus cognatus, cujus filiulus genuflexus, & ſupplex benedictionem a ſancto Præſule poſtulavit. Advenit Dux Terænovæ, Provinciæ Præfeſtus, diuque amice, & pie ſane in cubiculo moratus eſt, donec ſpiritum exhalaret. Reliquit autem diſcedens cuſtodixæ ſux partem, ne quid forte offenſionis in domo accideret. Quod poſtea de more oportebat, corpori inter circumſtantium oſcula, adhibitum eſt; in cujus humeris ſatis incommoda ſigna flagellationum viſa ſunt; & in dorſo illius ſclopi iſtus ſignum, qui toto jam diu orbe vulgatus eſt. Collocatum illud eſt Pontificalibus veſtitum indumentis in ædium ſacello; neque permiſſus eſt populus ingredi, qui mirifice cupiebat, uſque ad feriam ſecundam ſequentem. Tunc aditu omnibus aperto, tantus fuit omnium concurſus, quantus cujuſcumque celebritatis cauſa fieri poſſe conjicere poſſumus, tantoque ſilentium numero, quantum omnes ſatis mirari non poſſunt. Quod ſi diutius inſepultum relictum eſſet, non dubito, quin valde longinqui quoque venturi fuiſſent. Id tantum moleſtiæ miſeri capiebant, quod morari, quantum volebant, & Paſtoris ſui vultum contemplari ſaltem non permittebantur, ob advenientium impetum perpetuum; nam tangere, & oſculari non

dabatur, ob sepimentum, quo undique muni-
 niebatur; neque calculorum coronæ acci-
 piebantur, quas cupidissime omnes offere-
 bant, ut corpori admoventur. Tantis
 fuit irruentis multitudinis impetus, ut qui-
 dam etiam ex eo interierint; de quibus dici
 posset, quod Gregorius Nazianzenus de qui-
 busdam simili de causa extinctis in funere
 S. Basilii dicebat: felices fuisse, qui digni
 habiti erant, ut sanctæ illius animæ comites
 accederent, vicimarumque funebrium loco
 haberentur. Conveniebat Clerus distincte
 in facellum archiepiscopale, ad statas vigi-
 liarum preces recitandas. Tandemque heri
 mane, hoc est, quinto demum post obitum
 die, luctuosissimum funus ductum est, idque
 satis prolixo viarum ambitu, ut longissimi
 Cleri utriusque ordines, quibus cum infinitis
 prope luminum numero funus illustraba-
 tur, explicari, & reliqua multitudo, etiam
 ex Dioecesi, locum sequendo habere posset.
 Secutus est Cardinalis Episcopus Cremonen-
 sis pontificalibus indumentis ornatus; qui,
 licet non satis firma valetudine, statim ac-
 currit. Episcopus item Viglevanensis, &
 Alexandrinus; item Episcopus Citadinius;
 Dertonensis enim in tempore adesse non po-
 tuit; cæteri autem Provinciæ Episcopi, par-
 tim mortui sunt, partim publicis Ecclesiæ de-
 causis longe absunt. Secutus est Dux Ter-
 ranovæ cum Senatu, & Magistratibus. Tan-
 tus denique conventus, & omnium ordinum
 effusio fuit; neque enim vel jus eo tempore
 dictum est, vel tabernæ apertæ fuerunt;
 quanta ad summum sancti Viri honorem,

summamque amoris significationem vix optari potuisset. Funebres vere erant psallentium voces, & sæpius fletu interruptæ necessario cessabant. Maximi auditi sunt eugumenorum clamores; & qui Domino Hierusalem intranti plausum dederunt, simplices pueri, dum corpus efferretur, commoti, miserabile verbum, Misericordia, quantum poterant, clamare cœperunt. Frater Franciscus Panigarola post Missarum solemniam, quæ Cardinalis Cremonensis celebravit, funebrem orationem, seu concionem, de laudibus optimi, multisque nominibus illustrissimi Præfulis, in Ecclesia majori, quo funus ductum erat, luculentissimam, ut solet, habuit. Pollicitus est, quod deesset, sequenti Dominica se præstiturum. Post sacrum exequiarum officium, Episcoporum omnium sacris functionibus perfectum, illatum est corpus in sacellum PII IV, quod ferreis clathris esset munitum; quod quidem vix fieri potuit ob incredibiles populi impetus, qui vel invitis omnibus tangere volebant, & coronas admovebant. Ibi ad populi desiderium aliqua ex parte explendum toto die relictum est, dæmonibus undique semper horribiliter clamantibus. Proxima vero nocte, circiter quintam noctis horam in arca plumbea conditum, in sculptis nominis, & temporis notis, in sepulchrum intulimus, quod ipse sibi testamento constituerat, jam inde ab anno salutis MDLXXVI; in quo hæredem reliquerat hospitalem pauperum hujus urbis domum: quædam suis legaverat; tum vero scripta sua ad conciones pertinentia Vercel-

lenſi Epiſcopo, quo neminem arbitror Epiſcopum illi fuiſſe chariorem, neque etiam magis probatum. Sepulturæ locum elegerat in ipſa majori Eccleſia ante gradus, quibus ad chorum aſcenditur, in quo hujusmodi poneretur epitaphium, ſi recte memini: CAROLUS Cardinalis tit. S. Praxedis Archiepiſcopus Mediolani, frequentioribus Cleri, populi, & devoti ſœminei ſexus precibus ſe commendatum cupiens, hoc loco ſibi vivens monumentum elegit. In quo quidem teſtamento quemdam funeri, & exequiis modum adhibuit, quem non ſatis recordor. Hæc eſt exitii noſtri narratio, o Pater, quod Dominus fortalſe prævideri noluit, ne infinitas prope preces eorum repudiaret, qui, ſi ſpatium datum eſſet, Domini manus quodammodo tenuiſſent, ne hanc nobis hoc tempore plagam inferret. Nunc reſtat, ut eum vehementer, quantum poſſumus, oremus, ne nos deſerat, neque pro ſua clementia permittat, ut, quæ ſanctus Vir, ſumma totius orbis admiratione, & utilitate ædificavit, nefarius inimicus diſſipet. Hanc vero nos piis hominibus afferamus conſolationem, ut ſanctiſſimas illius, mirabilesque laudes, & res geſtas explicite poſteritati mandemus; quod, pro mea equidem virium tenuitate, bene juvante Domino, præſtare conabor. Mediolani VI. Idus Novembris

MDLXXXIV.

r Epi.
etiam
egerat
quibus
smodi
mini:
s Ar-
oribus
s pre-
loco
quo
ex-
is re-
o Pa-
ri no-
repu-
Domi-
hanc
Nunc
possi-
e pro
unctus
e, &
diffi-
ffera-
llius,
plica-
o mea
vante



MONITIONES S. CAROLI BORROMÆI

AD

CLERICOS ET SACERDOTES.

*Excerptæ ex Concil. IV. Mediol. parte 3.
num. 7.*

Pervetus illud institutum est, tum sancto-
rum Patrum usu, tum Ecclesiæ aucto-
ritate comprobatum, ut quæ Sacerdo-
talem Clericalemque disciplinam, officia, ac
partes maxime attingunt; ea certis monitio-
nibus comprehensa, ab Episcopo Clero pro-
ponantur. Cujus instituti ratione exemplo
nos adducti, monitiones infra ordine præ-
scriptas, edendas censuimus, ut diligen-
tius ac religiosius iis universus Clerus se se
conformet.

AD UNIVERSUM CLERUM.

Primo Fratres & Filii in Christo cha-
rissimi! memores perpetuo estote vocatio-
nis, qua vos dignatus est Dominus noster;
qua assidua recordatione, memoriaque ex-
citati eam vos virtutem induite, ut videant
alii quasi lumen aliquod vestram sanctitatem
elu-

elucere. Quæ si magna in aliis vitæ christi-
 næ institutis requiritur; certe in vobis, qui
 mysteriorum Dei ministri, divinæque gratiæ
 dispensatores estis, major inesse debet. Et
 sicut ordine sacro a reliquis hominibus se-
 juncti estis; ita a communis fidelium vitæ
 usu sejuncti, præcipuum quoddam atque hoc
 præstantius vivendi genus sequimini, quo
 ordinis dignitate præcellitis. Cœlestem in
 terris vitam, tanquam Angeli Dei, moribus
 vestris exprimere usque adeo studete, ut a
 vobis divinarum virtutum exempla ad cæte-
 ros emanent. Una animi consensione, unoque
 Spiritu in iis elaborate, ut divino cultui,
 & cœlestium rerum meditationibus, & ora-
 tioni, & sacrarum, ecclesiasticarumque lite-
 rarum studiis vacetis; tum depositis sæcu-
 laribus vanisque sollicitudinibus, ab omni vi-
 tio alieni in via Domini recte ambuletis.

2. Charitatem imprimis, quæ Semina-
 rium est omnium virtutum omni studio am-
 plectimini. Humilitatem, mansuetudinem,
 patientiam, justitiam, temperantiam, offi-
 ciaque christianæ pietatis reliqua colite.
 Quæcumque denique sunt vera, quæcumque
 publica, quæcumque sancta ac religiosa, ea
 cogitate, eaque agite. Virtutes sanctorum
 Patrum, quas præcipuas, & quasi hæredi-
 tarias vobis ad imitationem reliquerunt,
 non adumbrare solum, sed omnino expre-
 re certatim contendite. Utque illi, sic vos,
 abstinentiæ, & jejuniis dediti, clericalis
 disciplinæ, ac vitæ castissimæ studiosi, tum
 patriæ cœlestis sitientes, Deo servire assi-
 duis divinarum laudum officiis, & in Eccle-

sia,

ſia, quaſi in perpetua veſtra ſacerdotali, Clericalique ſtatione continenter verſamini.

3. Omnes qui canonicarum horarum officiis devincti eſtis, ſtatas eas preces horarias recitate ad præſcriptam rationem ac ritum. Nec vero negligenter, ſed attente, pie, decore, ſupplicique mente illas dicite. Expletis canonicarum horarum officiis, ſiquid in illis aut negligentia, aut alia culpa commiſeritis, paululum colligentes vos, veniam a Deo petite.

4. Qui Sacerdotes eſtis, Miſſæ Sacrificium ſæpius facite ſancte ac religioſe. Ad illud faciendum parate vos omni pietate, in tam alti myſterii meditatione toto animo deſixi; & quo purius id faciatis, propriam conſcientiam diligenti, accurato, frequentique examine diſcutite; tum ſingulis ſaltem hebdomadis, atque adeo ſæpius; & omnino ſemper, cum peccati mortalis conſcii eſtis, confiteamini. In ea ſanctiſſimi Sacrificii actione ab erroribus vel leviſſimis omnino cavete. Quæ de illo pie riteque celebrando præſcripta ſunt, ea vos ſtudioſe diligenterque ſervate.

5. Diaconi, Subdiaconi, & Clerici inferiorum Ordinum, quicumque eſtis, quæ de conſtitendis ſæpe peccatis, de communionem frequenter ſumenda vobis juſſa ſunt, integre & ſancte omnia, ut debetis, præſtate. Eccleſiaſtica militiæ omnes vos adſcripti eſtis, ad pietatis, ad religionisque exercitationes vos vocatos eſſe cognoscite. In omni imprimis ſancta oratione vos aſſidue exercete; tum in meditationis tacitiæque
pia

piæ orationis studio singulis diebus, certo temporis spatio, toto castissimi animi sensu incumbite.

6. Hæc sanctis precibus, præter cætera, supplices, præsertim afflictis rei christianæ temporibus, orate Patrem misericordiarum & Deum totius consolationis, ut misereatur populi sui: ut fidelium animos ad vitia fugienda, ad virtutesque amplectendas sancto Spiritus sui ardore inflammet; ut e Principum Regumque animis evellantur, si quæ sint, discordiæ semina; ut ii una animi consensione Christi regnum propagare studeant, unamque Dei gloriam, atque Ecclesiæ matris defensionem propositam habeant.

7. Quidquid vero temporis a divinis officiis, ab orationis, contemplationisque exercitatione, ab ecclesiasticis functionibus, & ab aliis necessariis actionibus vacuum habetis, non in otio, neque in desidia, nec vero in rerum novarum curiositatibus illud conterite; sed cum in sortem Domini vocati sitis, in ejus lege die ac nocte meditemini. Sacrarum igitur literarum studia diligentius colite, quæ usque adeo complecti debetis, ut, qui aspernetur, contra eum dicat Dominus: *Quia tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Frequentes ad statas lectiones, & ad literarum tractationes vobis præscriptas convenite. Attento animo in iis adeste, atque in dies ad uberiores sacrarum studiorum fructum progressionem aliquam habete, ut ad Episcopum aliquando vocati & diligentiae & doctrinæ testimonium detis.

8. Lectione librorum spiritualium & clericalium, qui probati sint, animos mentesque vestras pascite; cum iis & præceptorum Ecclesiæ cognitionem, & preces horarias recitandi peritiam, & ecclesiasticorum rituum, ceremoniarumque notitiam conjungite. At libros de rebus jocosis, ridiculis, obscænis, inanibus, ad poesisque profanæ studium pertinentibus, vulgari aut latino sermone conscriptos procul abjicite. Nec vero musicas cantiones ridicule, voluptuarie, parumque pudice exaratas adhibete.

9. Quotidie aliquid ex sacris Bibliis legite; ac, si per ecclesiasticas occupationes licet, aliquid item ex sanctorum Patrum opusculis; atque alios præterea libros de Sacerdotalis, Clericalisque vitæ rationibus & officiis, de animarum cura, de christianæ pietatis studiis & exercitationibus, de aliisque ejusdem generis pie confectos ita legite, ut quæcumque ad vitæ sanctæ normam accommodata ex illis animadvertistis ac didicistis, moribus exprimatis.

10. Conciliorum item Provincialium ac Diocesananorum constitutiones & decreta non percurrite solum, sed usque adeo studiose legite, ut quæ legeritis, post etiam taciti vobiscum aliquando mente reputetis, ac videatis simul, non solum si quidquam est, quod contra illorum præscriptum egeritis, verum siquid etiam aliud est, quod ex eisdem exequi, præstareve omiseritis aut neglexeritis. Quod ut præstetis, curate omnino atque efficite.

11. Estis divina misericordia in Ecclesiastico ordine constituti, ad gloriam Dei conservandam propagandamque, ideo tum ordinis vestri ministerium, quod explere debetis, videte; tum dignitatem ac decorem servate. In incessu, statu, gestu, ita vos præbete, ut ab ordinis, quem suscepistis, nomine & ratione nullo sane modo discrepetis, proposito vobis beati Ambrosii iudicio, qui Cleoro adscribi hominem recusavit, propterea quod ejus gestus & incessus dedeceret.

12. Habitu non exquisito, non delicato nimis; rursus non sordido, non neglecto, sed gravi & talari; atque ejusmodi tum domi, tum foris pro uniuscujusque vestrum ordinis gradusque ratione utimini, ut a decretis eo de genere editis, nulla in re vel minima discedatis. Coronam, quod est insigne ordinis Clericalis, pro ratione ordinis, quo vos singuli initiati estis, latam & conspicuam deferite.

13. Parca & frugali mensa contenti sitis, & suppellectili etiam modesta ac tenui potius. Ab omni splendido apparatu, pompaque sæculari abstinete. Imagines domi non profanas, sed eas habete, quæ pietatis & religionis argumentum & adjumentum præbeant. In omni vita a fastu, luxu, ambitu, ambitione & a vanitate longe refugite.

14. Nec verbis quidem præscriptum vitæ modum pervertite. Nihil scurriliter, nihil jocosè, nihil indecore, nihil turpiter loquamini; absint a vobis maledicta, obtreptiones, curiositas, levitas, assentationes ac nugæ.

15. Temperantiæ Clericalis disciplinam vobis præscriptam in reliquis etiam tenete. Commestationes, computationes, convivia publica, laicaliave, tum maxime, in quibus mulieres interfunt, evitate. Hospites excipite; at illis excipiendis intra parcimoniæ fines vos continete, ita ut clericalis frugalitatis, non sumptuosi convivii testes illos habeatis.

16. A ludis, spectaculis, circulatorumque, atque id genus vilium hominum præstigiis procul estote. Arma abjicite. Sic denique cor vestrum corroborete, ut inania spectacula non appetat, a mundi ludis atque ineptiis abhorreat.

17. Sensus autem vestros ita dirigite, ut cum a Deo utiliter dati sint tanquam rationis ministri, ne eos perperam adhibeatis sicut satellites cupiditatum. Sit igitur vester oculorum aspectus simplex & pudicus; aurium sensus castus & prudens; casta mens, casti omnes sensus, vitæ & morum consuetudo casta & spiritualis. Ad eorum Sacerdotum, qui in ejusmodi vitæ studiis ac disciplina exercitati sunt, familiaritatem vos adjungite, ex qua nobis vestræ ad sancte agendum progressionem consent.

18. Ad castitatem autem conservandam munite omnem viam. Legite propterea sæpe illum (inter opera) beati Cypriani Martyris de singularitate Clericorum librum, qui vos in hac, ut in aliis, instruet virtutibus. Suspectarum autem mulierum consortium omnino vitate. In famulatu laicorum ne sitis, multo minus foeminarum, quamvis nobilium.

bilium. Ne vero illas musicam, literasve docete; ædes vestras ne locatione laicis date, quorum vita, moresque suspecti sint.

19. Sæcularibus negotiis, ut est S. Pauli Apostoli documentum, ne vos implicite. A cujusvis generis mercatura quæstiosa, omni negotiatione, prædiorum conductione, tum aliis, prorsus cavete. Ne pecuniæ, lucrive avidi sitis. *Nemo potest servire Deo & mammonæ: aut enim unum odiet, & alterum diligit; aut unum sustinebit, & alterum contemnet*, inquit Christus Dominus. Si qui pauperes estis, ne cupiatis divites fieri, ut ne incidatis in tentationes multas, & in laqueum diaboli.

20. Paupertatem vestram ne moleste ferite. Paupertatem dilexit & docuit cœlestis magister Christus, qui nascens in præsepio ponitur, & nudus in cruce moritur. Scitote paupertati socias adjungi sobrietatem, abstinentiam, & reliquas virtutes, quibus præluce oportet ministros Dei.

21. Proponite vobis sanctorum veterum Patrum vitam, qui lucrum non spectabant, temporalia non quærebant, & nihil iis tam men deerat; imo in paupertate illis aliquando abundabat, quod aliis erogarent. Nunc igitur, quia tenuem redditum habetis, lucrum quærite; nec quæstum appetendo iniuriam vestro ordini facite avaritiæ fardibus volutati.

22. Non sæculi vos mercatores, non Mammomæ ministri estis, sed Christi mercatores. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, sed bonorum operum abundantiam

cum

cum charitate conjuncta, facite thesauros in cœlis. Studete vos lucrari animas Deo, & cœleste horreum augere. Exemplo sanctorum vos paupertate, sobrietate, & parcimonia ita agite, ut non modo a supervacaneorum rerum usibus abstinentes, sed vestro etiam defraudantes victu, Ecclesias vestras & altaria exornetis; facta tecta habeatis; sacra suppellectili instruatis; alienis etiam necessitatibus subveniat, & pauperibus opitulemini.

23. Qui vero uberiores ecclesiasticos redditus habetis, Ecclesias, e quarum prædiis fructus percipitis, eo magnificentius & augustius, quo amplioribus donis, bonisve, augustiorique liberalitate illæ dotatæ sunt, illustri structura, præclaro opere reficite, egregiisque muneribus exornate, tum omni ecclesiasticæ suppellectilis apparatu instruite.

24. Christi visceribus substantiam ecclesiasticam erogate, pauperibus scilicet, peregrinis, viduis, pupillis, ægrotis, in vincula conjectis, captivis, quibus egentibus & esurientibus, cum subvenire possitis, si alimenta necessaria denegatis, violatæ charitatis rei estis in conspectu Domini. Memores estote ejus, quod a sanctissimo Ambrosio scriptum est: *Sua fideles eo animo obtulisse Ecclesiæ ministris, ut per eorum manus, quorum fidei, atque integritati summa omnia tribuebant, ad pauperes pervenirent.* Vos item alii, quicumque estis, quorum fidei Christi patrimonium proprie ad divini cultus, pauperumque usum commissum est, cavete, ne ambitione, aut cupiditate prolapsi,

in alium, quam cui addictum est, convertatis, atque propterea sacrilegii rei, damnationem æternam subeatis.

25. Universi autem vos & singuli ecclesiastici ordinis homines; ut summatim complectamur, quæ muneris vestri sunt, vobis cum frequenter recolite, ministerium vestrum explere studete; sanctissima studia religionis & officii vestri rebus aliis potiora ducite. In rerum divinarum sacrarumque cognitionem omni cura incumbite; quæ divina, quæ sempiterna sunt, divitiarum, & honorum, & terrenarum rerum cogitationibus abjectis, amplectamini. Restincto cupiditatum ardore, integros castosque vos servate, mundi voluptates, quæ a divinis præceptis detorqueant, declinate. Prædiorum ecclesiasticorum, quæ non avaritiæ præda, sed instrumenta charitati relicta sunt, redditu & fructibus non abutamini.

26. Humilitati studete; charitatis opera præstate, induimini Dominum Jesum Christum, sanctorumque ejus facta imitamini, ut & horum imitatione, & illius imprimis divinis præceptis, institutisque conformati *in vocatione, qua vocati estis, digne Deo ambuletis*; tum vitæ vestræ splendore, laicis hominibus lumen præferatis ad vitam sanctæ instituendam, tum vos repositam vobis justitiæ coronam demum percipiat.

27. Omnes præterea & singuli, qui Ecclesiæ ministerio adscripti aliquo modo estis. Diocesim & Ecclesias, quas in ea obtinetis quibusve adscripti estis, stationes vestras in quibus manendum vobis sit, putate; in
illis

illis ipsi residete; debitis muneribus atque oneribus satisfacite. Alia item agite ac præstate ex præscripta conciliariis decretis, fructuosæ salutarisque residentiae ratione.

28. Quicumque item Clerici minorum Ordinum estis, in Ecclesiis, quibus adscripti estis, singuli ordinis, quo initiati estis, functiones tali pietati obite, ut digni habeamini, qui deinceps altiorem gradum affectu, sanctæ Dei Ecclesiæ inserviat. Nemo autem vestrum, quicumque estis, si alicui functioni estis deputati, ab ecclesiastica statione, personalisque residentiae munere discedat, nisi causis per Episcopum probatis. Hæc, quæ communiter atque universe vos moniti estis, singuli servate studiose ac diligenter.

Ad Præpositos Capitulorum, & Canonicos.

29. At præterea figillatim nominatimque vos, qui in Cathedrali Ecclesia dignitates obtinetis; Canonici item, tum ejusdem Ecclesiæ, tum reliquarum quarumvis Ecclesiarum collegiatarum, vel urbanarum, vel diocæsanarum, quicumque sitis in omni canonicalis disciplinæ officio ita agite, ut canonice, nempe Canonum legibus, ad vitæ vestræ institutum pertinentibus, congruenter vivatis. Id primo maxime studeat, ut in conspectu Dei omnipotentis, puro corde & casto corpore ministretis. Tum singuli vos ordinis, dignitati aut cononica-tui annexi, functiones explete, cononicasque muneris partes præstate.

30. Omnes in choro statis horis assistite, & ad Deum pro fidelibus pias religionisque fundite preces. Dum eo loco estis, memores estote, adesse Christum Jesum Dominum, cui servite cum timore & tremore. Non pigri, non somnolenti, non oscitantes adestote, non mente vaga, non vagis oculis, non indecenti corporis statu. Attente, studiose, rite, pie, religiose divinas laudes concelebrate, & psallite Deo in conspectu Angelorum, cantantes in cordibus vestris Domino.

31. In choro nemo privatim, nemo tantum officium recitet, sed omnes pariter, quicumque adestis, senes cum junioribus, laudate nomen Domini in psalmis, hymnis, & canticis. A quibuscumque colloquiis, & a literarum, librorum lectionibus, atque ab omni vagatione abstinete. Pro temporis autem & officii ratione sedete, stete, genua flectite, caput aperite, & inclinate; accurate demum omnia observate, quæ eo de genere vobis præscripta sunt, ita ut vestro exemplo aliis sacerdotibus, clerisque, & recte riteque psallendi, & sancte orandi, & pie agendi animum addatis. In psalmodiarum autem, canticorum, & hymnorum intelligentiam studiose incumbite; ut dum psallitis, pro sensuum sanctissimorum, quos mente concepistis, ratione, vos ad omnem pietatis devotionisque affectum excitetis.

32. Non ordinariæ distributionis lucro adducti, sed Dei charitate, religionisque cultu commoti, divinis officiis adeste, ut vere, ex animoque psalmi verba illa concipiatis:

natis:

natis : *voluntarie sacrificabo tibi , & confitebor nomini tuo , Domine , quoniam bonum est.* Divinis officiis absolutis , paululum omnes in choro pie orate.

33. Canonicales vestros conventus statis hebdomadæ diebus capitulariter habete. Omnes , qui debetis , ad illos convenite. Singuli ordine & loco sedete , sententiam modeste dicite , & suo quisque loco , non præpostere. A verbis scurrilibus abstinete. In rebus consultandis rixas , jurgia & contumelias cavete. Priori loco tractanda proponite , quæ ad divinum cultum , ad spiritalis vitæ progressionem , ad ecclesiasticam disciplinam tuendam , tum quæ ad rerum temporalium gubernationem pertinent , ne negligite.

34. Omnia imprimis agite pace mutua , concordii voluntate , & charitate fraterna vos invicem diligite ; Canonici enim estis , qui , sicut pro collegii ratione , ex antiquo instituto , una in collegiata Ecclesia , unoque item in canonicali domicilio collocati fuistis , ita uno pacis & charitatis fœdere , unaque animorum consensione conjunctissimi , sicut nascentis Ecclesiæ ministri , quorum erat cor unum & anima una , experiundo videte , sicut in psalmo scriptum est , *quam bonum & quam jucundum sit , habitare fratres in unum.*

35. Quicumque vero estis , qui inter Canonicos Præpositi , aut Archipresbyteri , aut alterius dignitatis nomen , gradumve obtinetis , sicut honore & dignitate præstatis , ita virtutum exemplis , vigilantique in ve-

stri muneris, curæve partibus, obeundis sollicitudine præluce.

Ad Parochos & alios animarum curam gerentes.

36. Parochi præterea, & cæteri quicumque estis, etiam Præpositi, Archipresbyteri, aliive, qui animarum curam geritis, præter ea, quæ vos cum reliquo Clero communia universè monuimus, illa etiam quæ præcipue de vobis decreta sunt, præstate omni sollicitudine.

37. Imprimis oves vobis concredite cognoscendæ sunt, & appellandæ nominatim, pascendæ & custodiendæ. Animarum igitur numerum in catalogum redigite. Eorum qui baptizantur, qui item confirmantur, & compatrum etiam, qui adhibentur, nomina describite. Matrimonia in codicem referte. Parochiæ vestræ incolarum vitam & mores investigate.

38. Indagate omni studio, siqui hæresi contaminati sint, aut suspecti, aut qui sint, qui hæreticorum libros habeant, vendant, emant, importent, vel legant. Investigate præterea de iis, qui in vestra parochia doceant, eorumque vitam, mores, & fidem observate. Cavete & videte, ne superstitiones, magicæ cantiones, & ejusmodi diabolicæ superstitiones in populo vestro sint. Cognoscite publicos peccatores, corruptores aliorum, concubenarios, adulteros, usurarios, blasphemos. Cognoscite etiam alios populorum corruptores, qui festis diebus,

non

non Deo, sed aleis, ludis, choreis, diabolo serviunt; quique festorum dierum cultum quovis modo violant; illos omnes ab ea male agendi corruptela revocare, ac deterere omni pietatis officio studete; tum Episcopo etiam, si opus erit, significate, ut, pro curæ episcopalis officio, salutare remedium afferatur.

39. Rursus agnoscite etiam pauperes, viduas, pupillos, cæterosque aliena ope egentes, quibus & salutari consilio, & consolatione, & re subvenite; aut si minus re potestis, cohortatione alios accendite ad eos sublevandos. Sique illorum gravior inopia deposcit, festis etiam diebus, a pia fidelium liberalitate aliquid in Ecclesia colligendum curate, ut ab Episcopo præscribetur, quod ipsis in eleemosynam conferatur. Seorsum etiam locupletes Parochiæ incolæ convenite, quibus pauperum egestates proponite, & ostendite eis divitias a Deo propterea etiam esse tributas, ut inopibus succurrant.

40. Pascite imprimis populum vobis commissum prædicatione verbi divini, salutaribus monitis, administratione item Sacramentorum, exemplo, & oratione. In verbo Dei exponendo plane observate, quæ vobis præscripta sunt. Pueros festis, dominicisque diebus, in doctrinæ Christianæ rudimentis instruite. Provecioris ætatis homines ad eadem intelligenda invitate. Patres matresque familias monete, ut filios, filias, cæterosque, quos in familia habent, ad statas doctrinæ christianæ scholas ipsi con-

ducant. Eorum, qui iis scholis adscripti sunt, operam ad hoc institutum adhibete. Curateque ut inter eos charitas, morumque disciplina conservetur.

41. Ne omittite diebus festis inter Missarum solemniam aliquid ex iis, quæ in Missa leguntur, fidelibus exponere, & sanctissimi illius Sacrificii mysterium aliquod explanare, & aliquando sanctiores illius sacrarum ceremoniarum rituumque rationes & significationes explicare; quo diligentius instructi in dies sacrosancto illi Sacrificio religiosius intersint. Docete item quomodo fideles signo Missæ celebrandæ dato, se corde contrito ad eam sancte audiendam parent. Curate atque efficitte perpetuis vestris monitionum officiis, ut in illa, viri aperto capite, mulieres velato, & in omni ejus parte utroque genuflexo, præterquam in Evangelio, adsint.

42. Instruite etiam eos, quam religiose non solum in Missæ sacro, verum etiam in divinis aliis officiis versandum. Quando standum, quando genua flectenda, quando assurgendum. Quam valde, dum illa fiunt, celebranturve, fugiendæ confabulationes, colloquia, deambulationes, strepitus, clamores, imo vero inanes cogitationes, quibus a pia meditatione, & mysteriorum, quæ aguntur, contemplatione, religiosaque oratione animus distrahitur; quam demumque studiose vitanda reliqua ab eorum officiorum sanctitate, & cultu aliena.

43. Rursus quam sancte, item quam religiose, & quam demisso humilique habitu

in supplicationibus, litanis, & stationibus
versandum sit. Qua reverentia, quove pie-
tatis studio in Ecclesiis, locisque sacris ma-
nendum sit, quæ ab illis procul abesse
debeant. Qua etiam non solum intima re-
ligiosi animi præparatione; sed externa
etiam cultus, vestitusque modestia, humili
genuflexione, & armis depositis, ad san-
ctissimam Communionem, tum etiam ad ce-
tera Sacramenta accedendum sit.

44. Tum docete ac monete, quomodo
dies festi colendi ac sanctificandi sint; osten-
dite indignissimum esse sacris illis diebus,
non modo a nefariis operibus, illicitisque
negotiis non abstinere, verum etiam religio-
nis ac pietatis opera non præstare omni di-
ligentia. Ac præterea nefas esse, sacros
dies ad maxima Dei colenda beneficia sum-
masque ei laudes persolvendas, ac debitum
sanctis honorem tribuendum institutos, ad
illa traduci, quæ ab illo cultu abhorrent;
qualia sunt tripudia, ludi, choreæ, specta-
cula; quibus ad turpes illecebras incitantibus
salutis humanæ hostis diabolus oblecta-
tur.

45. Denuntiate item statuta sacrorum tem-
porum jejunia; docete quomodo jejunan-
dum, quæ peccati gravitas in violandis sa-
cris jejniis. Quæ præterea christianæ pie-
tatis officia in sanctorum vigiliis, quam san-
cte observandum quadragesimale jejunium.
Statis autem solemnibus, vel Adventus,
vel Septuagesimæ, vel aliorum temporum
celebritatibus præmonete fideles, atque di-
ligenter instruite ac sacra illorum temporum
myste-

myſteria ſanctis pietatis officiis religioſe colenda. Utque iis pro temporum ſolemnitatumque ratione illi inſtrui poſſint, ſæpe monete, ut Dominicis aliisque feſtis diebus ad parochialem Eccleſiam conveniant.

46. Sæpe autem ac diligenter eosdem docete, quam aſſidue orandum ſit; quomodo & tacita ſupplicis mentis meditatione, & piis ſtatis orationibus precandum. Quam ſtudioſe ac religioſe ſuſcipiendum veſpertina communis orationis inſtitutum, quam diligenter illud ſemel ſuſceptum pie retinendum. Diebus dominicis inſtruite populum, & monete, pro quibus oret; tum præterea, quas ſingulis hebdomadæ feriis præcipuas preces, chriſtianasque meditationes, atque in orando exercitationes ſibi propoſitas in promptu habere poſſit. Quam ſæpiſſime vero ſermonibus veſtris populo proponite locos perpetuæ chriſtianæ meditationis, de morte, de iudicio, de inferno, de gloria & de præmio paradifi.

47. Monete præterea ſedulo ac frequentiffime patres matresque familias, ut liberos, familiamque ſuam ad pietatis chriſtianarumque virtutum diſciplinam religioſe inſtituant. Ad hoc præterea patres familias inducite, ut de vitæ ſpiritalis ratione, & piis exercitationibus libros probatos domui ſuæ habeant, in quorum lectione verſentur, ſeſeque ac familiam inſtituant ad ſanctè agendum. Tum alia præterea docete, quæ opportuna exiſtimaveritis, quibus illi ſe, ſuamque familiam in chriſtianæ vitæ inſtitutis, atque exercitationibus conforment.

48. In

48. In officinis etiam & tabernis disciplinæ vitæque christianæ rationem observate; si quid autem vel ab artificibus, vel ab institoribus, operariisve committi animadverteritis, quod dissolutæ disciplinæ sit, id officinarum, tabernarumve dominos graviter monete, ostenditeque ea in re officii sui partes. Estis participes & socii laborum, curæque Episcopalis, & in messe Episcopo commissa operarii estis; elaborate una cum eo, & contendite, ut populus, cujus cura geritur, tanquam purum triticum, auxiliante divina misericordia, congregetur in horrea coelestia.

49. *Depositum custodi*, inquit beatus Apostolus Paulus, id quod vobis singulis dictum esse putate, ut in grege, tanquam deposito fidei, curæque vestræ commisso, diligenter custodiendo, ab omnique peccati labe conservando, cogitationem, sollicitudinem, curam, studiumque omne collocetis. Parochiæ igitur unicuique vestrum creditæ viciniam, cum a cæteris vitiis omnibus, vos singuli sollicitè custodite, tum curate etiam, ne odia, similtates, inimicitiae, factiones, nec non temere jurandi, maledicendi, imprecandi prævæ consuetudines, ac ne detractiones quidem in ea sint.

50. At vitia imprimis & peccata, ad quæ populum procliviorē esse animadverteritis, reprehendite atque exagitate. Nec vero dissimulate peccata, sed *annuntiate populo scelera ejus*; publice peccantes coram omnibus arguite, ut & alii timorem habeant. Idque agite spiritu fortitudinis Domini, &

ut

In

ut strenui ejus milites, bonam militiam militate, nihil inde trepitantes. *Si ab increpatione, vos monet sanctus Gregorius, reticueritis, quia contra vos odia insurgere reformidatis, non jam DEI lucra, sed vestra queritis.* Non maledictis, non vexationibus, non calumniis, non alicujus generis contumeliis, illud vel increpandi, vel palam arguendi officium deferite, modo Christi gloriæ, & animarum salutis serviat.

51. Rursus non aucupandæ hominum gratiæ studio id agere desistite; *Servus DEI non essem, si hominibus placerem,* ait Apostolus; vae vobis tacentibus, aut dissimulantibus! si grex curæ vestræ commissus perierit, sanguinem ejus de manibus vestris requirit justus & omnipotens Deus. Si igitur peccatur, ne in increpationibus verba vestra blandientia sint, sed, ut a Spiritu sancto scriptum est, *stimuli sint, & quasi clavi in altum defixi.* Instate opportune, privatis etiam admonitionibus, consiliis, correctionibus, objurgationibus; ut peccantes, adjutrice divina gratia, in viam salutis revocetis. In usum etiam sancte ita revocate fraternali correctionem, ut non modo mutua christiana charitate, vos ipsos corripiatis, sed reliquos item, præsertim Parochiæ incolæ, id charitatis, & correctionis officium recte doceatis.

52. Ad sermonum verò, admonitionum, correctionum partes explendas, locos vobis comparate præsertim ex doctrina Catechismi Romani, in quo magna cum populorum vestrorum salutari utilitate versari diligenter

pote-

potestis; neque ad hoc multiplicis vestræ ecclesiasticæ tractationis negligite adjumenta, quæ aliunde utiliter capere potestis. Cætera autem officia, quæ in Sacramentorum administratione, in assidua ad frequentem eorum usum cohortatione, in ægrorum cura, in aliis parochialis muneris functionibus, vobis præscripta sunt, præstate, atque exequimini accurate.

53. Videte imprimis, ac perpendite, quæ sint, & quam religiosæ muneris vestri partes, caveteque ut in officiis, & curæ vestræ functionibus, non modo quidquam vos non committatis, sed ne omittatis quidem; cum in sacerdotali vita, pro muneris, quod sustinetis, ratione, tum graviores, tum longe plures, quam in cæteris hominibus esse possint omissionis culpæ.

*Ad Reliquos Sacerdotes, & Clericos
inferioris ordinis.*

54. Vos præterea reliqui Sacerdotes, quicumque estis, quibus animarum cura non incumbit, cum alia omnia, quæ ecclesiastici ordinis hominibus, de divinorum officiorum cultu, de vitæ honestate, & studiis, & vitæ spiritualis exercitationibus præscripta, aut monita generatim sunt, tum quæ nominatim, sigillatimque ad præcipuam vestram executionem attinent, præstate omnino.

55. Vos item reliqui Clerici inferiorum ordinum, quæcumque ad vos vel nominatim, vel generatim spectant, agite omnia sicut Clericalis vitæ ratio, Canonum & Concilio.

ciliorum decretis præscripta, postulat. Christi estis, nempe de sorte Domini, & ipsi Dominus fors, pars scilicet vestra; tales præbete vos, ut & ipsi possideatis Dominum & possideamini a Domino, vereque dicatis *Dominus pars hæreditatis meæ.*

56. Filii mei nolite negligere: vos elegit Dominus, ut stetis coram eo, & ministretis illi. Videte igitur, quam valde intentos vos esse oporteat ministeriis vestris & quam magna vitæ morumque castitate prælucere debeatis. Proborum hominum tantum, præcipue sacerdotum, vitæ spiritualis laude præstantium, familiaritate utamini ex quorum consuetudine tum fructus vos capiatis, tum Episcopus meliorem in dies de vobis opinionem concipiat.

57. Majores vereamini, & observate eisdemque recte monentibus obtemperate. Præter latinæ linguæ, & literarum studii ecclesiasticæ imprimis disciplinæ institutionibus diligenter incumbite. Sic demum vobis moribus, & vitæ modestia probate, ut & Parochis, tum etiam a populo bonum testimonium Episcopus habeat, vosque digno judicet, quos majoribus ordinibus adscribat.

Ad Parochiarum Lustratores.

58. Vos vero, qui visitationis munus geritis, in explendis muneris atque officii vobis commissi partibus sedulo invigilate atque elaborate. Onus, quod sustinetis, quam grave sit, quam plenum curis, perpetuite; tum, quam in eo vobis committende

spem,

spem,
dete;
respon
assidu

59
vestru
rumqu
gate i
an alic
an flag
pus m

60
cætera
diligen
ab uno

61
tionibu
vos or
quanto
plectan
moque
solicita
ad coh
torum
modate

62
pro Ep
commo
vestrum
per eju
rum sal
vinaque
S. Ca

Christi spem, fiduciamque Episcopus habuit, videte; tum efficit, ut ejus expectationi respondeatis vigiliarum vestrarum studiis, assiduaque sollicitudine.

59. Ecclesias, quæ in uniuscujusque vestrum regione sunt, sedulo visitate, earumque partes singulas inspicite. Pervestigate in uniuscujusque Parochiæ finibus, an aliqua publicorum peccatorum labes sit, an flagitia, quibus Episcopali cura Episcopus medeatur necesse sit.

60. Ecclesiarum item cultum, nitorem, cæteraque ejus generis omnia curate vestra diligentia, quæ totis in Christo visceribus ab unoquoque vestrum expetitur.

Monitionum Conclusio.

61. Hæc omnia, & singula his monitionibus nominatim sigillatimque expressa, vos omnes ac singuli, quorum interest, quanto potestis amore & pietate, non amplectamini solum & legite; sed mente animoque comprehendite, servate, omnique sollicita executione præstare, totosque vos ad cohortationum, admonitionum, decretorum, & constitutionum rationem accommodare.

62. Quod omne ut faciatis, sicut nos pro Episcopalis nostri officii munere vos commonefecimus; ita etiam unumquemque vestrum per unigeniti Filii Dei adventum, per ejus crucem, perque animarum vestrarum salutem obsecramus, obtestamur, divinaque contestatione monemus. . . Cavete

igitur, ne, quem vobiscum paterno modo agentem, sollicitèque monentem, & in conspectu Dei vos deprecantem auditis; eundem rursus, non in hac vita solum culpas vestras animadvertentem, sed in divino præterea judicio easdem accusantem audiatis.

63. At ipse Deus & Pater noster, & Dominus Jesus Christus dirigat vias vestras in omni sancta obedientia; exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono, ita ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, per omnia ei placentes; sicque sanctis vestrarum virtutum progressionibus probati, appareatis ante Deum & Patrem nostrum in adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus sanctis ejus.





INSTRUCTIONES
PRÆDICATIONIS
VERBI DEI.

CAROLUS S. R. E. Tit. S. PRAXEDIS
CARDINALIS, Dei & Apostolicæ Sedis
gratia Archiepiscopus Mediolani.

Urbis, Diœcesis, Provinciæque Me-
diolanensis Concionatoribus
SALUTEM IN DOMINO.

Prædicationis verbi Dei officium
in Ecclesia sancta tanti illud
sane est, ut ad Dei gloriam, &
ad cœlestis regni propagationem, &
ad animarum salutem plurimum in-
terfit, non solum quales sint, qui
præstantissimo illo munere fungun-
tur; verum etiam qua via, quave
ratio-

ratione illud præsent. Quare superioribus annis eo de genere nos Decreta aliqua in Concilio Provinciali primo confecimus; deinde alia Concilio item Provinciali tertio; tum alia etiam quarto adjunximus ad rectam illius sacrae prædicationis disciplinam. Verum quo accuratius, uberiorique spirituali fructu Concionatores tantæ rei munus administrarent, atque exequerentur; nos de Episcoporum Provincialium, qui præsentibus in eo tertio Concilio adfuerant, sententia, & assensu, instructionem gravissimæ illius functionis, quæ universæ nostræ Provinciae usui esset, per nos illis edendam decrevimus. Itaque certis regulis, quas partim ex iisdem nostris Conciliis, partim ex sapientum virorum sanctorumque hominum disciplina, partim ex optimorum Concionatorum usu accepimus, illam, DEO juvante, confecimus, in eaque Concionatoris imaginem, si minus omnibus numeris absolutam, perfectèque expressam, at certe aliquo modo adumbratam, iis omnibus & singulis proponimus, qui vel pro pastoralis officio

vel

vel pro ratione datæ facultatis, munus prædicationis in Urbe, Diœcesi, Provinciaque Mediolanensi nostra obeunt. Multa sunt, quæ ad concionandi rectum officium pertinent; sed ea tantum brevi complexi sumus, quæ oportuniora videntur, quæque concionandi rationibus accomodatoria Concionatorem adjuvare, atque ad ea in primis instruere possunt, quæ proposuimus. Hæc enim si ad vim illam divinam, quam sacrarum literarum verbis Spiritus sanctus in sevit, recte accesserint: vix dici potest, quam facile, cælesti in primis ope, non modo bonorum mentes ad omnem partem pietatis, religionisque inflammentur; verum etiam malorum, & peccantium durissima corda infringantur, animique hominum sceleratorum tenebricosa vitiorum nocte circumfusi suavissima luce veritatis collustrentur. Hujus igitur instructionis regulis cum illi omnes & se, suumque officium, & cæteras actiones conformare debeant; tum vero, ut idipsum omni studio iidem præstent, in sua quisque Diœcesi Episcopus Provinciæ nostræ, Decreti etiam Provincialis auctorita-

te, curabit. Verum, quo instructio hæc omnis, ad singulas Provinciæ partes rectius accommodata, eo uberiorem pietatis fructum fidelium animis afferat; ab unoquoque Provinciali Episcopo aliquid ei, præterquam illa, quæ decretis nostris Provincialibus speciatiim, sigillatimve cautæ sunt, addi, detrahi, rursusque mutari liceat, prout ex Ecclesiæ diocesisque suæ usu viderit. Et vero nos sicut diligentiam, quam eo in genere Episcopi Provinciæ ponent, magno his instructionibus adjumento fore arbitramur: ita non dubitamus, quin ex studio, quo ad eas ipsas exequendas Concionatores utentur, spiritualia illa commoda existant, quæ vehementer expetimus, cum ad DEI gloriam, tum ad animarum salutem procurandam.



De

T

ejus

Apo

theo

ex v

craru

proc

rum

cum

me

scop

xim

T

bens

ipse

illiu

Prov

folli



PARS PRIMA.

CAPUT I.

*De iis, quibus verbi Dei prædicandi
munus incumbit.*

Testificor coram Deo, & Christo Jesu,
qui judicaturus est vivos & mortuos,
& per adventum ipsius, & regnum
ejus, prædica verbum, inquit sanctissimus
Apostolus Paulus in epistola, quam Timo- 2. ad Tim.
theo Episcopo & discipulo scribit. Quibus 4.
ex verbis perspicuum plane fit, quod & sa- Concio-
crarum Literarum monumentis perperpetuo nari præ-
proditum, & aliorum Apostolorum, vete- cipuum
rumque Patrum exemplis demonstratum, Oe- munus
cumenica etiam Synodus Tridentina proxi- Episcopi.
me censuit, verbi Dei prædicationem Epi- Sess. 5.
scopi esse munus præcipuum, idemque ma- cap. 2. &
xime necessarium. Sess. 24.
cap. 4. de
Reform.

Toto igitur pectore in eam curam incum-
bens, gregem sibi commissum, tum per se
ipse, tum per alios, verbo Dei pascet ad
illius Tridentini Synodi, & Conciliorum
Provincialium præscriptum.

Parochus præterea, animarumve curator,
solicitudinis pastoralis memor, in cujus sane

partem vocatus est, tanquam fidelis operarius ad messem missus, qui Episcopum opera sua adjuvet, eam præcipuam prædicationis verbi Dei curam, sibi quoque impositam, præstet, atque exequatur ex præscripto item

Dictis Decretorum, & Oecumenicæ ejusdem Synodi
Sess. 5. & Tridentinæ, & Provincialium Conciliorum.
24.

Si quis id aliquando præstare non poterit, subsidio omni, quod illis Synodis monstratum est: omnino utatur, ut verbi Dei pabulum statis diebus nullo modo desit gregi, sibi in curam tradito.

Episcopus concionandi munus etiam per epistolas expediat. Et vero quamquam Episcopus, assiduus officii sui pastoralis laboribus muneribusque occupatissimus, sæpe ad omnem populum sibi commissum, concionem habere non potest: tamen tam veterem, atque adeo ab apostolicis usque temporibus derivatam rationem adhibere studebit, ut diocesis sue populis, a se distantibus, per literas pastorales aliquando concionetur. Hanc enim concionandi viam non modo sanctus Paulus Apostolus tenuit, sed etiam cæteri Apostoli, qui per epistolas absentibus prædicarunt. Idem ab antiquis, sanctissimisque Patribus factitatum esse constat, quorum animi eo charitatis amore flagrarunt, ut alii in exilium pulsi, alii in custodiam detrusi, vel aliaratione a grege commisso procul remoti, absentesque, cum coram non possent, epistolarum pastoralium scriptione uterentur ad concionandum. Atque hoc quidem concionis genere Episcopus cum sæpe utetur, tum maxime, quo tempore solemnes anniversariæ mysteriorum nostræ redemptionis celebritates aguntur.

Cum

Cum autem id sæpe contingat, ut Episcopus non solum in Ecclesia cathedrali, sed in universa Dicecesi, verbi Divini ministrum aliis deleget: quam diligentissime videbit, cui illius facultatem det, ne tanto muneri injuria fiat, neve res sanctissima violetur; cum præsertim *non cujusvis sit*, inquit Nazianzenus, *de Deo divinisque rebus disserere, concionari*. Non facile igitur illam ei concedet, qui Sacerdos non sit, sanctissimi Leonis Pontificis Canone constitutum est.

Videat caute Episcopus, cuiam concionandi munus committat.

Videl Oration. Nazianz. 26. fin. Epist. 62. § 63.

Confer. c. 8. seq. Nemo nisi Sacerdos vel Diaconus, concionetur.

(a) Si quando vero ob justam, aut necessariam causam Diacono permittit, habebit rationem non solum doctrinæ, & morum disciplinæ, quæ duæ res in concionatore requiruntur; sed etiam ætatis, quæ solida & confirmata spectari in eo debet, sanctissimi, sapientissimique Pontificis Gregorii Magni judicio.

Nulla autem modo concionandi potestatem faciat, permittetve ei, qui Diaconus non sit.

Neque item indocto, vel inepto, vel vitioso, vel vitii criminisve infamia notato; neque sæcularibus negotiis implicito; quem Nazianzenus imprimis ad hoc munus nequaquam idoneum esse, existimavit.

Qua in re habenda est etiam ratio corporis. Ideo cui concionandi munus committitur, non erit is turpiter distortus, vel aliqua corporis parte usque adeo deformis, ut cum a sacris quoque Ordinibus suscipiendis Canonum jure repellatur, judicet Episcopus, alius deformitatem id generis esse, ut inde-

Non fit Concionator insigni deformitate aliqua notatus.

core etiam, ac non sine aliqua inde populi
offensione ille præstiturus sit tam grave præ-
dicationis ministerium. Solent enim in Con-
cionatore quædam corporis deformitates,
præsertim si sint perinfignes, tum offensio-
nem, tum risum asferre.

Regula-
ribus qua-
terus
concio-
nandi mu-
nus per-
missum.

Sess. 5.
cap. 2.

Ibidem, &
postea Sy-
nodus 2.
Provinc.

Camerac.
tit. 2. c. 1.

(b) Regulares porro cujuscumque ordi-
nis, qui, tamquam Episcopi, Parochie
adjutores, in hoc munere vicariam operan-
navant, licet ab illis, qui eorum curæ præ-
sunt, concionandi facultatem habeant, in
in suis Ecclesiis, ut Tridentino Concilio san-
citum est, concionentur, nisi benedictionem
ab Episcopo ante petierint: neque autem
ullo sane modo, eo contradicente, repu-
gnanteve. In Ecclesiis, quæ ordinis su-
non sunt, nullo præterea modo, ut eadem
Tridentina sanctione cautum est, nisi scri-
pta facultate, ab Episcopo concessa.

Facultatis vero, & benedictionis testimo-
nium, antequam concionandi munus aggre-
diantur, Rectori ecclesiastico oppidi, pagi
locive, ubi concionaturi sunt, exhibeant.

Qui præterea Regulares non sunt, con-
cionandi munere, præter Parochum in Ec-
clesia parochiali, nunquam fungantur sine
illa Episcopi facultate scripta.

Nemo
concio-
nabitur,
nisi pri-
mum pro-
fessio-
nem fidei
ediderit.

(c) Nec vero quisquam, ne regularis
quidem, etiam in sui ordinis Ecclesia an-
te concionari ingrediatur, quam Episcopo
fidei professionem ad sanctionis Pontificiæ
præscriptam formulam præstiterit, aut il-
lius præstitæ testimonium obsignatum exhib-
uerit.

(a)
tinet, l
citare,
tis, ac
nis cap
Thom.
hæc in
cil. Ron
dication
care co
dinando
ministra
prædica
Evang.
ibidem
quidem
in cuju
quibus
nus præ
aliis, r
tamen c
cum ab
mitteba
loco sup
mentari
B. Amb
rum off
Episcop
cet, inc
ducta,
(b)
requirat
ribus lic
dinum,
ab eis b
ibi præ
habere
sam) qu
suorum
Sess. tan
lus ante

NOTÆ AD CAPUT I.

(a) Ad Diaconum ex proprio officio non pertinet, prædicare ex cathedra, sed Evangelium recitare, & ipsum prædicare per modum catechizantis, ac articulos fidei aliaque christianæ institutionis capita tradere, ut ex *S. Dionysio* probat *S. Thom. 3. p. q. 67. art. 1. ad 1.* Atque secundum hæc intelligendum est, quod *B. Gregor. in Concil. Rom. cap. 1.* dicit de Diaconis, quos ad prædicationis officium & eleemosynarum studium vacare congruebat; ac similiter, quod Episcopus ordinando Diaconum pronuntiat: Diaconum oportet ministrare ad altare, baptizare, & prædicare; nam prædicare ex Cathedra, docendo, exponendoque Evangelium, proprie pertinet ad Episcopum, ut ibidem ostendit *B. Thom.* adeo ut ne Presbyteri quidem id possint, nisi ex Episcopi commissione, in cujus sollicitudinis partem cum vocentur ii, quibus animarum cura committitur; eo ipso munus prædicandi suscipiunt. Committi potest & aliis, regulariter quidem solis Presbyteris, sed tamen ex causa urgenti, etiam Diaconis, quibus cum absentibus Episcopo & Presbytero, olim permittebatur Evangelium explanare, non tamen ex loco superiori, quemadmodum refert author commentarii in *Epistolas S. Pauli*, qui falso tribuitur *B. Ambrosio*; dabatur intelligi, hoc non esse illorum officium proprium. Si causa subsit, potest Episcopus concedere, ut etiam solemniter prædicet, indutus superpelliceo & stola in transversum ducta, ut seq. cap. 8. monet. *S. CAROLUS.*

(b) Quamvis *Concil. Trid. sess. 5. cap. 2.* solum requirat a Regularibus, ut habentes a suis superioribus licentiam prædicandi in Ecclesiis suorum ordinum, personaliter se præsentent Episcopis, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam ibi prædicare incipiant; non jubeat autem eos habere licentiam (in scripto scilicet, vel expressam) quæ necessaria est, quando in Ecclesiis, quæ suorum ordinum non sunt, prædicare volunt; *Sess. tamen 24. cap. 4. de Reform.* ita statuit. *Nullus autem Sæcularis, sive Regularis, etiam in Ecclesiis*

clesiis suorum Ordinum contradicente Episcopo prædicare præsumat. Conferantur decreta Synodi Provinc. Camerac. Montibus habitæ, tit. 2. cap. 1. & Syn. 2. Provin. Mechlin. tit. 11. cap. 1.

(c) Synod. 2. Provinc. Camerac. tit. 1. cap. 1. statuit ac decrevit, ut juxta formulam a Pio IV. præscriptam, fidei professionem faciant omnes Professores, Concionatores, Confessarii, Ludæi magistri, ac præterea Typographi, Bibliopolæ, & qui libros quomodolibet distrahunt, tam viri quam mulieres. Idem statuit Synod. 2. Mechlin. tit. 1. cap. 1. & 3.

XX

CAPUT II.

De disciplina virtutum, & vitæ innocentia Concionatoris.

Illud maxime sibi persuadebit, qui concionandi munus suscipit, se, nisi recte, & Evangelii, quod prædicat, legibus congruenter vixerit, non magnam in audientium animis vim imprimere. Quemadmodum enim

Exod. 25. in arca testamenti duo illi Cherubim ita collocati erant, ut semper mutuo se aspicerent;

ita vita concionantis, doctrinæ ex altera parte respondere debet, usque adeo ut & vita cum tam doctrina collustret, & doctrinam rursus vita corroboret, viresque eidem perpetuo addat. Nam de abstinentia, jejunio, lachrymis, oratione, eleemosyna, patientia, aliisque christiana virtute cum concionatur; magnum certe pondus maximumque momentum apud auditores habet, si in omni ejus vita virtus elucet, cujus præcepta concionando tradit.

Sciat

Sciat item, se exiguum porro fructum spiritualem fidelibus allaturum, nisi vere, ex animo, totoque spiritu dicat. Ita vero dicere is certe potest, qui vere spiritualis est, sanctæque vitæ institutis atque usui plane deditus.

Hoc præterea in animum inducet, se non posse vitiorum, nec vero virtutum vim, naturamque satis plane ostendere, neque rursus docere, quemadmodum hæ amplectendæ sint, & illa fugienda, cum tamen in utroque eo genere officium Concionatoris maxime eluceat; nisi depulsis primum vitiis, & mundi hujus cupiditatibus abjectis, maximarum vitutum præsidium, usu, atque exercitatione bene, religioseque agendi, sibi comparaverit. *Mundari enim prius oportet, quam mundare*, inquit beatissimus Pontifex Gregorius Magnus.

Lib. 14.
Mor. c. 15.

Erit igitur Concionator singulari vitæ innocentia, moribus sanctissimis, & divinis virtutibus instructus. Dei igitur timore, terrenarum rerum despicientia, animarum salutis zelo, humilitate, mansuetudine, patientia, charitate, cæterisque religiosæ disciplinæ ornamentis bene munitus sit.

Quo de genere toto audiet sanctissimum virum Joannem Chrysostomum, ita monentem: *Doct̃or, concionatorve omnibus debet virtutibus esse excultus. Debet enim pauper spiritu esse, ut avaritiæ studium atque omnem questus cupiditatem libere reprehendat. Debet perpetuo & sua, & aliena peccata luge- re, ut eos exagitet, qui, antequam peccant, peccare non verentur, & ubi peccaverint, dolo.*

Hom. 10.
in c. 5.
Matth. in
op. im-
perf. quod
Chrysost.
nomine
inscribi-
tur.

dolorem non concipiunt scelerum, quæ admiserint. Debet esurire, & sitire iustitiam, ut operum bonorum studio languescentes excitet verbo DEI, & exemplo suo accendat. Debet esse mansuetus, ut ametur potius, quam timeatur. Debet esse misericors erga alios, & severitatem sibi adhibere. Debet esse munda corde, ut ne cogitationes quidem inanes, & inutiles hujus sæculi suscipiat, nedum secularibus negotiis se implicet. Debet esse pacificus, ut populus, quem docet, sollicitus sit servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Debet esse paratus ad omnes res, vel difficilissimas, pro gloria Dei, proque Ecclesia ferendas, non inani quodam animi impetu, sed solida, veraque constantia, digna martyribus.

Neque iane solum his Chrysostomi monitis se conformabit; sed disciplinam imitabitur aliorum duorum etiam Græcorum Patrum, qui & sanctitatis & doctrinæ laude celebrantur, Basilii, & Gregorii Nazianzeni.

Hic in libro primo, quem de Theologia elucubratus est; ille in epistola, quam de vitæ solitudine ad eum ipsum scripsit, aliter quando docet, qualem eum esse oporteat, qui Concionatoris officium, & personam sustinet.

At vero vitæ perfectæ, quam optimus quisque Concionator instituat, genus potissimum sequetur ad præscriptum Gregorii Magni Pontificis, qui cum sæpe Concionatorem informat, tum vero & in libro Pastoralis, & in Moralibus, præsertim libro 30. cap. 21. & libro 6. cap. 25. aliisque præterea locis, quibus perspicuum fit, qui verbi divini minister-

nisteri
lem se
dit his
& ego

Jam
tic
cræ,
maxim
adhuc
gestit.

Ha
ctatos
clesiafi
In
monib

Sa
pretat

No
qui in
rum c
tione
signifi
fidelium

Co
gestar
tatis e
sancto
Pontifi
ctitas

To
nonun

nisterium fuscipit, talem esse debere, qualem se fuisse, S. Paulus Apostolus ostendit his verbis: *Mihi mundus crucifixus est, Galat. 6. & ego mundo.*

CAPUT III.

De scientia Concionatoris.

Jam vero Concionator, antequam prædicationis officium aggrediatur, in omnis sacrae, ecclesiasticæque doctrinæ studiis, ut maxime potest, versari debet; præsertim si adhuc nullum docendi munus unquam gessit.

Habebit omnes Theologiæ notos, & tractatos locos. Traditionum Apostolicarum, ecclesiasticarumque notitiam tenere studebit.

In sanctorum Patrum Scriptis, atque sermonibus perite versatus erit.

Sanctionum item, spiritualiumque interpretationum usu literate peritus erit.

Nec vero ignorabit sacros Ecclesiæ ritus, qui in Sacramentis, in divinorum officiorum cultu, in tota denique ecclesiastica ratione instituti sunt, eorumque mysteria, & significationes, quibus explicandis mentes fidelium accendantur ad pietatis studium.

Cognoscet item rerum in Ecclesia sancta gestarum, ac memoriæ veteris, & antiquitatis ecclesiasticæ ordinem, maxime autem sanctorum Patrum historiam, summorumque Pontificum, & Episcoporum, quorum sanctitas præclare eluxit, vitas.

Tenebit præterea aliquam veterum Canonum scientiam, summorumque Pontificum de-

Confer. Syn. Provinc. Camerac. tit. de doctrina & prædic. verbi Dei.

In quibus Concionatorem versatum esse oporteat.

descripta jura, atque instituta, & Concilio-
rum Decreta.

Theologia illius, quæ tota in spiritali
vitæ institutis tradendis, quæque in pur-
gandis affectibus, in reformationeque inte-
riori versatur, atque ob eam causam mysti-
ca, aut therapeutica vocatur, præcepta, at-
que exercitationes bene norit.

Sanctarum meditationum, orationisque
mentalis usum, ac peritiam habebit, ut alio-
ad celestium contemplationum studium eru-
dire concionando possit.

Casuum conscientia doctrina instructus
erit.

Morum, & virtutum Christianarum lo-
cos, non solum ordine collectos, sed recte
notos habebit.

locos item omnes sibi comparabit, quibus
auditorum animi commoveri, atque ex-
citari solent ad Dei amorem, ad celestis
patriæ desiderium, ad poenitentiam, ad sce-
lerum detestationem, ad virtutum studium,
ad metum divini judicii, ad spem miseri-
cordiæ, ad misericordiam, charitatemque
erga proximum, & ad cæteras præterea af-
fectiones, quæ ad cælum excitatæ, Christia-
nas virtutes pariunt.

Locos etiam illos tenebit, qui sæpissi-
me usu veniunt, utpote de divitiarum & bo-
norum despicientia, de condonandis injuriis,
de rebus adversis, constanti Christianoque
animo ferendis, de immoderatis sumptibus,
aliisque morum erroribus eripiendis.

Copiosa quasi supellectile instructus erit
doctrinarum, quibus aliquando utetur, cum

opus

opus
homin
male
gnant
que c
ta eju
Pr
rum,
senior
quæ u
quæ c
nique
usu ve
rum l
optim
Ill
Conci
studeb
ad ali
elicien
licos f
Litera
vim,
V
quæ a
luna,
sensum
sertim
cio ha
A
rimun
agro,
nabi,
cultur
si alte
S. C

opus erit, tum ad coarguendam impiorum hominum audaciam, qui, de fide catholica male sentientes, Ecclesiæ veritatem oppugnant; tum ad Ecclesiæ dogmata, recte pieque commonstranda, tum vero ad alia multa ejus generis.

Præcepta etiam recte intelliget officiorum, quæ magistratum, quæ civium, quæ seniorum, quæ adolescentum, quæ viri, quæ uxoris, quæ parentum, quæ liberorum, quæ dominorum, quæ servorum, quæ denique præcipua singulorum; ut, si quando usu venerit, de illis ex præscripto divinarum literarum, sanctorumque Patrum quam optime concionetur.

Illud denique non parum expediet, si Concionator etiam græce & hebraice nosse studebit; nam harum linguarum peritia cum ad alia multa utilis est, tum maxime & ad eliciendos ex eadem Scriptura plures catholicos sensus & ad explicandas illas sacrarum Literarum voces, ac dictiones, quæ magnam vim, magnamque emphasim habent.

Vim, & copiam habebit similitudinum, quæ ab agricultura, vinea, semente, sole, luna, aliisque rebus ducuntur, quæ sub sensum cadunt; atque intelligentiam, præsertim eorum, etiam rudium, ad quos concio habetur.

Agricolis porro si concionabitur, plurimum ad rem proderunt similitudines, ab agro, vinea, frumento, vitibus, lino, canabî, arboribus, stirpibus, aliisque agriculturæ partibus ductæ. Idem eveniet, si alterius conditionis auditoribus apte illas

ita accommodabit, ut eorum ordo postula-
bit; qui sane quidem, cum ad certam quam-
dam status sui cognitionem, doctrinamque
natura ducantur; tum certe facilius multo
trahuntur, si vel a vitæ, vel ab artis, vel
ab alterius rei, quam profitentur, genere
documenta sumuntur.

Multiplicem etiam variamque copiam
argumentorum colliget, quæ proprie, ac
recte accommodetur. Sunt urbani & rusti-
cani; sunt nobiles & ignobiles; sunt magi-
stratus & privati; sunt docti, rursusque im-
perita multitudo.

Pro audientium igitur genere locos do-
ctrinarum, ex quibus concionem conficiet,
non modo distinctos, sed optime explica-
tos habebit.

Vide l. 30.

Mor. c. 5.

Et 6. ubi

& illud ad

monet:

Pro quali-

tate au-

diendum

formari

debet ser-

mo docto-

rum. Et

latius p. 3.

Pastoral.

admon. 1.

Et seq.

Rectum

concio-

nandi mo-

dum Con-

cionator

sciat.

Vide ad

Atque in hoc quidem multiplici genere
Concionator videbit, ne, quæcumque, ut
S. Gregorius scite monet, legerit, aut
scientia comprehenderit, omnia enuntiet,
atque effundat; sed delectum habebit, ita
ut documenta alia exponat, alia racita re-
linquat, prout locus, ordo, conditioque
auditorum deposcit.

Sicut autem rerum, quæ supra mox com-
memoratae sunt, quarumque prior cura esse
debet, scientiam tenere Concionatorem
oportet: ita etiam sibi parare necesse habet
bene concionandi modum.

Ex præceptis igitur Rhetoricæ ecclesia-
sticæ locos discet, unde concionis exor-
dium (quando eo utendum esse iudicave-
rit) recte ducat, ut ab vitiosis exordiis lon-
ge refugiat.

dispo-

Disponendæ concionis modum intelliget. *cap. II.*

Dilucide, distincteque rei enarrandæ rationem percipiet. *Not.*

Bene pronunciandi, decoreque agendi usum tenebit.

Verborum pondera, vimque ita habebit, ut audientium animos penetret.

Quare priusquam concionandi munus aggre-
diatur, vires suas bene cognitatas habebit,
ut nec materiam, quæ ingenii sui viribus
præstet, nec formam dicendi sumat, ad
quam appositus nullo modo videatur.

Ad quam sane rem multum adjumenti
hoc affert, si amicum, aut alium adhibe-
bit, præsertim concionandi usu peritum,
qui semel, iterum, atque adeo sæpius pu-
blice concionantem audiat, quique non am-
bitiose corrigat, sed libere, privatim, re-
motisque arbitris moneat, si quid in aliqua
parte erratum sit.

Ad imitandum etiam sibi constituet ali-
quem, prædicandi laude florentem.

Quo in genere illud accurate cavebit,
ut ne, quod plerique faciunt, lævia quæ-
dam, ac sæpe etiam vitiosa imitetur, sed
illa tantum, quæ sapientum judicio, præ-
clara atque egregia in eo potissimum cer-
nuntur.

Verum enimvero sicut diligentissime vi-
dere debet, quem e Concionatoribus, qui
nunc sunt, aut certe superioribus tempori-
bus extiterunt, ad imitationem deligat: ita
maxime sibi veteres Patres proponat, quo-
rum in dicendo virtutes sequatur; Gregorii
Magni, & Chrysostomi disciplinæ moralis
Concio-
nator,
quomodo
veteres
Patres in-
concio-

nando
imitari
debeat.

copiam, Leonis Magni, & Basilii gravitatem, Nazianzeni vim, Nysseni subtilitatem, Augustini acumen, Ambrosii temperatum dicendi genus, Bernardi dulcem, devotamque orationem, atque omnino admirabilem, & divinam eloquentiam sanctissimi Pauli Apostoli, cui omnia, quæ summi sunt Concionatoris, atque adeo Oratoris, multis præclaris exemplis tribuunt doctissimi Patres, Augustinus, & Chrysostomus.

In concione autem, quam habiturus est, illud sibi potissimum proponet, in quo omnes nervos, roburque industriæ suæ adhibeat, & in quo munus suum versari cognoscat, ut auditorum scilicet animos commoveat; cum præsertim peccent homines, non tam quia verum ignorent, quam quod male affecti sint.

Dabit igitur operam, ut, quemadmodum per singula corporis membra sanguis diffunditur, ita in omnibus concionis suæ partibus quædam insint, quæ ad commovendum valeant.

Quare locos omnes optime percipiet sanctarum affectionum, quæ mox supra commemoratæ sunt.

Postea vero quam iis doctrinarum ornamentis, Deo bene juvante, instructus, ad prædicationis functionem accesserit: hæc quæ sequuntur, omnino curabit, atque exequetur.

CAPUT IV.

De Præparatione, quam Concionator universe, generatimque adhibebit ad concionandi munus salutariter exequendum.

Quo studiosius, atque adeo religiosius Concionator muneris præstantissimi, quod sancte & suscipere & gerere debet, partes exequatur, illius imprimis dignitatem, auctoritatemque attente cogitabit.

Qua in cogitatione hæc quatuor facile perspiciet.

Primum scilicet ad Dei omnipotentis gloriam, ad animarumque salutem referri omnem concionandi vim, ac rationem.

Dignitatem officii sui Concionator consideret.

Deinde se, qui prædicationis munus aggredditur, ministrum esse, per quem verbum Dei, ab ipso divini Spiritus fonte ducitur ad fidelium animas divinitus irrigandas.

Post, res etiam sanctas, divinæque traditas, a se tractari oportere.

Tum præterea id prædicationis munus, quod capeffet, non modo sanctissimis ac divinis viris Prophetis, Apostolisque a Deo commissum, sed ab ipso etiam Dei Filio, Christo Domino præstitum esse. Verum quo magis atque magis sese excitet, videbit diligenter, quanta, & quam summa difficultas ei proponitur, qui in tanta, tamque perpetua, & mundi, & satanæ oppugnatione fidelium animas ad viam Domini revocare contendit. Atque iis quidem semper adversariis cum ad resistendum

Officii Concionatoris difficultas.

se imparem esse senserit, non modo illis virtutum armis, ut ostendimus, se communit, sed assidua prece, & jejuniis frequenti Dei auxilium implorabit, ad impetus hostium adeo importunorum repellendos.

Cum autem bene appositeque dicere, sit omnium iudicio, vel maxime difficile; huius sane rei difficultatem aliquando, ac potius frequenter meditabitur, ut ardentiori studio confugiat ad Deum, qui divini sui Spiritus afflatu, omnia dicendi adjumenta subministrare potest.

Neque porro viribus suis fidet; sed imbecillitatem suam recte agnoscens, sese coram Deo abjiciet, cujus celesti benignitate ipse, quamvis abjectus, & prædicationis munere indignus, adjuvetur.

Magnum
Concionatores
præmium
manet.

Cap. 5.
sua Epist.

Utque ad omnia sancta studia, quibus juvari possit, vehementius accendatur, se cum sæpe reputabit, quam magnum præmium consequatur, qui ab errore viæ suæ peccantem abduxerit. *Qui enim converti fecerit peccatorem, inquit sanctus Jacobus, ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum.*

Hæc sæpe pieque meditatus is, qui celestis doctrinæ Concionator futurus est, cum viderit, quanta res sit, quam divina tota concionandi ratio; tantæ rei quasi horrore quodam perfusus, ad eam suscipiendam, se divina in primis ope præparabit, atque muniet.

Hæc igitur supplex continenter petet.

Ut

Ut divino adjumento, propriæ laudis, aut gloriolæ non modo studio, sed ne opinionone quidem efferatur, nullamque illius rationem plane habeat.

Quid
Concionatori a
Deo petendum.

Ut se vehementius in dies inflammet, cum ad præclaram illam divinæ gloriæ cupiditatem, tum ad singularem erga proximos charitatem concipiendam. Ad quas res duas potissimum ipse omnes nervos intendet pietatis suæ.

Ut denique ope divina, & rei, cujus tractandæ munus suscepit, sanctitati, & personæ, quam Concionatoris sustinet, dignitati, atque officio respondere possit.

Sibi vero, quam maximam potest, vim in eo adhibebit, ut tota mente, totoque animo defixus cœlesti CHRISTI DOMINI regno propagando, in procurandaque animarum salute, suorum & commodorum, & utilitatum obliviscatur omnino.

His igitur virtutibus, nempe factis doctrinis, vitæ innocentia, morum sanctitate, & cœlestium rerum contemplationibus, is qui Concionator futurus est, excultus idoneum se præbebit, ut ad prædicandum missus, populo valde profitribus his, quæ sanctus Bernardus commemorat; verbo, exemplo, & oratione.

Concionator ambitionem valde fugiat.

Fugiet autem, tamquam pestem, omnem ambitionem, omnemque illius suspicionem. Ne loca insigniora, ubi prædicationis suæ semen spargat, ambiat, affectetve, memor CHRISTI DOMINI, quem a Patre e cœlo demissum ad erudiendum genus humanum, pagos, & vicos, & castella obisse legimus.

Nunquam in opinionem inducet, majori
atque nobiliori suggestu se dignum esse. Fuit
hæc quondam incredibilis ambitio ethnico-
rum Oratorum. Christianus autem Concio-
nator ab istius ambitionis suspicione alienus
1. Cor. 1. esse debet, qui *ad prædicandum Christum*
crucifixum, non ad sui ingenii ostentatio-
nem vocatus est.

CAPUT V.

*De præcipua vitæ ratione, quam scili-
cet speciatim Concionator adhibebit, ubi
concionandi munus susceperit.*

De vitæ
honestate
Concio-
natoris.

Quod sane vero jam initio positum est,
quodque S. Augustinus scite præscri-
bit, in illud toto animo, totisque viribus,
adjutrice divina gratia, Concionator, cum
concionandi munus susceperit, incumbat,
ut verbis perpetuo æqualem, paremque vi-
tam agat. Est porro evangelica doctrina,
verbique Dei prædicatio ignis ille semper
Levit. 6. in altari exardescens, cui perpetua sollici-
tudine is subministrare debet ligna, nempe
optima præclaraque vitæ suæ sanctissimæ
exempla, officia, atque opera virtutum,
quibus corda fidelium accendat ad sanctæ
agendi studium. De divino illo viro Joanne
Joann. 5. ne Baptista illud Evangelii literis proditum
est, quod *lucerna erat ardens, & lucens*;
quippe cum cœlestem illam doctrinam, quam
docuit, virtutum sanctarum splendore per-
renni collustravit. Quare perpetuam sanctissi-
mæ vitæ consuetudinem servabit.

majori. In incessu, statu, accubatione, dejectione vultus, oculorum demissione, capitis inclinatione, genuum inflexione, in omni denique motu corporis tenebit gravitatem, & decorum a persona, quam sustinet, non alienum.

Erit in omni colloquio gravis, mansuetus, ac salutaris.

In habitu, vestituque religioso, sacerdotalive modestus.

In victu temperatus, & parcus, ac ciborum varietatem fugiens, frugalitatis, abstinentiæque studiosissimus.

Nec vero præ concionum laboribus, aliave causa, nisi necessaria, id studium remittat; tantum abest, ut a statis jejuniis se eximat: immo vero illa religiose colat, ut cæteros exemplo suo accendat ad leges abstinentiæ, jejuniique recte servandas.

Si quo autem in loco, ubi concionatur, moris est, cibum a fidelibus Concionatori opipare, præterque modum apparari, & verbis, & ipsa frugalitate, qua perpetuo utetur, omnique alia ratione, ab eo apparatu eos revocare studebit.

Apud laicos cœnare, prandereve, ut potest, maxime recusabit.

Venientium ad se hominum salutationes quotidianas, atque frequentes, non patietur.

Familiaritates, & consuetudines laicorum valde evitabit.

Cum autem ejus vita debeat esse specimen virtutum omnium, non solum ne peccato, sed etiam ne exemplo unquam nocebit.

Caveat, quam diligentissime fieri potest, ne cuiquam, etiam arripere volenti, vel obloquendi, vel male suspicandi quavis de re, quæ reprehendi merito possit, occasione dictis, aut factis præbeat, ne ejus ministerium, quod sanctum est, vituperetur.

Quare cum cætera, quæ supra præscripta sunt, accurate servet, tum hæc infra descripta.

In proprio monasterio, qui Regularis est, habitet, aut in ædibus parochialis collegiatæve Ecclesiæ, ubi concionatur, aut saltem in aliis ecclesiasticis domiciliis, si ullo modo potest, ac distinctis omnino a laicali habitatione.

Ne eo foeminas ad colloquium secum ineundum introducat, admittatve.

Ne ad mensam, & convictum adhibeat aliquem præsertim laicum, nisi spiritualis, religiosæque vitæ studiosum.

Ne ostendet, quæ ad propriam laudem referri posse videantur.

Communi autem utilitati serviat.

Erit in omnes beneficentis, ut quisque ad jumento indiget, ita opitulabitur, & consolando, & consulendo, & benigne faciendo.

Nihil, nisi quod honestum, quod pium, quod religiosum, quod sanctum sit, aut admirabitur, aut optabit.

Prædicationis porro nomine, occasioneve Concionator Regularis eleemosynam nullam paciscetur; si quæ sponte datur (præter illum, quando extra monasterium degit, quotidianum cibum) monasterio ordinis sui eam in commune conferet; aut Superiori

Notent
Religiosi
Concionatores.

rioni p
gula tr
adfric
immo
regular
& oper
Nil
No
non ca
Ne
rium,
aliquo
num re
A
dumen
vel stu
Pa
facræ
recte
On
fit, ca
omni v
quæ n
illum
fum?
Ne
tat qu
tis no
Nu
cumb
Ne
Ne
pido
multit

rioni pro instituti cujusque ratione, & regula tradet, memor voti paupertatis, quo adstrictus, nihil proprium habere debet: immo illud proprietatis vitium, in homine regulari detestabile fugiet & corde, & ore, & opere.

Nihil sibi petet, nec vero extorquebit.

Non vestem, non indusia, non sudariola, non cætera id generis sibi quæritabit.

Nec ullum præterea munus etiam cibarium, capiet; nisi valetudinis imbecillitas aliquod esculentæ, aut poculentæ rei donum requirat.

A superiore autem expectare debet indumenta, & alia necessaria usui vel vitæ, vel studiorum.

Parochus etiam aliusve, quicumque in sacra prædicationis munere versatur, itidem recte servabit.

Omnis denique Concionator, quicumque sit, cavebit, ut non solum crimine, sed etiam omni vel levissima suspitione avaritiæ careat, quæ ubi in animum irrepserit, paulatimque illum occuparit, omnem sancte agendi cursum, atque adeo progressum impedit.

Ne animo quidem appetat, nedum petat quidquam, quod sibi aliquam cupiditatis notam inurat.

Nullis etiam perturbationibus animi succumbet.

Nec iracundiæ cedit.

Non alii, in eadem urbe, eodemque oppido concionanti, frequentiore auditorum multitudinem invidet. Et vero, quod diligen-

Syn. 2.
Prov. Ca-

merac. tit. ligentissime cavere debet, neque aut verbo,
2. c. 2. aut facto, aut alio modo ei detrahet.

Auditores ab illo avocare non studebit.
Rom. 12. Sed, ut est Apostoli præceptum, *honor*
præveniens, illum diligit, colet, obser-
 vabit.

Nec præterea despondebit animum, si
 perpauca auditors ad se convenire vide-
 bit; quoniam summus ille Magister vitæ Chris-
 tus Jesus, cum Dei sapientiam, vitamque
Joan. 4. æternam monstraret mundo, paucitate disci-
 pulorum contentus fuit; imo aliquando
 solam mulierem Samaritanam habuit, qua
 illum & de divino cultu, & de cœlesti gra-
 tia loquentem audiret.

In rebus adversis omnem animi abjectionem vitabit.

Pro gloria Christi, pro salute animarum, in omni oppugnatione, nihil non fortiter, constanterque aget.

Amore Dei inflammatus, non modo probra, convicia, contumelias patienter ferret, sed mortem ipsam, si opus fuerit, fortis, invictoquo animo subibit.

Offeret, commendabit se divinæ luci, & præclusis sensibus, in illis infinito amore, immensaque charitate conquiescet.

Superbiam, fastidium, atque arrogantiam valde cavebit. Ac præterea illa tantum sola proferre studebit, non quæ, qualis, aut quantus ipse sit, declarent, sed quæ audientibus salutariter profutura sint.

In omni denique actione, functioneque universo populo spirituale gaudium, virtutumque sanctarum exemplum præ se feret.

Hæc

Hæc vero, ut Dei beneficio, donoque recte assequatur, id valde curabit, ut singulis diebus matutinas, & cæteras canonicarum horarum preces officiumque rite, distincte, pieque ex instituto, atque ex præscripto regulæ, quam profitetur, si regularis est; aut si sæcularis Clericus choro adstrictus, ex illius disciplina, cum potest in Ecclesia, atque in ipso choro una cum cæteris præstet.

Recitato officio, aliquid temporis in divinarum rerum contemplatione, pioque tacitæ meditationis studio ponet. Ita enim fiet, ut divini amoris ardore inflammatus, qui orando, meditandoque maxime exardescit, auditores suos, ad charitatis, quæ seminarium est omnium virtutum, studium incendat ardentius.

Missæ Sacrificium quotidie offerre non prætermittet, nisi legitima causa impediat. Hoc sanctissimi Sacrificii offerendi usu frequenti, cum sibi in omnes sancte agendi partes plurimum proderit; tum fideles etiam excitabit, ut Sacrificii sanctissimi sint cultores, & diligentiores, & religiosiores.

CAPUT VI.

De præparatione, qua Concionator utetur ad singulas conciones.

Primum, ut prædicandi munus non humanæ scientiæ, aut eloquentiæ, sed divini virtuti, ac Spiritus sancti gratiæ inniti,

Eph. 4.
Concio-
nator pu-
ritati con-
scientiæ
studebit.

Psal. 49.

Præmissa
oratione
studium
Concio-
nator ag-
gredietur.
Vide *Aug.*
l. 4. de doct.
Christ. c.
15.

ti, Concionator intelligat; diligentissime
bi cavendum existimabit, ne mortali
culpa affectus, *Spiritum sanctum contristet*
& apostolicum opus, atque adeo D. N. Je-
su Christi munus attingat. Sed conscientiam
ante ab omni peccatorum impuritate
poenitentia Sacramento expurgabit, quam
ad verbi Dei tractationem accedat. Et ver-
gravissimam illam Prophetæ objurgationem
vehementer pertimescendam ducat: *Peccatori dixit Deus, quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum perjurum?*

Deinde, cum concionis, quam proxime
habiturus est, causa, se studio dabit,
sanctam Thomam Aquinatem, & alios sa-
ctitatis laude claros viros, ad imitationem
sibi proponet, qui religiosa aliqua precatio-
ne usi sunt, prius quam studiis se dederent.
Post, brevi oratione ad Deum usus, in
omnino studebit, ut, quod in concione di-
cturus est, antea bene cognitum habeat: ubi
vero ex studio, librorumque tractatione co-
gnovit, ac perceperit, quod concionaturus
est, tum singulas concionis partes, quas ani-
mo concepit, etiam atque etiam diligenter
pieque meditabitur. Qua in meditatione
ita religiose sese afficere conabitur, ut au-
dientium animos, mentesque ad illum ipsum
pietatis affectum, sancteque agendi arde-
rem, quantum in se est, excitet.

Ad se ardenti pietate inflammandum,
dum etiam in concionis studio, tractatione
que versatur, Christi Domini cruci affixi,
vel Apostoli Pauli prædicantis, ut sanctum

Ch. j-

Chrysostomus fecisse traditur, imaginem sibi ob oculos ponet, quam tacita meditatione intueatur.

Maxime vero nocte, quæ concionis diem præcedit, eam præparationem adhibebit, ut ardentem Deum oret, omnis sapientiæ, omniumque sanctarum virtutum auctorem, qui & sibi, & aliis, qui audituri sunt, largiatur, unde divinus cultus, & salus animarum adjuvetur. Nec porro nostra ætate defuerunt, qui non solum profusis lachrymis, sed cæso etiam verberibus corpore, id a Deo petere consueverunt,

Id etiam institutum habebit, ut, ante quam suggestum ascendat, perpetuo sibi proponat concionem ejusmodi, quæ scilicet vel multitudo sit hominum esurientium, cibumque a prædicatione sua expectantium, vel cœtus claudorum, paralyticorum, hydropisii laborantium, mutorum, cæcorum, surdorum, malo dæmone æstuantium, leproforum, valetudinis beneficium quærentium. Huc cum spectare debeat, ita in omni concionandi parte se comparet, ut eorum rationibus, salutique prospiciat, & consulendo, & consolando, & omni officio, præstantique remedio.

Consideret præterea se piscatorem hominum esse; ideo nervos omnes intendere debet, atque adeo expiscari, ut sagenam evangelicam impleat, nempe animas pereuntium, Christo Domino lucrifaciat; quare videat, ne in prædicationis officio languescat.

Sed ut sanctas commotiones in aliis excitet, tales primum animo suo ipse concipiet,

Concinator
quali cogitatione
sugger-
tum
ascendere
debeat.

piet, atque in sese exfufcitabit, ita ut quales in aliorum mentes transfundi cupit, ipfe illas, animi fui fenfibus recte conceptas, quali fpectandas cæteris proponat.

Affectus Id aflequi ftudebit primum ardenti præcatione; deinde rei, de qua dicturus eft, explorata cognitione; tum vehementi cogitatione, & quali ob oculos pofita fpecie ipfius rei, quam meditatione concepit, præterea attenta lectione loci facræ Scripturæ, qui cum re conveniat, quam animo excogitatam habet.

Et quoniam ad commovendos animos parum valet concio, alieno labore confcripta nunquam ad affectionum excitationem alienæ concionis industria utetur; fed ingenio fuo concipiet, ac gignet, quo vehementius primum fe, deinde alios afficiat. Difciplina enim cibus, qui populo proponitur, mentis propria, quali ftomacho concoctus, vires majores habet ad omnem sanctam commotionem.

Ne igitur Concionator fe totum in alienas conciones temere ingurgitet; fatius eft eas ex fanctiffimorum Ecclefiæ Doctorum Gregorii Magni, Ambrofii, Auguftini, Chryfoftomi, aliorumque Patrum homiliiis, fermonibus, & tractationibus confici, & quali conflari.

Eam quoque præparationem in omni concione recte explicanda adhibebit, ut quæ devotionis ardorem ex religiofa divinarum precum recitatione, facra celebratione, & pia meditatione, Deo juvante, conceperit.

eum-

enimde
deferre

(a)
caturus
mortali
eo quod
hibeat;
passione
contere
turus,
catorum
prædica
cramen
tract. 1.
Nugnus
vis B.
dici tam
eo, quod
de solo
do pecc
& q. 60
ex offic
cujus ta
art. 2.

De Co

Atque
ci
ad conc
dit, il
rursus
stumqu
S. Co

eundem studiose curet secum in suggestum deferre.

NOTA AD CAPUT VI.

(a) Merito eum, qui est verbum Dei prædicaturus, decet puritati conscientiae studere; ac de mortali, si conscius sit, conteri imo & confiteri; eo quod ministrum Dei se in eo sacro opere exhibeat; si tamen peccator occultus ex humana passione, incuria, vel aliquo hujusmodi, non prius contereretur; non videtur nobis mortaliter peccaturus, quia, ut *Cajetanus* monet, verbo *Prædicatorum peccata*, (quidquid alibi aliter dixerit) prædicare non est secundum se actus alicujus sacramenti. Consentiunt *Jo. Med. cod. de poenit. tract. 1. q. 6. Dominic. Soto in 4. dist. 1. q. 5. art. 6. Nugnus & Valentia ad 3. p. q. 64. art. 6. Et quamvis B. Thom. videatur aliter sentire in 4. d. 19. dici tamen potest, idem postea sensisse, partim ex eo, quod *lect. 1. ad cap. 6. posterioris ad Corinth.* de solo peccatore publico dicat, quod prædicando peccet; partim ex eo, quod *2. sec. q. 33. art. 5. & q. 60. art. 2. ad 3. doceat, corripientem, vel ex officio judicantem in mortali, non peccare; cujus tamen contrarium dixerat q. 2. dictæ d. 19. art. 2. quæstiuncula 2.**

CAPUT VII.

De Concionatoris officio in suggestu.

Atque hæc quidem sunt, ad quæ Concionator se paret, antequam suggestum ad concionandum ascendat; quem ubi ascendit, illud imprimis brevi tacita oratione rursus a Deo precabitur, ut sincerum, castumque sit prædicationis suæ studium, ut

S. Car. Infr. Past.

I

nemi-

nemini noxium, ut & sibi, & omnibus in commune, salutare. Hocque etiam summa prece tacitus contendet, ut si fortasse in concionando se vel gloria inani, vel alio vitio attentari aliquando contigerit; id, & alia omnia, quæ aliorum, quam ad divinam gloriam, ad animarumque salutem spectent, Deus divinæ suæ gratiæ virtute disjiciat, atque plane avertat.

Deinde, quod antiquissimi instituti est, ac non sine mysterio quidem, salutationem angelicam, non festinanter, non canore, sed gravi, piæque pronuntiatione, ac genibus flexis recitabit ad præscriptam verborum formulam, qua Ecclesia sancta utitur; ita ut ne verbum quidem vel addat, vel detrahat, vel mutet, quod ab illius instituta ratione diversum sit.

Si concionatur intra Missarum solemnias quæ ipse celebrat, salutatione angelica non utetur.

Dum in concione versatur, sibi oculi mentis oculos perpetuo proponet, tamquam in adverso pariete, Christum Dominum in majestate judicantem, qui ab se quoque jam jam *villicationis rationem* deponat.

Post concionem vero, prout ratio veritatis tulerit, antequam cibum capiat, paulisper orabit; sicque quos progressus concionando facere cœpit, eos orando prosequetur; & sic deinceps adjuvabit perpetuo opere sanctitatis, ac voce virtutis.

CAPUT VIII.

De ritu concionandi.

Sacram concionem, intra Missarum sole- Concio
 mnia, Evangelio scilicet recitato, habe- intra Mis-
 ri antiqui instituti est. sarum so-

Id igitur servabitur non solum ab Epi- lemnia
 scopo, Parocho, animarumve curatore, habenda.
 aut Sacerdote Missam celebrante, sed a quo-
 cumque alio concionaturo, etiam qui tunc
 celebrat ibi.

Episcopus in Missæ solemnibus sacrificio Episco-
 concionem habebit, mitra, Episcopali que pus dum
 sacro omni vestitu indutus. conciona-

Ministros, sacris indumentis vestitos, tur, qua
 sibi concionanti ab utroque latere assisten- id decen-
 tes adhibebit ex veteri canone septem, ubi tia facere
 debeat. debeat.
 potest; si minus, pauciores.

Ministrum præterea, pluviali indutum,
 qui a latere sinistro baculum pastorem an-
 te se sustineat.

In Missæ sacrificio non solemnibus, cum
 concionatur, utetur statim Missæ vestitu,
 mitra, baculo, & ministris saltem duobus,
 superpelliceo indutis: qui si Canonici sunt,
 canonicali chori vestitu induentur.

In alia actione, quam in Missæ sacrificio,
 aliove tempore, pluviale, mitram, bacu-
 lumque adhibebit, & duos pluresve mini-
 stros sibi assistentes, arbitrato suo, prout
 actio sollemnis, & frequentia populi, & Ec-
 clesiæ, ubi concionatur, ratio postulat.

Qua etiam in actione cappam Episcopa-
 lem, & stolam potius, quam pluviale & mi-
 tram adhibeat licet, & duos item sibi assi-

tes superpelliceo, aliove chori habitu indutos, & duos præterea ministros, unum, qui pastoralem baculum, & alterum, qui mitram a dextero latere teneat.

In actione minus solempni, in Ecclesia non insigni, rochetto, mozeta utetur, stola adjuncta, adhibitis etiam assistentibus, & ministris ut supra, cum insignibus episcopalibus.

Sed in omni alia functione, præterquam in Missæ Sacrificio, triplici hac indumentorum ratione, prout maluerit, utetur, ita ut modo pluviale, modo cappam Episcopalem, modo rochetum, mozetamque cum stola induat, pro temporis, loci, personarumve ratione.

Si quando ex tempore usu venerit, ut concionetur, ubique etiam sine stola gregem suum verbo Dei, salutaribus monitis pascet.

In Ecclesia cum concionatur, id munus obibit sedens in medio altari in faldistorio, aut in sede, loco eminentiori collocata, aut in cathedra Episcopali, aut etiam suggestum, ambonemve ascendet; ubi itidem sedens concionem habebit, mitra item, cæterisque, ut supra, pro oratione adhibitis.

Si in oratorio, aliove loco concionem habebit, de suggestu, si ullus est, aut de sede, aliquanto altius collocata, concionabitur.

De libro etiam ubique concionetur licet, ad præscriptum Concilii Provincialis quarti, ita ut vel ipse, vel Archidiaconus, aliusve, quem maluerit, ei per clausulas sacrae Scripturæ verba distincte de libro pronuntiet, quæ ipse deinceps ordine sigillatim explicet.

Parochus autem, animarumve curator, Quo habitu concionetur, aut in altari, ab epistolæ latere, capite aperto, concionando stabit, aut oportuniussuggeſtum aſcendet, ut facilius, præſertim cum populus frequens convenit, ab omnibus exaudiri poſſit. Quo in loco capite operto erit, & ſtabit, aut ſedili inhærebit caſula, dum concionatur, indutus, vel exutus, prout maluerit.

Alius vero Sacerdos, cum non celebrat, inter Miſſarum ſolemnia concionaturus, non in altari, ſed de ſuggeſtu concionem habebit.

Quod ſi Parochus, animarumve curator, aut alius Sacerdos, aliquando intra Miſſarum ſolemnia, quæ alter Sacerdos celebret, aut alio tempore, quam in Miſſa concionatur; ad ejus muneris functionem ſuperpelliceo & ſtola utetur. At vero Regularis, qui Parochus non eſt, ſtolæ, & ſuperpellicei loco veſtitum adhibebit, qui ex regulæ præſcripto in choro ad divinorum officiorum celebritatem adhibetur.

Diaconus, ſi quando ex facultate permiſſa concionatur, ſuperpelliceo etiam utetur, & ſtola in tranſverſum ducta.

Si præterea Parochus aliusve Concionatur in Oratorio, aut Sacello, alibive concionem habiturus eſt, ubi ſuggeſtus nullus ſit, aptiorem decentioremve locum ibi deliget, unde concionetur.

Poterit autem idem Parochus aliquando, cum ita expedire viderit, concionando, libro evangeliorum uti; de quo libro ipſe ſa-

era verba per clausulas, & sententias distincte pronuntiabit, tum ordine sigillatim explicabit.

CAPUT IX.

Quibus temporibus concionandum est.

Concio
omni loco
haberi po-
test.

Prædicationis munus nullo neque tempore, neque loco sibi Christus Dominus præfinivit; neque Apostoli item, qui omni loco, omni tempore sacrosanctum Evangelium disseminarunt. Huncque prædicationis morem sanctissimi viri, Dominicus, Franciscus, & Vincentius secuti sunt, qui vel in ipsis agris conciones habuisse dicuntur. Cum igitur vel temporis, vel loci opportunitas tulerit, non solum in Ecclesia, qui locus prædicationis proprius est, sed ubique, omni tempore sacra concione populus Dei pascendus erit.

Quamobrem Episcopus in primis, oblata sibi occasione, semper, & ubique gratiam suam verbo Dei, salutaribusque documentis pascet pro munere suo pastoralis; cuius ejus & dicta, & facta, quasi perpetuam quandam prædicationem ministrare, præbere debeant.

Concio,
quibus
diebus
habenda.

Sess. 24.
c. 4. de
Ref.

Omnibus autem saltem Dominicis, & solemnibus diebus festis, in Quadragesimaque, & Adventu quotidie, aut saltem tribus hebdomadæ diebus, quemadmodum œcumenica Synodus Tridentina sancivit, sacras Scripturas, divinamque legem annuntiabit, & alias, quotiescumque id opportune fieri posse judicaverit.

Idem

Idem officium præstabit in sacris quatuor temporibus, statis anni solemnitatibus, supplicationibus solemnibus, Jubilæi, indulgentiæve celebritatibus, in synodalibus actionibus, in omni Sacramentorum administratione, in omnique consecratione, & benedictione solenni, & in omni denique munere Episcopalis functione, quæ mysterii, quod agit, explicationem postulare videatur.

Quo in pascendi munere usque adeo diligens erit, ut si quando Episcopum, qui aliunde venerit, hospitio exceperit, hanc etiam occasionem nactus, cum eo agat, ut concionem populo habeat; id quod ex Clementis Pontificis & Martyris constitutione in Concilio Provinciali quinto cautum est.

Tit. de
Episc.

Parochi vero, omnesque animarum curatores itidem omnibus Dominicis, & solemnibus diebus festis, & in Quadragesima, Adventuque diebus singulis, aut tribus saltem, quibus Episcopus jusserit, ex Tridentina Sanctione, & Provinciali Decreto, verbo Dei populum pascant.

Sess. 5.
cap. 2.
Sess. 24.
cap. 5.

Cum item quatuor Jejuniorum tempora, Adventus Domini, Septuagesima, & anniverſariæ Domini solemnitates instant; idque constitutis aliquot ante diebus, ad præscriptum Concilii Provincialis tertii.

Tit. quæ
ad Concionem
pertin.

Idem præstent, quoties Sacramenta ministrabunt, idque præsertim ex Catechismo Romano.

Sess. 24.
cap. 7. Concil.
Trid.
Et in Syn.
2. Prov.
Camerac.

(a) Iis etiam diebus, cum proxime Sacramentum Confirmationis ab Episcopo ministran-

tit. 5. c. 6.

nistrandum erit; ac præsertim de eo Sacramento, quo populus ad illud religiose suscipiendum instructior accedat.

Dictæ

Syn.

Prov. Canonac. tit.

7.

Idipsum etiam agere non omittent, cum aliquæ statæ processiones, vel aliæ supplicationes ob publicam causam extra ordinem indictæ, agentur.

Cum Jubilæum item celebratur.

Quo præterea die vel exequias agent, vel ædium benedictionem, vel alterius benedicendæ, vel pie societatis instituendæ, vel cujusvis rei agendæ, quæ Parochi, Sacerdotisve officium attingat, munus aggredientur.

(b) Nemo autem, præter Parochum, animarumve curatorem, cujuscunque ordinis sit, aut quocumque loco concionetur, concionem habebit, ut a Clemente quinto Pontifice in Concilio Viennensi sancitum est, qua hora Episcopus in eadem urbe, oppido, locove concionatur, nisi aliter concefferit.

Episcopo concionante, alius nemo concionem habeat.

Nec vero etiam Parochus, quando Episcopus ita jusserit. Illud enim Episcopo, cui prædicationis munus præcipue incumbit, tribui æquissimum est. Proinde ceteri Concionatores, quibus prædicatione delegata est, id etiam non est, cur ægre ferant, si in Quadragesima, Adventu Domini, aliove tempore, certos aliquos dies potissimum Episcopus aliquando deligat, quibus in Ecclesia cathedrali, aliove, ubi illi concionentur, oves sibi commissas ipse met pabulo verbi Dei pascere, aut reficere velit.

(c) Dum

(c) Dum concio habetur, in Ecclesia, Sub concione, ne ubi habetur, Missa non celebretur, ne in loco quidem subterraneo, quæ confessio diligatur. Missa.

Videbit etiam Concionator, ne a prandio, qua hora doctrinæ Christianæ scholæ habentur, concionetur, neque item, qua hora divina officia in cathedrali Ecclesia, vel parochiali celebrantur, a quibus populus abduci non debet.

Ne noctu unquam concionem habeat; Nocturne concionem de passione Domini non concionandum. haberi de nocte moris est, in matutinum tempus sextæ feriæ transferat.

NOTÆ AD CAPUT IX.

(a) Verendum merito est, ne complures ad Sacramentum Confirmationis recipiendum accedant, partim ignari, quid sint accepturi; partim imparati ad gratiæ augmentum, & fidei robur, quod est ejus Sacramenti effectus, defectu monitionis & instructionis, quam omnino adhibere debent Parochi, Catechistæ, & Concionatores, præsertim paulo, antequam Episcopus Sacramentum istud est administraturus, juxta ea, quæ S. CAROLUS hic tradit, & quæ præscribunt Synodi Provinciales in Belgio.

(b) In Provincia *Cameracensi* servandum est cap. 9. tit. 2. *Syn. 2. Provinc. Camerac.* Eadem hora, qua concionem habebit Episcopus, nullibi in toto oppido alia concio habeatur.

(c) Concordat cap. 7. ejusdem *Syn. Camerac.* Dum habetur concio, in ea Ecclesia nec solemnes, nec privatæ Missæ celebrentur; sed nec per ipsam Ecclesiam quisquam pauper permittatur mendicare; nec horæ Canonice decantentur, nec Cantores, Vicarii, aut Canonici eas incipere audeant ante concionem finitam. His consentiens *Syn. 2. Mechlin. tit.*

12. cap. 17. ita decrevit: *Pauperes per Ecclesias tempore Missarum, prædicationum, aliorumve divinorum officiorum mendicare seu eleemosynas petere non permittantur, sed ad valvas Ecclesiæ flari jubeantur, exemplo scil. veteri; nam & claudus Att. 3. bajulabatur, & ponebatur quotidie ad portam templi, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus. Sed & Pius V. an. 1566. severe idem præcepit, sub pœna duorum aureorum Capitulis infligenda pro qualibet vice, nisi pauperes per Ecclesiam mendicantes tempore divinorum officiorum ejici curaverint, & in Parochis sub pœna dimidii aurei. Religiosis etiam claustralibus præcepit in virtute sanctæ obedientiæ, ut in Ecclesiis suis deputent aliquem, qui tales ejiciat, volens, ut negligentes gravissime ab Ordinario corripiantur. Quod autem attinet ad eos, qui tum pro Ecclesiæ fabrica; tum pro communitate pauperum; tum pro confraternitatibus petunt in Ecclesia eleemosynas, tempore divinorum officiorum; quibusdam locis sunt & nimis multi, & nimium importuni ideo minuendus est numerus, & adhibenda major discretio & cautela.*



CAPUT X.

Materia sacræ Concionis unde sumenda.

Quales. **P**rimo Concionator ita suam instituet concionem, ut ex doctrina constet evangelica, quæ ubique gentium & terrarum omnium creaturæ a Christo Domino, & magistro vitæ jubetur prædicari; ita vero constabit, ut ad illam ipsam præclare contexendam, alia divinæ legis, divinarumque literarum testimonia, sanctorum Patrum disciplinas, & exempla, sacras Ecclesiæ traditiones,

san-

sanctiores interpretationes, & totius Ecclesiasticæ antiquitatis cognitionem recte apponere, ut usu venerit, accommodet.

Evangelicæ igitur historiæ commemorat^{Optimæ} tionem nunquam omittet, ut, quod sæpe ^{monitio-} nes. fit, aliud dicendi argumentum non sumat, nisi vel temporis, vel celebritatis, vel officii, quod peragitur, ratio, aliter aliquando deposcere videatur; aut oportunius aliquando censuerit alias Missæ partes tractare, ut mox infra.

Epistolæ etiam, quæ in Missa ex instituto Ecclesiæ recitata est, explicationem dilucidam cum Evangelii interpretatione interdum conjunget.

Ex una & altera explicatione locos aliquot communes deliget, quibus populum ad Dei charitatem, ad proximi dilectionem, ad vitæ Christianæ instituta, ad pietatis opera, atque officia inflammet.

(a) Proponet item sæpius fidelibus, quid eo die Ecclesia Dei precetur, quidque potissimum oret.

Quamobrem aliquando preces, seu orationes, quæ collectæ nominantur, præsertim quæ primo loco ponuntur, fidelibus accurate, pieque exponet.

Sacrificii etiam Missæ, divinorumque ^{Syn. Trid.} officiorum, & anniversariorum solemnitas ^{sess. 22. c. 8.} tum, ac temporum mysteria auditoribus diligenter explanabit, ut rite recteque instructi Ecclesiæ filii a matre, in tanta ^{sess. 24. c. 7.} mysteriorum celebritate non modo operibus non discordent, sed ad omnem religiosum eorum, quæ sancte aguntur, cultum ardentius.

tius inflammentur, atque adeo uberiores spirituales fructus ex rebus divinis capiant.

Instituta præterea Ecclesiæ, sanctasque consuetudines, ut occasio tulerit, docebit.

(b) Sancti, cujus dies festus agitur, vitam, vere graviterque conscriptam, Patrum judicio comprobata, ut infra præscribitur, commemorare non omittet, aliquo delectu exemplorum, quibus animos conformet in omnes bene sancteque agendi partes.

Digredietur interdum, ut & occasio, & argumenti ratio feret, ad Symboli, Orationis Dominicæ, Salutationis angelicæ, decem Præceptorum, & Sacramentorum explicationem.

NOTÆ AD CAPUT X.

(a) Se ipsos discutiant Parochi & Prædicatores, an non frequenter hoc in genere delinquant, non explicant populo devotissimas præces & collectas Ecclesiæ, mysteria solemnitarum ritus & ceremonias ecclesiasticas; quorum explicatio maxime serviret excitandæ fidelium devotioni, augendæ fidei, & retinendæ unitati.

(b) Vitam sancti, cujus festum agitur, non omittat Concionator etiam doctissimus commemorare, sed contemnat quorundam prurientium auribus opiniones, qui subtilia magis audire cupiunt, quam Sanctorum vitas; minorisque propterea æstimant concionantem de istis vitis, quam eum, qui de subtilitatibus differit. Graviter enim errant sic opinantes, neque satis intelligunt, quis dicendus sit bonus Concionator.

CAPUT XI.

Concionator quid in omni materia explicanda cavere debeat.

In omni porro materia, genere concionis, tractationisve hæc cavebit, ut mox infra.

Ne a veteri, vulgataque Bibliorum editione, perpetuo sanctæ Ecclesiæ usu comprobata in proferendis divinarum literarum sententiis discedat, sed illam pro authentica habeat, ut Decreto Tridentino cavetur. Ad planiorem tamen illius explicationem, uberioremque, uti etiam licebit græca, & hebraica lectione.

*Seff. 4.
Decr. de
edit. & usu
sacr. libr.*

Ne sacram Scripturam ad suos sensus contorqueat contra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta Mater Ecclesia, aut contra unanimem Patrum consensum, ut sapienter eadem Tridentina Synodus cavit.

Ibidem.

(a) Si quam vero novam interpretationem, ab Ecclesiæ sensu, Patrumque sententiis non alienam, quæ vel fidei catholicæ doctrinam illustret, vel pietatis studium excitet, aliquando afferre cogitat: aliquid brevi præfabitur, quo id sibi licere, humiliter, præsertim ab Episcopo præsentem, petet.

(b) Subtiliores quæstiones apud impetitam multitudinem ne attingat.

(c) Ne de beatissimæ Virginis immaculata Conceptione disputare auit, contra præscriptum Sanctionis Pontificiæ Pii V.

(d) Ne

(d) Ne hæreticorum nomina, portenta illa quidem & monstra, in vulgus dicantur nisi cum aliquando, & in locis eorum frequentissimis, ubi ea nota, pervulgataque sunt. Istorum nefaria doctrina exagitanda, & explodenda est.

Ne facetias ridiculave dicta afferat.

Ne res ineptas, vel supervacaneas, vel parum fructuosas afferat, sed eas tantum, quæ dignæ Dei templo, dignæ charitativis moribus, & auribus judicentur.

Ne novas allegorias comminiscatur; sed eas seligat ex receptis ab Ecclesia scriptis.

Ne quidquam ab Ecclesia, ejusque institutis, ritibus, consuetudine, perpetuoque usu alienum, quodque cum probatis Ecclesiæ Doctoribus consentiens non sit, proferat.

Ne historias ex apogryphis scriptoribus narret.

Ne vulgaria, ac minus comprobata, cum de sancto concionatur, in medium afferat; sed quæ vera, graviumque virorum literis prodita, fidem augment doctrinæ catholicæ, atque audientium mentes ad pietatis studium incendunt.

Proinde aliquod peculiare, præcipuumque donum divinitus ei datum, exquirat, quod auditoribus enunciet.

Neque id omni loco, sed potissimum in extrema parte concionis.

Ne miracula narret, quæ certi auctoris testimonio non commendentur.

Ne incerta, quæque speciem falsi præ se ferunt, commemoret.

Ne

Ne futurorum prædictionem sibi sumat.

De extremo iudicii die, & antichristi adventu, ita ad populum verba faciat, ut ea expectatione peccatores terreantur; de tempore autem, quo illud futurum sit, nihil pro certo affirmare audeat.

Ne ex profanis libris, qui non sine reprehensione ab hominibus religiosis legi posse videntur, quidquam in medium afferat.

(e) Ethnorum doctrinam, Poetarum Ethnorum do-
versus, Philosophorum disciplinas, quæ trina,
religioni Christianæ non alienæ, sed ac- quatenus
commodatæ videntur, ad utilitatem & usum uti possit
revocari, sancti Doctores Augustini, & Hie- Concio-
ronymus, alique censuerunt. Sed Concio- nator.
nator hoc faciat quam rarissime; neque
ubi primo disputationem aliquam aggressus
est, sed posteaquam sacrarum Literarum te-
stimonia attulerit. Nec vero in illis doctri-
nis longior sit, quam deceat, sed paucis
quidquid ab eis afferet, complectatur; at-
que ita quidem, ut multæ cognitionis osten-
tationem caveat.

(f) Ne patrum sententiam temere un-
quam refutet; cum autem in medium attu-
lerit, ante sapienter perpendat, præsertim
græcorum Patrum, quorum interpretatio
fidei catholicæ hostibus contaminata, aut
depravata est.

Ne singulares quasdam opiniones, quam-
quam illæ quidem in scholis afferuntur, ad
concionem adhibeat.

Si quando doctrinam scriptoris alienæ scholæ afferet; de ea honorifice aliquid paucis præfabitur.

(g) Ne Doctores, & Auctores neotricos in medium afferat. Ea est enim suggesti auctoritas, ut sacram Scripturam primis, & sanctorum veterum Patrum doctrinam requirat.

(h) Ne sanctorum Doctorum prolixas sententias, sed breves latino sermone recitet.

Si eos complures aliquando nominatim appellare contigerit: primo veteres, tum ordine deinceps alios, ab illorum ætate recentes nominabit.

Ne profanum quidquam, ne edicta laicalia, ne cætera id generis de suggestu enunciet.

Eadem
cauta sunt
Syn. 2.
Prov. Ca-
mer. tit. 2.
c. 3.
Ibidem
c. 2.

Ne pauperem quidem eleemosynæ nomine commendet, nisi Episcopi ejusve ministrorum auctoritate.

Ne indulgentias item populo promulget, nisi ut per Episcopum jussus erit.

Ne quemquam nominatim infectetur, vel ita verbis depingat, ut, de quo loquatur, facile possit auditor animadvertere.

Ne in ordinem ullum, aut statum, aut vitæ genus, ab Ecclesia receptum, inveniat.

Ne Episcopos, aliosve Prælatos, nec vero civiles Magistratus in concione asperius objurget, sed si quando occasio tulerit, pie potius admoneat.

Ne cum reprehendit, id hominum, sed peccatorum odio, immo pietatis & charitatis studio ductus faciat.

Ne vitiis exagitandis, quasi furenter iratus, excandescat nimis.

Ne injuriosa verba proferat, neve ignominiosa.

Ne obtreccionibus, quæ aliquando fiunt, & querimoniis de suggestu respondeat.

Ne de suggestu unquam conqueratur, sibi coronam non adesse frequentium auditorum. Reprehendat tamen licet, præsertim Parochus, negligentiam populi, si quando non frequens ad concionem convenit.

Ne aures facile præbeat laicis, Clericorum vitæ detrahentibus, aut civitatis Rectorum, Præsidumve culpam aliquam calumniantibus, sed omnia ante diligenter dique perpendat, quam ad reprehensionem descendat.

Ne statim cum concionari aggressus est, sed postquam, aliquot concionibus habitis, prudentis, docti, & religiosi Concionatoris nomen adeptus est, ad vitia acrius infestanda se conferat.

Sed in eo genere, in omniq[ue] admonitionis, atque exhortationis officio, eam benevolentiam, & charitatem auditoribus suis ostendat, atque adeo præstet, quæ parens liberos amplectitur. Assidueque se cum reputet, quod Apostolus scripsit: *Filii, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.*

Gal. 4.

NOTÆ AD CAPUT XI.

(a) Recte S. Episcopus agnovit, novam aliquam Scripturæ interpretationem interdum adferri posse, modo ea non sit a SS. Patrum sensu discors & dissidens, & vel fidei catholicæ doctrinam illustret, vel pietatis studium excitet. Non enim quicumque novum aliquem sensum ad Scripturam adfert, is contrarium Patribus sensum proferre, aut contra unanimem eorum consensum dicendus est Scripturam exponere; cum multa loca sint, quæ varias, easque verisimiles imo & veras admittant expositiones a sanctorum Patrum sensu non dissonas; sed tum demum quando sensus, qui adfertur, a priscis Patribus dissidet eorumque consensui repugnat. Confer. S. Aug. 1. 3. de doct. Christ. c. 27. & S. Thom. q. 4. pot. art. 1.

(b) Subtilia & speculativa coram imperita multitudo pro concione differere, non servit utilitati audientium, sed ostentationi dicentium. Ad scholas ergo ablegantur, quæ auditorio concionis non conveniunt. Ac proinde, cum de mysteriis illis SS. Trinitatis, Incarnationis, Eucharistiæ, vel similibus erit loquendum: quid necessario credendum sit, breviter & (quantum res patitur) dilucide proponat Concionator; cretiora vero & subtiliora reticeat. Vide Conc. prat. 1. 2. c. 48.

(c) Mirum valde est, multos hodie concionari vix posse in die Conceptionis B. Virginis nisi de immunitate ipsius ab originali peccato loquantur solum, sed etiam allatis adversæ partis argumentis & autoritatibus disputent, prout possunt, eisdem respondeant, perstrictius subinde acrius, quam oporteat, parte, quæ impugnant, contra Sixti IV. constitutionem *Grave nimis*, quæ inhibet alterutrius partis probationem; & contra alteram Pii V. *Specula*, ubi sic loquitur: *Statuimus & ordinamus, ac per apostolica scripta mandamus*, quatenus nemo, cujuscunque ordinis, gradus, conditionis, vel dignitatis existat, in popularibus concionibus, ubicumque promiscuo

& mul
contro
vel Do
tentiam
do, vel
aut nec
vel dicta
sionis p
ipso fact
tutus;
tate vel
ipso jur
ra obti
etiam fa
Pontifice
solvi no
opus fue
sura inf
ctenus v
ti Conci
libus de
que con
credendi
rant, fin
cionator
las & co
nec ab e
(d)
miones p
referend
c. 1. faci
ab hæret
tem non
Provinc.
Provinc.
inhibet C
argument
Cum aute
no docte
que Patru
(e) M
non esse
&

Et mulierum multitudo convenire solet, de hujus controversiæ alterutra parte disputare rationibus, vel Doctorum autoritate, asserendo propriam sententiam, Et contrariam refellendo, aut impugnando, vel de hac ipsa quæstione, cujusvis pietatis, aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere, vel dictare præsumat. Qui contra fecerit, suspensionis pœnam a divinis absque nova declaratione ipso facto incurrat, si modo fuerit in sacris constitutus; Et quocumque præterea gradu, sive dignitate vel administratione fungatur, illis omnibus sit ipso jure privatus, Et ad eadem vel similia munera obtinenda perpetuæ inhabilitatis censuræ ipso etiam facto sit obnoxius; super quibus nisi a Rom. Pontifice pro tempore existenti dispensari, sive absolvi non possit. Et nihilominus aliis pœnis, si opus fuerit, a proprio Prælato pro delicti mensura infligendis subjiçiat, prout subjiçimus. Hactenus verba Pontificis, quæ si attenderent multi Concionatores, populum non onerarent inutilibus de Conceptione disputationibus, inanibusque concionibus, ex quibus Auditores, qui incredendis, agendis aut fugiendis instrui debuerant, sine fructu revertuntur. Servet etiam Concionator posteriores posteriorum Pontificum bullas & constitutiones de Conceptione emanatas, nec ab eis vel latum unguem discedat.

(d) Hæreticorum nec argumenta, nec opinioniones passim apud imperitam multitudinem esse referenda statuit 2. *Syn. Provinc. Camerac. tit. 2. c. 1.* facile enim fit, ut rudes plausibile aliquid ab hæreticis dictum intelligant, solutiones autem non perinde capiant. Confer. *c. 2. Syn. 1. Provinc. Camerac. tit. de prædicatione. Et Syn. 2. Provinc. Mechlin. tit. II. c. 3.* similiter expresse inhibet Concionatoribus, ne passim hæreticorum argumenta apud imperitam multitudinem referant. Cum autem expedierit aliqua refellere, id omnino docte faciant, & sacræ Scripturæ, sanctorumque Patrum intelligentiam explicant.

(e) Notent hic, & extra reprehensionem non esse advertant, qui non solum ethnicos, &

ethnicorumque dicta aut facta frequenter adduntur in concionibus, sed etiam ipsas a Plinio Plutarcho, & (quod Theologum Christianum maxime dedecet) a Platone divino, ut vocant, con-
diuntur, pertæsi laboris, qui, ut e Scripturæ sanctisve Patribus meliora depromerent, esset adhibendus. Videant, num suas ad populum conciones ab ejusmodi ordiantur Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Bernardus; imo, num frequentes sint in ethnicis citandis, quando loquuntur imperitæ multitudini.

(f) Sedulo caveat, ne in recitandis diversorum diversis sententiis multus sit, ac multo magis, ne, ubi contingit veteres Patres ab invicem dissidere, recensito, quid Ambrosius sentiat, quid Hieronymus, quid Augustinus, de ipso loquatur: Ego autem sic sentio. Quamvis enim non in omnibus divinæ legis quaestionibus, sed solum, certe præcipue in fidei regulis necesse sit, sequi antiquam sanctorum Patrum consensionem, ut scite admonuit *Vicent. Lirin.* auctori sui libelli contra hæreses c. 39. semper tamen honorifice loquendum de priscis Patribus; neque omnium, aut plurium illorum judicio, suum arbitretur quis præferre; sed vel conciliationi studere, vel eos investigare & sequi, etiam veteres, quibus Doctorum sententia fert, quod in ea difficultate probabilius sint locuti.

(g) Doctores, vel adhuc superstites, vel iam pridem mortui, ne pro concione citentur, nisi forte vel miraculis clari sint, vel urgens quædam ratio id postulet. Hinc non Dionysius Carthusianus, non Cornelius Jansenius, non alii ipsis posterioribus adferantur ob sacri suggesti auctoritatem. Abstineat etiam, qui populo rudi concionatur, citationibus obscuris, dicendo v. g. *S. Thom. 2. q. tali art. tali, ad 3. vel 4.* sed satis ei sit, Thomam allegare in sua *Summa theologia*; ad summum (cum ea in tres partes fuerit ab ipso divisa) citet 1. vel 2. vel 3. partem. Hæc enim citatio auctoritati conciliandæ sententiis, quæ citantur, sufficit; amplior vero magis servit ostentationi.

tationi
Tale et
tentur g
quam lat
(h)
xior est
quam de
delicet t
telligent

Peccat
quæ j

Et qu
est
cataque
virtutur
tur: i
urget,
ratione

Uni
ne exag
nia, ac
sape m
ras, &
exagita
seat cal
Ato
quæ C
sunt;
pta co
perpetu
hæc fro
tatio-

tationi apud non intelligentes, quam utilitati. Tale etiam est, si apud imperitum vulgus recitentur græca vel hebraica, utpote minus usitata, quam latina. Vide in *seq. cap. 24.*

(h) Quando sententia, quæ citatur, prolixior est, satis fit, initium ejus latine recitari, quam deinde integram recitet vernacule; ne videlicet tempus inutiliter terat, auditores non intelligentes oneret, gloriam aucupetur.



CAPUT XII.

Peccata studio Concionatoris tollenda, quæ frequentius contra divinæ legis præcepta committuntur.

Et quoniam animarum salus in eo posita est; ut populus fidelis, quæ mala peccataque sunt, fugiat, & rursus quæ bona, virtutumque officia, pietatis studio confectetur: ideo hæc genera assidue Concionator urgeat, atque instet, pro conditione loci, rationeque personarum, quibus prædicat.

Universe vero peccata omni increpatione exagitet, cruciatus tormentaque perennia, ac sempiterna damnatorum exaggeret; sæpe mundi res caducas, brevique interituras, & ejus infinita incommoda ad omnem exagitationem studiose proponat, ac recenscat calamitates.

Atque mala quidem, vitia, ac peccata, quæ Concionator tollere studebit, permulta sunt; sed quæ contra legis divinæ præcepta committuntur, quæque eripere omni perpetuo prædicationis officio contendet, hæc frequentiora sunt.

Quæ potissimum vitia Concionatori reprehenda.

(a) Detestabile blasphemiæ scelus, & nefaria maledicta, quæ in Deum, Sanctosque conjuntur.

(b) Superstitiones, auguria, divinationes, veneficia, cantiones, & cætera hujus generis, quibus castissimus Dei cultus violatur.

(c) Dierum festorum violatio.

Immodestus, ac parum pius quorundam accessus ad Ecclesias, indulgentiarum stationes, & supplicationes publicas, quæ omni religiosa pietate frequentissimus concursus esse debet ad uberiores gratias promerendam.

Impura in illis item, aut in earum atriis, & cœmeteriis conversatio, ac nequaquam cum pietatis christianæ rationibus conveniens, præsertim cum divina celebrantur.

Nefarium rei familiaris, cum alterius injuria parandæ, atque augendæ studium.

Pecuniæ conficiendæ sitis, & omnis denique avaritia.

(d) Tot contractuum genera, quæ excogitata sunt in fraudem legis, omnem usuram prohibentis.

Litium, & controversiarum immoderatum illud studium, christianoque nomine indignum.

Improbilas eorum, qui malas causas defendunt.

Avaritia, atque negligentia illorum qui lites longius ducunt.

Nequitia item illorum, qui litibus, jurgisque odia & inimicitias alunt.

Malitia præterea quorundam, qui tanquam hirudo litigantium, omni litigandi arte immoderatos sumptus exhauriunt.

Calumniæ, quæ passim in foro versantur.

Adulteria, stupra, incesta, fornicationes, operaque carnis.

Impia licentia falsi testimonii dicendi, aut falso jurandi, etiam in re, aut vita cuiuscunque tuenda.

(e) Impurus usus ganeas frequentandi, helluandique aviditas; atque omne gulæ, & ventris explendi vitium.

Nec vero fatis putet, universe, generatimque peccatum & vitium reprehendere, sed ad species, præcipuasque actiones, quæ pravæ inde existunt, in usuque sunt, descendat, quo rectius auditores peccata cognoscant, multoque cautius fugiant.

Et quoniam plerique sunt, qui certis vulgaribus argumentationibus, disciplinæ christianæ repugnantibus, utuntur ad peccatorum excusationem: de industria aliquando, prout usu venerit, Concionator pie, docteque ostendat, quam magnopere isti, argumentationis, atque opinionis humanæ errore decepti, a via salutis aberrant.

Atque ii quidem alii sunt, qui honorum studiis, ambitionique serviunt, propterea quod & mundo, & propinquis satisfaciendum putent.

Alii angustam illam vivendi viam ad Evangelii præscriptum minime tenent, quia communem vitæ consuetudinem amplectendam arbitrantur.

Alii pietatis opera multa aspernantur, quoniam anicularum ea potius esse arbitrantur, quam virorum.

Sunt, qui a perfectiori vitæ ratione, atque a frequenti Sacramentorum usu se, atque adeo alios abducunt, quod sine eo diligentiori studio homo salutem consequi possit.

Sunt item, qui peccata excusant adolescentiæ nomine, vel aliam causam prætexunt. Atque ita quidem multi male agere pergunt, vulgi opinionibus falsis, ineptisque argumentationibus ducti, quæ a Concionatore coarguendæ, atque refutandæ sunt.

NOTÆ AD CAPUT XII.

(a) De blasphemis videat Concionator *Syn. 2. Prov. Camerac. tit. 1. cap. 8. Syn. Lateran. sub Leone X. sess. 9. tit. Reformationes Curiae*, & aliorum, pœnasque graves ibidem decretas. Pro erectione autem Sodalitatis nominis Dei, quæ ortum habuit ab Ordine Prædicatorum, ut loquitur *Pius V. in Bulla: Decet Romanum Pontificem*, ipsa consulatur cum aliis *Gregorii XIII. & Pii V.* quæ habentur ad calcem *Synodi 2. Provinc. Camerac.*

(b) De superstitionibus, auguriis, & similibus conferatur ejusdem *Syn. Camerac. tit. 1. cap. 7. & Sixti V. Constitutio*, quæ incipit. *Celi & terræ Creator*; ac *Synodi Diœcesanæ Cameracens. anni 1604 cap. 8. tit. 1.*

(c) In eadem *Syn. Camerac. legatur tit. 4. & Edictum regium art. 5. 6. 7. 8. & Cajetanus, verbo Festorum violatio.*

(d) Inter cæteros, qui tandem exterminari deberent contractus, illum noverit Concionator numerandum, quo pupillorum curatores, pecu-

nias eorum sub certo lucro singulis annis ultra fortem recipiendo, solent dare mutuo, retenta facultate repetendæ fortis, ubi ad maiorem ætatem pupilli pervenerint, aut matrimonium contraxerint, aut alias ad ipsorum curatorum arbitrium. Committi enim in ejusmodi contractibus usuram, non tantum probat ratio usuræ, sed etiam nostrarum Provinciarum Synodi: *Provincialis 2. Camerac. tit. 23. c. 4. Provincialis 1. Mechlinensis tit. de usuris. Diœcesana Atrebat. sub Rev. D. Moulart in fin. Diœcesana Andomarenfis, sub Rever. D. Jo. Six. tit. 11. c. 1. & Iprensis sub Rever. D. Rithovio tit. 30. c. 4.* Quibus conformia præscripsit Reverend. *Octavius Frangipannus* Episcopus Tricaricenf. Nuncius Apost. in *Directorio* dato Colonienfis, *tit. de usuris num. 9.* De aliis contractibus videantur, qui de casibus scripserunt.

(e) Meminerit pro qualitate loci, temporis, & personarum, ebrietates, fornicationes, homicidia, detractiones &c. graviter insectari. Furta etiam domestica; quæ cum nonnulli parum æstimant, sententiæ *Sapientis Proverb. c. 28.* non meminerunt; *qui subtrahit aliquid a patre suo, & a matre, & dicit, hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est.*



CAPUT XIII.

Officium Concionatoris in perpetuo reprehendendis, tollendisque pravis consuetudinibus, unde peccandi seminaria extant.

Publicorum peccatorum illecebras, quas homines depravatæ consuetudinis errore decepti, pro nihilo putant, Concionator perpetuo reprehendet, atque in summum odium adducere contendet, ostendetque,

quam graviter Deum offendant; quam multa mala, atque adeo publicæ etiam calamitates, infinitaque detrimenta inde existant.

(a) Spectacula, ludos, ludicrasque res id generis, quæ ab ethnicorum moribus originem ducunt, disciplinæque Christianæ adversantur, perpetuo detestabitur, & execrabitur; demonstrabit incommoda, publicasque ærumnas inde in christianum populum dimanare. In quam sententiam valde populum confirmabit argumentis, quæ gravissimi viri, Tertullianus, Cyprianus martyr, Salvianus, & Chrysostomus, afferunt.

In eoque argumenti genere nullum aliud omittet, quo tanta corruptela radicitus extirpetur.

(b) Choreas, saltationes, ac tripudia, e quibus mortiferæ cupiditates excitantur, de suggestu sæpe graviter reprehendet, atque infectabitur.

Scenicæ, personatæque actiones, unde tanquam e quodam seminario, semina malefactorum ac flagitiorum pene omnium existunt, quam a christianæ disciplinæ officiis abhorrentes, quam valde cum paganorum institutis convenientes, atque diaboli altu inventæ, omni officio a populo christiano exterminandæ sint, qua maxima potest, religiosa contentione agat.

Confer.

P. 2. c. 14.

(c) Omnem in muliebri vestitu luxum, caudatas vestes, superbum ornatum, deformem illam capitis ornandi speciem, muliebres fucos, ac pigmenta, cæteraque ad molitiam atque adeo ad libidinis incitamentum fœde excogitata, omni persuasionum vi, &

argu-

argumentorum quasi telis oppugnabit; quæ multa subministrabunt magni illi Ecclesiæ viri, Cyprianus martyr, Basilus, Augustinus, & Ambrosius in primis.

Effusam etiam virorum impensam, & omnem intemperantiam, quæ ad barbararum gentium a fide alienarum, similitudinem tam valde accedit, omni studio coarguet.

Servorum, quorum opera nulla est, neque domi, neque foris, multitudinem inutilem, ac desidem, supervacaneam, dissuadebit.

Epulas illas sumptuosas, & comestationes immoderatas, a frugalitate christiana alienas, omnis intemperantiæ, impudiciæ, libidinis, aliorumque vitiorum illecebras arguet, increpabit, atque plane dissuadebit.

Omnem aleam, omnemque ejus generis ludum, unde jurgiis, furto, maledictis, ac aliis malis, maleficiisque quasi fores aperiuntur, graviter objurgabit, atque exagitabit.

Eorum peccatum infectabitur, qui ædes suas, quasi ludum aleatorium exponunt.

Multorum otiosam vitam, ac voluptariam, ita facile peccatis expositam, reprehendet quam sapissime.

NOTÆ AD CAPUT XIII.

(a) Spectacula in quibus Sanctorum vitæ seu historiæ repræsentantur, non sunt reprehensibilia, si loco & tempore convenientibus fiant, ac Ordinario, Censori, Decano, vel Parocho exhibeantur legenda, ne forte falsi aliquid, vel quod offensionem parere possit, admisceatur. Qualia vero improbentur, videri potest in *Tertulliano* & *Cypria-*

Cypriano L. de spectaulis, cum adjunctis schollis doctissimi viri *Jacobi Pamelii*; in *Salviano l. 5. de providentia*, in *Chrysostomo hom. 1. de verbis Isaia: Vidi Dominum*, & *hom. 6. & 8. in Matth.*


(b) De choreis circumspēcte loquatur, ne eas (cum non sunt in totum prohibitæ, possintque interdum fieri absque peccato) damnet ut per se malas; sed ostendendo peccata, peccatorumque pericula, quæ in eis reperiuntur, auditores avocet ab illarum agitatione, præsertim ea, quæ sit sine causa rationabili. Conferatur *Sylvester & Cajetan verbo chorea*, ipsisque conformiter utatur exemplis chorizantium divinitus punitorum, quæ apud *Cantipratan. l. 2. choreis c. 49.* & hujus *l. conferatur pars. 2. c. 17.* ubi interesse accensetur occasionibus peccatorum periculosis.

(c) De excessu ornatus videantur *SS. Cyprian. l. de habitu virginum*; *Basilii in c. 3. Isaia*; *Augustinus epist. 73. & l. 3. de doct. christ. c. 12. 13. 14. Thom. 2. 2. q. 169. art. 2. & Sylvester verbo Ornatus*; *Navar. Enchir. c. 23. n. 17. cum seq. Hessel. in 1. Pet. cap. 3. & alii in 1. ad Tim. 2. & in c. 11. Matth.* Inter excessus annumerare, & quantum poterit, exterminare non omittat novitates paramentorum, nudationes colli vel pectoris, capillorum affectatam & effœminatam curiositatem, adeo, ut multis apostolicæ doctrinæ oblitis *1. Cor. 11. Vir si comam nutriat, ignominia est illi*; apprime quadret illud poëticum:

Sint procul a nobis juvenes, ut fœmina, compti.
Et quamvis excessus in ornatu non semper sit peccatum mortale, oporteatque confessarium prudenter agere, ne pœnitenti persuadeat quidpiam esse mortale, quod mortale non est, atque ita ipsum illaqueet; confessarius tamen a sciolis aut curiosulis quibusdam interrogatus de colli pectorisque effœminatis nudationibus, deque aliis novitatibus & excessibus, non simpliciter dicat, veniale duntaxat in illis esse peccatum; ne hoc audito pœnitentes confidentius pergant & novitates invenire, & excessibus inhærere, cum gravi ani-

marum

marum periculo ; sed graviter & serio moneat, peccari quidem aliquando solum venialiter in ejusmodi ; subinde tamen etiam peccari mortaliter, & esse res plenas periculi, tum ex parte illorum, qui excedunt, novitatesve inveniunt ; tum ex parte aliorum, quibus præbetur occasio peccati, ac proinde omnino esse abstinendum. Vide p. 2. cap. 13. fin. & cap. 14. totum.



CAPUT XIV.

*Concionatoris officium in instituen-
dis fidelibus ad sanctissimum Sacramen-
torum usum.*


Cum autem nihil possit esse populo christiano utilius, quam scientia, & rectus usus Sacramentorum : quam religiose, quam pie, quam humiliter ad illa accedendum sit, accurate docebit.

De Baptismo cum loquetur, cætera cum exposuerit, quæ ex Catechismo Romano sapienter præscripta sunt, tum in eo versabitur, ut depravatam vitæ morem fidelium exagitet, qui, contra quam in Baptismo sponderint, vivant & carni, & mundo, pompisque ejus, & satanæ, atque illius operibus ; Deo autem mortui sint ; & quam laboriosa putent, quæ Dei sunt ; quam rursus facilia, quæ mundi, quæ carnis, quæ satanæ. Quo in genere omnem concionis suæ vim Concionator adhibebit.

Neque præterea omittet, compadres docere, ac monere, quam solliciti esse debeant, ut, quos in Baptismo susceperunt, fidei christi-

Quidnam
Concionatori in doctrina de Baptismo observandum & populo inculcandum.

christianæ rudimentis, sanctarum virtutum officiiis, quibus ad salutem via munitur, recte instituunt.



CAPUT XV.

Concionator quidnam populo suggerere debeat de Confirmationis Sacramento

De Confirmationis Sacramento concionem instituet; in qua divina illa dona cum commemoraverit, quæ Deus illis imperitur, qui rite sancteque hoc Sacramentum suscipiunt; tum ostendet, quam sollicitè quantaque religiosi animi præparatione fideles ad id suscipiendum convenire debeant.

Exponet item, ad quæ usui sint, et Spiritus sancti munera.

Arguet, qui negligentes sunt, ac plane desides in iis accipiendis.

Admonebit, & hortabitur ad illa recte obeunda.

Monebit, ut, qui ad hoc Sacramentum accedunt, in primis instructi sint fidei christianæ rudimentis, & virtutum christianarum officiiis.

Cohortatione item aget, ut, cum hoc Sacramentum ministratur, & pro iis, qui suscipiunt, & pro illis, qui eosdem adducunt, seu offerunt, attente, pieque orent.

Cætera præstabit ex præscripto literarum episcopali.

Vide tit.
7. syn. 2.
Prov. Camerac.

NOTA AD CAPUT XV.

Singuli Parochi diligenter moneant suos parochianos de omnibus, quæ in suæ Diœcesis Manuali sive Pastoralis libro præscribuntur, ac nominatim de bona ad Sacramentum istud præparatione per veram pœnitentiam, & (si est commoditas) per Confessionem sacramentalem. Hujus enim præparationis defectu non pauci gratis seu effectibus hujus Sacramenti fraudantur.

CAPUT XVI.

Penitentia & Eucharistia Sacramenti frequentem usum populo Concionator proponet.

Pœnitentiæ, & sanctissimæ Eucharistiæ frequentiam esse fructuosissimam, & maxime commendandam, rationibus multis, & sacra Scripturæ testimoniis comprobabit.

Eam consuetudinem concionando inducere studebit, ut populus, si minus dominico quoque die, saltem semel in singulis mensibus confiteatur, & sacram Communionem sumat. At in Quadragesima, & in Adventu ut singulis diebus dominicis hoc faciat; id quod antiquæ fidelium pietatis est.

CAPUT XVII.

Quidnam de Ordinis Sacramento Concionatori frequentius docendum.

De ordinis Sacramento, cum tempus postulat, aget quam diligentissime.

Quo in genere cum cætera commemorabit, quæ multa Catechismi Romani literis pro-

proditæ sunt, tum Clericorum vitæ instituti
muneris sui partes, ac functiones.

Quam ab omni labe puros eos esse oporteat.

Quam a perturbationibus animi alienos

Quam continentes, & quam abstinentes

Quam castissimis moribus præditos.

Quam spiritualis vitæ studiosos.

Quam omni virtutum exemplo præstantes.

Quam in primis charitatis, quæ seminarium omnium virtutum est, amantes.

Quam divini cultus zelo accensos.

Quam salutis animarum cupidos, & appetentes.

Quam doctos, omnisque disciplinæ sanctæ peritos.

Quam liberales eleemosynis dandis, quæ præsertim uberes fructus ex ecclesiasticis prædiis capiunt.

Quam hospitales item.

Quam benignos salutaribus consiliis dandis.

Quam munificos, ac promptos in omni spirituali dono, opereque misericordiæ.

Quam valde diligentes, & sollicitos in ordinis sui functione.

Hæc omnia, longeque plura, prout in Domino expedire viderit, pie, docte, sapienterque ita explicabit, ut populus accendatur ad honorem, & observantiam, quam navare præstareque iis debet, qui Ecclesiasticis Ordinibus adscripti sunt.

Quod argumenti genus nactus Concionator, fideles docebit officia erga Clerum.

Osten-

Ostendetque in primis, quam magnus honor tribuendus sit Episcopo, ut patri, ut domino, ut pastori, ut spiritualium commodorum auctori, salutemque populi omni sollicitudine procuranti. Quam in sententiam multa dicet cum ex sacris Literis, tum ex sanctorum Patrum documentis, ex doctrina præsertim beatissimi Pontificis, & martyris Clementis.

Ejus præterea monitis, jussis, edictis, decretorum sanctionibus, quam prompta voluntate, & obsequio parendum sit, sæpe numero graviter docebit, *Episcopo enim, inquit divinus Ignatius Martyr subjeçti estis, velut Domino. Nam ipse vigilat pro animabus vestris, ut qui rationem Deo redditurus sit.*

Epistol.
ad Tral-
lianos, in
principio.

Reveremini, alio loco scribit, *Episcopum, sicut Christum, quemadmodum nobis præceperunt Apostoli.*

Id. ea-
dem epist.
ante med.

Episcopus enim typum Dei, patris omnium gerit.

Sed hæc, & alia id generis Concionator a fontibus hauriet Divinarum, Ecclesiasticarumque Literarum.

Quanta sit Sacerdotii dignitas, demonstrabit; qua reverentia, quo honore populus eos prosequatur, qui Sacerdotio initiati sunt.

Parochos præsertim quam valde colat, qui curatores animarum sunt, qui pastores, qui parentes spirituales, quique paterna sollicitudine in populi salute, salutaribusque commodis evigilant.

Quam grato propterea animo, quam pia liberalitate, quam libenter decimas, pimitiasve eis debitas solvat.

S. Car. Instr. Past.

L

Quam

Quam paratissima ad obediendum voluntate eorum cohortationibus, monitis, præceptisque obtemperet.

Quam frequenter, cum usu venerit, eadeat, a quibus salutaria consilia petat.

(a) Quam sæpe, præsertim diebus Dominicis, festisque, parochialem Ecclesiam conveniat; ubi salutariter erudiatur ad omne bene recteque agendi disciplinam.

Parentes
filios ordinandos
bene educant.

Rursus concionando monebit parentes quam diligentem educationem filiis adhibere debeant, quos Ordini ecclesiastico destinant. Quia in re multa, quæ iis temporibus necessaria sunt, tum ad parentum instructionem, tum ad filiorum rectam in disciplina Clericali educationem, illos commonefaciet graviter, & accurate.

Populus
pro ordinandis
oret.

Populum hortabitur, ut statis illis quatuor anni temporibus, & privatim in suis quisque ædibus, & publice in Ecclesia oraret ad Litanias conveniat, Deum precaturus pro iis, qui Ordinis Sacramento initiantur.

Cæteraque præstet, ex præscripto litterarum episcopaliū.

NOTA AD CAPUT XVII.

(a) Prudenter inculcetur illud Concilii Tridentini Sess. 24. cap. 4. *Moneat Episcopus populum diligenter, teneri unumquemque parochiæ suæ interesse, ubi id commodè fieri potest, ad audiendum verbum Dei.* Et quamvis neque reprehendendi, neque impediendi sint, qui extra suam parochialem Ecclesiam, vel sacrum Missæ officium, vel verbi Divini prædicationem audiunt; reprehensione tamen non carent, qui parochias suas deferunt, siquidem Pastoris vocem aut nunquam, aut rarissime audiunt.

cum p
tenean
ba; qu
observa
etiam
paroch
festis a

Qui

Trac
qu
licenti

Do
tatem.

M
idem f

Ho
ad jeju

munio
ciant.

Inf
dum;

catione

Co
trimon

esse, i
lisque

venera
ut, cu

recte f
faciant
existet.

cum possent sæpius audire, si vellent, ad idque teneantur secundum supra citata *Conc. Trid.* verba; quibus adde & alia ex *sess. 22.* in decreto de *observandis & evit. in celebr. Missæ.* Moneant etiam eundem populum, ut frequenter ad suas parochias saltem diebus Dominicis, & majoribus festis accedant. Confer. *infra cap. 22.*



CAPUT XVIII.

Quid de Sacramento Matrimonii docendum.

Tractationem de Sacramento Matrimonii quam sæpissime suscipiet; cum ad omnem licentiam prolapsa sit hominum libido.

Docebit illius Sacramenti vim, & sanctitatem.

Monebit, quam religiosa præparatione idem sit ineundum.

Hortabitur Tobia exemplo ad orationem, ad jejunium, tum ad confessionem, & communionem, antequam Matrimonium conficiant. *Tob. 6. & 8.*

Instruet in primis fideles, cur nubendum; quo in genere multa differet de educatione filiorum.

Commonefaciet etiam, ut, antequam Matrimonium contrahant, recte discant se filios esse, nempe parentibus obedientes esse, illisque se amorem, metum, observantiam, & venerationem debitam præstare. Quo fiat, ut, cum ex Matrimonio liberos susceperint, recte sancteque educent; alioquin si contrafaciant, inde & sibi, & aliis infesta proles existet.

Admonebit item, ut videant, cui nubant;
 a Deo precentur, ut recte nubant, ne tribulationem carnis, quam habituri sunt, habeant ad perniciem, sed ad salutem; nam proprium donum Dei est uxor bona & prudens.

Prov. 19.

Ut in re tanta parentum consilium adhibeant; quod quamvis necessarium non sit, lex tamen naturalis humanaque suadet, & sacrarum literarum exempla docent.

Ut considerent ætatem, & mores.

Ut pro dote magna virtutem putent.

1. Cor. 7.

Ut, qui se continere non possunt, melius esse doceat, ut nubant.

Alia multa speciatim admonebit, prout opportuna esse viderit.

Præcipue vero in id incumbet, ut, quæ morum corruptelæ nuptiis celebrandis ex depravato usu adhibentur, radicitus extirpentur: præsertim saltationes, choreæ,

Syn. 2.

Prov. Camerac. tit.

1. c. 7.

cyathorum confractioes, vatum, a profano gentilium more non abhorrentium, strepitus in viis plateisque; ac præterea fascinationes, veneficiaque in iis impediendis.

C A P U T XIX.

Quid de Sacramento Extremæ Unionis docendum.

De Sacramento quoque Extremæ Unionis dicet accurate, præsertim cum de morte concionem habet.

Qua in tractatione fideles docebit, ut, quando in febrem, morbumve incidunt, ipsi statim, tum Confessionis, & sanctissimæ Eucharistiæ (a) Sacramenta, tum hoc Ex-

tremæ

tremæ
 præfer
 Do
 latione
 sibi res
 fia adh
 Of
 cramen
 Et c
 excitat

(a)
 refutare
 putant,
 stratum
 nantur,
 non po
 Provin
 merac.
 ra dand
 Sacram
 Prov C
 etiam,
 nicare,

De v

Sicut
 agi
 tim fin
 sequi C
 que pr
 univer

remæ Unctionis, in tempore petant, & præsertim cum integra mente sunt.

Docebit vim Sacramenti, ex qua consolationem illis injiciet, cum viderint nullum sibi remedium defuisse, quod mater Ecclesiæ adhibet ad filiorum salutem.

Legat
Parochus
dictæ
Syn. tit.
12.

Ostendet religiosas preces, quæ in Sacramento peraguntur, salutariter prodesse.

Et cætera multa adjunget ad sanctam spem excitandam.

NOTA AD CAPUT XIX.

(a) Perniciosum illum quorundam errorem refutare meminerit, qui de salute infirmi actum putant, quando Sacramentum istud fuerit ei ministratum. Sed nec alium docebit, eorum, qui opinantur, suscepto extremæ Unctionis Sacramento non posse condi testamentum. Videantur *Syn. 2. Provinc. Mechlin. tit. 8. c. 2. & Syn. Diocesana Camerac. an. 1604. tit. 12. c. 2. & 3.* Et quamvis opera danda sit, ut inungendus prius sit confessus, & Sacramento Eucharistiæ refectus, juxta *Syn. 2. Prou Camerac. tit. 12. c. 2.* sciant tamen fideles, se etiam, postquam sunt inuncti, adhuc posse communicare, sive prius communicaverint, sive non.

CAPUT XX.

De virtutum officiis, bonisque operibus exponendis.

Sicut autem in vitiis dissuadendis, atque exagitantis non modo universe, sed speciatim singulas partes, vitiosasque actiones persequi Concionator debet: ita virtutes, earumque præcipua officia exponet, non modo in universum, sed sigillatim, ac diligenter.

Quare ad certas species descendet, quæ ad verum Dei cultum, quæque ad animarum salutem pertinent. Hocque diligentius atque enucleatius præcepta, institutaque huius generis præcipua tradet, quo negligentius his temporibus tractari solent.

Spiritualis vitæ partes, atque officia, quæ ex intima sanctissimorum virorum disciplina depromuntur, exponere studebit præclare, atque usque adeo accurate, ut nullum spiritualis sanctæque institutionis locum relinquat.

Quas
virtutes
sæpius
Concionator
commen-
dare de-
beat.

Ad evangelica consilia amplectenda, ad perfectioris vitæ disciplinam suscipiendam, ad mundi contemptum audientium animos sæpe impellet, quo studiosius coelestis, spiritualisque vitæ instituta amplectantur. Atque hic quidem amplissimus campus est, in quo sæpe Christiani Concionatoris excurrat sermo.

Adhorta-
bitur suos
Ecclesiastes
ad
misericor-
diæ ope-
ra.

Nec prætermittet auditores ad misericordiæ eleemosynæque opera perpetuo excitare. Nam hic locus late patet, pertinetque ad omnes.

Hinc consequens est concionari aliquando, de hospitalitatis officiis, de hospitalibus, de societatibus, seu sodalitatibus charitatis, atque de omni cura pauperum.

Alter locus etiam, atque is quidem uberissimus est, de eleemosyna spirituali; qui locus a Concionatore nunquam omittatur, cum usus venerit, veniet autem sæpissime.

Ad cor-
rectionem
frater-
nam.

Correctionis igitur fraternæ, quæ ad eleemosynæ spiritualis speciem refertur, necessitatem demonstrabit; corrigendi fraterne modum docebit, præcepta atque instituta utiliter, prudenterque tradet.

Ad

Ad poenitentiae exercitationes, corporis macerationem, castigationemque populum saepe accendat. Ad poenitentiae exercitia.

Ad jejunium, prout Vigiliae, Adventus, Quadragesimaeque tempora incidunt, saepe concionem transferet, qua & jejunii necessitatem, & salutares fructus, qui inde existunt, uberrime exponet. Ad jejunium.

Et, quod plurimi interest, docebit sancti jejunii certas leges, quas religiosi viri non modo instituerunt, sed executi sunt diligentissime. Atque in hoc genere versabitur & saepius atque diligentius, quo gravius ab omnibus fere peccatur.

Quo autem frequentius, atque adeo studiosius, non modo sermonibus suis, sed etiam tractationibus ad pietatis opera, & spiritualis vitae studia, exercitationesque populus excitetur; quam saepissime Concionator piorum librorum lectionem suadebit, ostendetque salutares utilitates, quae inde uberrimae existent. Contraque nihil non agat, ut librorum inutilium, atque adeo turpium, quorum studio morum disciplina corrumpitur, usus omnis plane extinguatur. Ad lectionem piorum librorum.

Idem agat de turpibus, obscenisque imaginibus, atque alia ratione improbatis.

Sacras tantum imagines, quae ad pietatem animos inflamment, domi, ubique haberi debere docebit. Ad piarum imaginum usum.

Ethnicorum libri, qui in falsorum Deorum commentitiarumque fabularum commemoratione versantur, ut ex omni puerorum schola, literariaque infantum exercitatione tollantur, cum occasio tulerit, concionando suadere ne desistat.

Ad doctrinæ christianæ institutionem.

(a) At doctrinæ christianæ institutionem, qua pueris prima fidei rudimenta traduntur, quam sapissime atque maxime populo suadedit, & commendabit. Quo in genere ostendet, quo nobiliores sunt, in illius doctrinæ scholas eo frequentiores convenire debere, & ad docendum, & ad perdiscendum, quæ in christiana nobilitate præstantissima sunt, salutis nostræ necessaria instituta, ac præcepta.

Nec vero verbis solum, & cohortatione aget, sed exemplo suo accendet.

Vide *Syn.*
2. *Prov.*
Cam.
tit. 21.
c. 1. & 2.

Ideo eas scholas sæpenumero ipse adibit; suam item operam illis navabit, prout Episcopus, Episcopalesve Vicarii eamdem ab ipso requisierint.

Porro illud omnino præcipuum munus suum esse putabit, uniuscujusque status homines docere, atque instruere, beati Pauli exemplo, qui excellens, omnibusque numeris absolutus universarum gentium Concionator, omnes ad officii sui functiones erudit.

Omnes & singulos status officii admonebit.

Monebit igitur sapissime parentes, liberos, virum, uxorem, dominum, servum, Clericum, laicum, privatum, Magistratum, ejus officii, quod cujusque proprium erit.

Quave ratione fieri possit, ut bonis animi, corporis, & externis ad consequendam sempiternam beatitudinem utantur.

Qua moderatione prospera; qua patientia rursus adversa ferre debeant.

Ad bonam filiorum educationem.

De filiorum autem educatione, & totius familiæ cura quam diligentissime aget, & crebro item, cum optima hæc institutio maximi intersit ad omnes totius christianæ disciplinæ

disciplinæ rationes. Quo in officio, matrum ad vanitatem filias instruendum, & dominarum, in pudicitia ancillarum tuenda negligentium, culpas valde coarguet.

Commendabit, ut supra, observantiam, & obedientiam, quæ præstanda est Pastoribus, & Sacerdotibus, ac quæ item Principibus, & Magistratibus, & denique majoribus.

Monebit, quam crebro pro illis Deum precentur.

Qua moderatione de eis loquantur, cum in hoc sæpissime peccetur.

Rursus Magistratus, cum opus est, & alios, qui præsumunt, commonefaciet, populi commoda, non sua spectare debere; exemplo, & auctoritate ad veras virtutes, ad optimamque disciplinam illum dirigere; paterno amore eundem amplecti; religionem in primis, justitiam, clementiam, fortitudinem, & temperantiam in omni vita colere.

Nobiles humilitatis officia, modestiæ partes, cæterasque virtutes, quæ nobilitatis splendore prælucent, accurate docebit.

Nullam nobilitatem esse ostendet, quæ cum christiana nobilitate sit conferenda.

Proinde homines, Nobiles præsertim, qui ruri habitant, cum aliquando insolentius se gerant, admonebit, quam benigne, quam modeste cum rusticis, cum pauperibus, cum cæteris inferioris ordinis agant, ac docebit, quam valde indecorum sit, atque adeo turpe, & christiana nobilitate indignum, imbeciliores injuriosius tractare, opibus oppugnare, & quod flagitiosissimum est, & ad infamiæ notam insigne, puellarum pudicitiam attentare.

Ignobiles ad veram nobilitatem, quæ in religionis, pietatisque cultu, & in præclaris humilitatis, patientiæ, christianarumque aliarum virtutum officiis elucet, vehementer accendet.

De quibus admonendi divites.

Divites monebit, quomodo ad salutem dirigant divitiarum usum.

Quo item modo omnia misericordie opera.

Docebitque omnes divites esse, quia participes divitiarum, & thesaurorum coelestium fecit nos Christus cœli & terræ Rex, & bonorum omnium Dominus.

Pauperes frequenter ad patientiam cohortabitur, consolatione leniet, atque excitabit ad sanctarum virtutum copiam, & usum.

Pro hominum denique conditione, varia salutis præcepta illis tradet, ita ut & rusticis hominibus, & colonis, cæterisque cujusvis ordinis, ac status deesse nolit, neque officio, ad uniuscujusque institutionem christianam accommodato.

Hæc, atque adeo alia multa, ut & locorum, & temporum, & personarum ratio postulabit, sibi ad concionandum pie, prudenterque Concionator comparabit; ad quod item, sicut expedire viderit, ab Evangelii tractatione opportune, apteque digredietur, cum digressionis locus erit.

Denique id Concionator sibi statuet, ad auditorum salutem, quidquid dicturus est, referre; itaque omnia plane cavebit, quæcumque ab eo proposito aliena sint. Quæ vero meditati sibi in mentem venerint, omnia ad eum finem referet.

NOTA

(a)
ut erig
gis cele
facilio
stianæ,
per fel.
ampliat
Synodi
dalitate
ut Parc
menta
tos; qu
fratus.
Qua in
catechi
non eu
(si non
quæ ve
bile ma
nos juo
Mechlin
Domin
lis, ma
tum in
non po
puellis

De E

Cun
a
ratione
ponet
doceb
do ore

NOTA AD CAPUT XX.

(a) *Syn. 2. Prov. Camerac. tit. 21. c. 3.* vult, ut erigantur tam in omnibus urbibus, quam in pagis celebrioribus Scholæ Dominicales, & ad earum faciliorem progressum Sodalitates doctrinæ christianæ, propositis indulgentiis juxta bullam *Pii V.* per *fel. record. Gregorium XIII.* confirmatam & ampliatam, quæ extant ad finem decretorum illius Synodi. In iis vero locis, ubi dictæ scholæ & Sodalitates non possunt commode instituti, vult *cap. 4.* ut Parochus ipse catechizet, primaque fidei rudimenta pueros edoceat, pulsu campanæ convocatos; qui, si opus fuerit, compellantur per Magistratus, ballivos, majores seu præfectos locorum. Qua in re dudum supine peccatum est, Parochis non catechizantibus, vel pueris ad eorum lectionem non euntibus; incredibile dictum, quot grandævii, (si non etiam decrepiti) reperiantur ignorantes, quæ vel ab unguiculis debuerant didicisse. Terribile manet ejusmodi sive Pastores, sive parochianos judicium. Consentanea habet *Syn. 2. Provinc. Meclun. tit. 20. cap. 1. 2. 3.* hoc addens, ut tam in Dominicalibus, quam in aliis quibuscumque scholis, masculi a viris, & puellæ a mulieribus tantum instruantur; ubicumque tamen id obtineri non poterit, saltem locis & interstitiis masculi a puellis separentur.



CAPUT XXI.

De Ecclesiæ institutis, & precandi studio fidelibus proponendo.

Cum cætera Ecclesiæ instituta, ut paulo ante commemoratum est, ritusque pro ratione temporum populo Concionator proponet: tum sæpe in omni concione illum docebit, quando, pro quibus, & quomodo oret.

Ut

Ut mane saltem, & vesperi precari ne omittat, ex instituto vespertinae, & matutinae orationis.

Ut stans canonicis horis, cum divinarum officiorum significatio campanis datur, si minus ad Ecclesiam convenire potest, cum intelligat eo signo se ad orationem vocari, saltem paulum se mente colligens tacite preceatur; vel orationem dominicam, salutationemque angelicam pie attenteque pronunciet.

Ut signo campanae dato, quo ad Missae sacrum vocatur, paulisper se colligens, mortalis peccati conscius, dolore ex eo affectus, proposito illius confitendi suscepto, supplex a Deo veniam petat.

Ut, cum datur & vesperi, & mane, & meridie signum salutationis angelicae, genibus flexis, ubi sit, oret; ut sanctissimi instituti est.

Idem faciat feria sexta ad nonam; cum campana pulsatur ad orandum, & ad passionem Domini paululum pia mentis cogitatione recolendam.

Ut certum diem sumat, quo pro defunctis oret, secundam scilicet quamque feriam.

Ut, cum orationis signum campana parochiali datur pro eo, qui nuper ex hac vita migravit, illius animam pia precatione commendet.

Unusquisque consulat suum manuale.

Absoluta item concione, praesertim diebus festis, fideles excitabit ad orationem, precesque adhibendas pro fidei Christianae propagatione, pro summo Pontifice Romano, pro Episcopis, pro Principibus, pro Magistratibus, pro emendatione vitae peccato-

satoru
pro c
calam
pro p
quam
fis,
pus in
De
perfev
quo f
quam
manib
& cap
fis inf
Si
fit, q
ctunt
mittur
niat,
humil
requir

Cura
rupte
con

C
a Par
te ill
quas
tentia
litera

catorum, pro extirpatione hæreticorum, pro conversione infidelium, pro averfione calamitatis, fi quæ impendet, ac denique pro publicis aliis neceffitatibus, fi quæ unquam præcipuæ funt, ac pro aliis etiam cau-
fis, quas pro temporum varietate Epifcopus indixerit, aut significaverit.

Docebit, quomodo oret pie, attente, perseveranter, humiliter, toto fpiritu, & quo ftatu etiam corporis, tam in Ecclefia, quam domi, nempe genibus flexis, junctis manibus, aut erecto, aut profttrato corpore, & capite demiffo, aut rurfus brachiis expan-
fis inftar crucis, fublatis in cœlum oculis.

Si quid in eo genere peccatur, ut ab iis fit, qui unum tantum genu in oratione flectunt, aut certe quidquam id generis committunt, quod precantis pietati non conveniat, id gravi fermone coarguet. Oratio humilem, & religiofam corporis pofitionem requirit.

CAPUT XXII.

Cura Concionatoris in eripiendis corruptelis, inftituendis operibus pietatis, in concione accommodanda ad Epifcopalis gubernationis rationem.

Cum vero ad concionandum aliquo Concionator venerit, vel ab Epifcopo, vel a Parocho, aliove Ecclefie Rectore accurate illius loci mores corruptelas conquiret: quas, ut occasio feret, verborum vi, & fententiarum pondere, & in primis facrarum literarum testimoniis, exemplisque conftan-

Orandi
modus
præscri-
batur po-
pulo.

tiffi-

tissime usque adeo exagitabit, ut funditus, quantum in se est, extirpet, Deo bene juvante.

Ecclesiastes
 consuetudines malas eradicabit.

Eas item consuetudines, quæ, etsi malæ non videntur, tamen occasionem præbent peccandi.

Nec vero semel, atque iterum; sed sæpenumero, prout usu venerit, illas ipsas detestabitur.

Immo perenni quadam doctrinæ, ardentisque cohortationis perseverantia, & perpetua quasi contentione, id quod olim sanctissimos viros Ambrosium, Augustinum, & Chrysostomum fecisse traditum est, inveteratos male vivendi mores, depravatamque consuetudinem radicitus evellere studebit.

Curabit etiam rursus in omni loco, ubi concionatur, aliquod pietatis opus, ei loco ad pie agendi studium, Episcopi judicio, aptius, convenientiusque institui; aut institutum vehementius excitari.

Pia autem instituta, religiosasque consuetudines, quam diligentissime, ac perpetuo retinendas esse, ac si quæ vel antiquata sunt, vel intermissæ, ad usum revocandas ostendet.

Id vero omne persuadere non desistet, quoad rem confecerit, quam salutariter in Domino optat.

Omnem præterea concionum suarum vim ad Episcopalis, pastoralisque gubernationis rationes accommodabit; Episcopi monita, jussa, edicta, decreta, instituta, ac disciplinam omnem perpetuo commendabit, acque adeo tuebitur, ut & Clerus, & populus, con-

unditus, concionibus suis bene excitatus, ei obtem-
peret, pareat omni sanctæ obedientiæ spi-
ritu.

et si ma- Sanctæ præterea Inquisitionis perpetuo Inquifi-
præber se studiosissimum præbebit; illius officii par- tionis stu-
tes acri defensione tuebitur; illorum, qui dium Con-
præfunt, auctoritati, edictis, decretis quam cionator
as ipsa diligentissime parendum sit, crebro, ut usu sibi com-
venerit, præclare ostendet; populum doce- menda-
bit, quanta unicuique necessitas imposita sit tum ha-
beat.

ardent- deferendi illorum nomina, qui vel factis,
& per vel dictis, vel alio quovis modo a doctrina
olim san- catholica aberrant, quique contra sanctiones,
ctinum. decreta, edictave, ejusdem officii causa, no-
t, inve- mineve promulgata, agunt, aut dicunt.

atamque Si vero ipse aliquando, ut evenire po- Concio-
debeat. test, vel verbo uno labetur, errabitve; nator ali-
co, ubi festum, nullaque mora interposita, ex Epi- cujus er-
ei loco scopi, Inquisitorisve præscripto, sententiam, roris ad-
judicio, aperte monitus,
aut inli- aut concionem retexat, atque ad verum fi- eundem
eumdem dei doctrinæque orthodoxæ dogma revocet, revocet.

ue con- quidquid fuerit, in quo ab illius doctrinæ
c perpe decretis aberrarit.

antiquatæ Idque non obscure agat, neque aliqua
ocandæ verborum circuitione; sed apertissime pla-
nissimeque erratum suum emendet; aut sen-
tentiam, si ambigue dixerit, explicet ad il-
lorum præscriptum.

(a) Concionator quoque regularis, Pa- Notent
rochorum curæ omnino prodesse studebit, Religiosi.
ita scilicet, ut non modo nihil quidquam
proferat, quod parochialis curationis officia
interturbet, sed omne studium adhibeat, quo
populus in omnes parochialis curæ partes
pie, sancteque conformetur.

Facul-

Facultate autem, si qua sibi dabitur, sacrae confessionis audiendae, vel etiam absol-
vendi a casibus reservatis, ita utetur, ut &
parochialem utilitatem, & populi disciplinam
nusquam ullo modo labefactet, sed commu-
nuiat omni studio, atque officio.

Triden-
tini Con-
cilii de-
creta
commen-
dentur
populo.

Decre-
ta etiam
Dioece-
seos, ac
Provin-
ciae suae.

Quo in genere toto instructiones de mi-
nisterio poenitentiae, quam accuratissime ad-
hibebit.

Et vero in primis proponet saepe audi-
toribus Concilii Tridentini decreta, ex quo-
tanquam e purissimo fonte hauriet, quae per-
tinent ad mores omnium ordinum corrigenda,
fidem explicandam, & christianam disci-
plinam restituendam. Conciliorum item
provincialium nostrorum, & Episcopali-
um Synodorum constitutiones, ac decreta non
modo ad populi memoriam revocet, sed doce-
bit, quam utilis eorum executionis usus
quam inde uberrimus fructus; proinde cre-
bro in hoc officii genus incumbet, ac nullam
plane occasionem praetermittet.

NOTA AD CAPUT XXII.

(a) Ex iis, quae hic dicit sanctus Episcopus,
facile est advertere, Concionatores regulares non
bene facere, si qui pro concione dicant, popu-
lum non teneri frequenter adire suas parochias
sive pro Missarum solemniis, sive pro verbi divi-
ni praedicationibus. Quare sicut Parochi nihil con-
tra regularium privilegia Pontificia debent decla-
mare; ita nec regularibus licet ea dicere, quibus
plebs averti queat ab Ecclesiarum suarum paro-
chialium frequentatione; sed tam hi, quam illi
meminerint, plebem ad Christum, non ad se tra-
here. Confer. cap. 17.

CAPUT XXIII.

*De iis, quæ ad formam concionis
pertinent.*

Materiam concionis cum ex Evangelii tra-
ctatione, aliisque locis apte appositis,
digressionibusque Concionator sibi parave-
rit; ita eam disponat, ut oratoriæ illius con-
cionis partes, quatenus vel Evangelii, vel
rei alterius, de qua dicturus est, ratio pa-
titur, nullæ desiderentur, præsertim, quæ
illustriores sunt, quæque ad commovendum
pertinent.

Instruat autem, atque exornet non ver-
borum vel lectissimorum inani sonitu, &
sermone nimis elaborato, & pene calami-
strato, ac fucato; quo nihil potest esse in-
fructuosius; sed gravi, plenoque sanctæ do-
ctrinæ, ac referto disciplina, quæ vere Chri-
stiana, præstansque sit ad salutem.

Dictio
Concio-
natoris
qualis esse
debeat.

Ita præterea, quæcumque ad dicendum
pie meditatus est, distincte partiatur, ut
auditores omnia, & facile percipiant, &
memoria teneant, quo majorem inde fru-
ctum capere queant.

Distincte
pronun-
ciet.

Memoriæ cuncta ita mandare studeat,
ut fugiat tamen memoriæ ostentationem,
utpote in sententiis quam plurimis pronun-
ciandis, aut certe rebus permultis recen-
sendis.

Memo-
riæ non
sit osten-
tator.

Ubi ad finem concionis venerit, brevi
epilogo sæpe utetur, quo partes concionis
breviter repetat.

Tum concionem concludet, more factorum Patrum, brevi precatone, gratiarum actione, & laudibus benignitatis Christi Jesu Domini nostri.

Absoluta concione, paululum de supergestu vel apud altare genibus flexis tacite orabit; tum auditores aliquando moneat, ut eundem faciant.

Si apud rudem multitudinem concionatur, orationem Dominicam, salutationem angelicam, & symbolum Apostolorum a populo una secum pure, ac distincte toto corde pronunciari; tum Dei misericordiam humiliter voce implorari aliquando curet.

CAPUT XXIV.

De Decoro.

Primo totam concionem accommodabilem concionatori ad ingenium, conditionemque hominum, apud quos concionaturus est. Nihil enim ineptius, & absurdius dici fingi potest, quam si in pauperrimo pago apud rusticos, fame, frigoreque confectos ita concionatur, ut in opiparas epulas, splendidissimas vestes, auro, argentoque intextas, quas homines indigentissimi ne somniant quidem, perpetuo invehatur.

Concionaturo igitur hæc erunt cogitanda omnia, non solum scilicet auditorum status, sed etiam locus, tempus, res, qua dicturus est, & personæ suæ auctoritas, & vitæ genus, ut apte, decore, convenienter, & cum dignitate concionetur.

Itaque, quæ involuta, ut commonuimus, quæque explicatu difficilia sunt; de iis apud rudes nullam concionem instituet; nec vero græcæ, hebraicæ, chaldaicæ, syriacæque dictionis vim, quando cum iisdem aget, interpretare studebit.

At contra, si ad eruditissimam quamque explicationem apti sunt, qui audiunt, nullum genus prætermittet disertæ interpretationis, quam ipse recte norit.

Sed quando non æqualis est omnium conditio, ut diximus, non idem vitæ modus: certe concionis argumentum non dissimile erit a statu eorum, qui audiunt. Et vero quemadmodum ab audientium conditione discrepare non debet: ita talem etiam esse convenit, qualem eorum mores requirunt.

Mendaces Cretenses, malæ bestia, ventres pigri, inquit sanctus Paulus. *Ad Tit. i.*

Omnis porro objurgatio, vel acerrima, ad eorum emendationem adhibenda fuit. Duri certe objurgandi sunt, & tractandi durius; at mitius, qui in pestifera vivendi consuetudine non persistunt. Hoc docet idem sanctissimus Pontifex Gregorius exemplo galli, qui ut media nocte, in arctissimo hominum somno, raucè quodammodo canit, deinde sub auroræ suavius cantum emittit: ita Concionator homines, in peccatorum quasi somno gravissime dormientes, objurgationibus acerbis excitet; eos vero, qui in via virtutis tamquam vigilantiores facti sunt, cohortationum suavitate alliciat ad omnem in recte sancteque agendo progressionem.

In corripiendis hominum vitiis quem modum Concionator observare debeat.

Lib. 30.

Mor. c. 7.

Neque præterea concio diversa erit ab Evangelii, quod eo die a populo auditum est, historia, quæ si subministrat genus concionandi de pœnitentia, non aliud Concionator sumet, quod nullo modo conveniat cum illius diei evangelica lectione; nisi aliquando a re proposita digrediendi materiam aliquis locus, aut occasio præbeat.

NOTA AD CAPUT XII.

Ad idem indecorum pertinent, qui pro concione ad populum, in Episcoporum, Pastorum, Canonorum, aliorumque Clericorum vitia palam invehuntur, cum ibi tales vel nulli, vel pauci admodum sint. Videant *cap. II.* hujus libelli; & noverint, plebem hodiernam ad detrahendum, aut alioquin sinistre loquendum de Sacerdotibus satis proclivem, ut proinde vitia, quæ committunt, quæque decet omnino corripi, ac interdum etiam in concionibus redargui, non nisi admodum prudenter, & circumspicte possint apud ignarum populum memorari. Utilius longe foret, si in Capitulis Pastorum, Decanus, aut ab Ordinario deputatus, serio defectus & excessus eorum redargueret, pœnis etiam (quando fuerit opus) propositis. Sic enim honore Pastorum servato, populus ad maledicendum pronus non accenderetur, & tamen vitia peccantium detegerentur, ipsique corripierentur, ut corrigerentur; cum e contrario, fere ad speciem ea Capitula fiant, dum sermonem habet vel unus non de gremio, sed aliunde accersitus; vel si Pastor unus, nihil minus quam de abusibus tollendis perorat; vel si qui faciunt, cum risu excipiuntur; ut tum ex fructibus sequentibus, tum aliunde cognoscitur. Locum quor autem non de omnibus, sed de quibusdam locis. Præter *cap. 16. tit. 19 Syn. 2. Provinc. Cæmerac.* legendum est 17. in hæc verba. *Qui etiam (Decani) aut per se, aut per aliquem ex Pa-*

stori-

*floribus
totam
abusibus
per eos
pterea
pitulis;
inde fie
blande
tia omni
tim illu
ties cit
pulum*

floribus

L

(a) P

Fu

Im

quendi

aburd

vitae.

Dic

atque

Ve

(b)

mina,

jampri

Ep

ticum

Ar

In

Ex

cendi

militud

catæ.

floribus ab eis designatum, exhortationem habeant ad totam congregationem in eum finem, ut omnes de abusibus aut negligentibus, a postrema congregatione per eos observatis, sincere deponant. Expediret propterea, ipsos Episcopos interdum adesse dictis Capitulis; alias vero Archidiaconum aliquem (ut subinde fieri novimus) qui severe corripiat recidivos, blande commoneat infirmos, ac pro data sibi gratia omnes avocare conetur a vitiis statum præsertim illum dedecentibus. Juvare id posset, ne toties citentur, & præ citationibus apud suum populum contemnantur.

CAPUT XXV.

De elocutione Concionatoris.

(a) **E**locutionis genus exquisitum ne affectet.

Fucum omnem fugiat.

Imperitæ multitudinis consuetudinem loquendi ne sequatur; cum in ea sint multa absurda, multaque indigna concionantis gravitate.

Dicendi forma utatur, cui per artem, atque exercitationem par esse possit.

Verba antiqua & peregrina fugiat.

(b) Fati, (c) fortunæ, infortunii nomina, aliaque id generis ab Ecclesiæ usu jampridem explosa, omnino cavebit.

Epithetorum item nimium usum, & poeticum dicendi genus ne confectetur.

Anicularum non adhibeat proverbialia.

Inflata oratione ne utatur, sed gravi.

Exordietur moderato, & temperato dicendi genere; in quo exordio vitentur (d) similitudines, præsertim poetico more explicatæ.

Vocabulorum frequentem synonymiam omnino caveat; nisi cum unum altero significantius, aut magis proprium fuerit.

Metaphoras, similitudines, & exempla a rebus maxime notis, & insignibus sumat; nam deiecit majestatem orationis, qui a rebus humilibus similitudines frequenter trahit.

Vim illam dicendi vehementem, & concitatam ne affectet importune, sed iis preparationis viis, quæ supra demonstratae sunt, ad eam Spiritus sancti ope atque auxilio feratur, ut auditoribus proficiat.

Ejusdem rei repetitionem vitet, quoniam molesta est, & affectum restringit.

Cum de peccatis ad luxuriam pertinentibus agit, cautionem adhibeat, ne imprudens in obscœna verba incidat.

Et videat in primis, ne loquendo turpes cogitationes injiciat.

Exclamationes videat, quo loco adhibeat; ac raro quidem certe.

Adulationis verba omnino fugiat, cum de Magistratibus, aut apud eos verba facit.

Ambitiosum dicendi genus caveat.

Splendidos titulos, & nomina adjuncta illustria, ut, *serenissimus David*, plane rejiciet.

Honorifica tamen, brevique præfatione eos viros excipiet, quorum exempla proponit ad imitationem; id quod aliquos antiquos Patres, præsertim Gregorium Nazianzenum, facere animadvertimus.

Verba ecclesiastica, etsi minus elegantia habent, ne dicere recuset; at profana, & nova repudiet omnino.

Apostolos, Martyres, Virgines, Confessores, & qui cœlesti gloria perfruuntur, sancti nomine semper appellet.

Dictionem vitet, quæ indignationem, & fastidium parit, præsertim cum de incommodis suis loquitur.

Attentionem cum petit, ne arroganter faciat; neve se magna dicturum, & admirabilia polliceatur.

Ne ambigue loquatur, ut eadem oratio varium sensum possit afferre.

Ne concise item, ut auditores incerti sint, & animo pendeant.

Ne obscure, ut dictum facile percipi non queat.

NOTÆ AD CAPUT XXV.

(a) Quod non sic studere debeat ornatui sermonis, ut, dum videri vult ornatus, inveniatur obscurus, aut affectator; sed ad hoc serio eniti, ut intelligatur, quanta potest perspicuitate dicendo, pulchre docet S. Aug. l. 4. de doct. Christ. c. 8. addens cap. 10. negligenda subinde verba cultiora, nec curandum, quid bene sonet, sed quid bene indicetur, atque intimetur. Quid, inquit, prodest locutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis? Et cap. 11. Quid prodest clavis aurea, si aperire, quod volumus, non potest? Aut quid obest lignea, si hoc potest, quando nihil quærimus, nisi patere, quod clausam est? Confer. capita seqq. & vide, quam a curiositate reprehendendi sint, qui cultiori linguæ sic student, ut populus rudis auditor non ædificetur, sed animi prurientium auribus leniantur.

(b) De fato dixit B. Gregor. hom. 10. in Evangelia; absit a fidelium cordibus, ut fatum esse aliquid dicant. Et S. Aug. lib. 5. de civit. Dei cap. 1. Si propterea quisquam fato tribuit, quia ipsam Dei

voluntatem, vel potestatem fati nomine appellat, sententiam teneat, linguam corrigat. Vide eundem l. 2. ad Bonifac. cap. 5. Et B. Thom. 1. p. q. 116. & opusculum, quod inscripsit de fato.

(c) De fortuna sic loquitur *August. l. 1. retract.* c. 1. In eisdem libris tribus meis (contra academicos scilicet) non mihi placet, toties me appellasse Fortunam, quamvis non aliquam Deam voluerim hoc nomine intelligi, sed fortuitum rerum eventum. *Ecce* Pœnitet me, inquit, sic illic nominasse fortunam, cum videam homines habere in pessima consuetudine, ubi dici debet: Hoc Deus voluit; dicere: Hoc voluit fortuna. Ejusdem generis est, quod non pauci, etiam docti, Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris dies nominant, imo & diem sanctum Veneris, pro eo, quod per ferias secundam, tertiam &c. numerare deberent, secuti 68. Canonem Apostolorum, *Ignatium ep. ad Philipp. Clementem Alex. l. 7. Stromatum, Tertullianum l. adversum Psychicos cap. 10. & 14. Sylvestrum in sua vita, Innoc. 1. Ep. ad Decentium c. 4. Basil. in epist. ad Cæsariam Patriciam, Epiphani. hæresi 75. & in fin. l. 3. contra hæreses, Augustinum ep. 118. Isidor. lib. 1. de divin. off. c. 40. & alios veteres; cum Veneri nihil sit sanctitatis; nec sidera, vel Dii gentium dies habere debeant in ore christiano. Huc pertinet, quod *Sedulius ad vitam S. Francisci cap. 10.* refert ex *Bapt. Pif. Sanctum illum aliquando rogatum a fratre Morico, jejunandumne foret die Veneris, si in eum diem incidere Natalis Domini; respondisse: Peccas, frater Morice, diem Veneris vocans diem, in quo natus est puer JESUS.* Neque refert, quod in lingua vernacula vix alius sit usus, etiam apud pios ac doctos, quam dies a Luna, & Marte, Mercurio &c. nuncupare; quia illa siderum aut Deorum alienorum nomina non tam significanter exprimuntur vocabulis vernaculi idiomatis, quam latini. Non refert etiam, quod in Conciliis Decreta & Sessiones non raro prænotantur futura, vel indicantur facta die Jovis, die Veneris &c. Ejusmodi enim arbitramur scribarum & notariorum ministerio adscribenda, non autem Patrum congregatorum judicio.*

(d) Si-

(d) non ve
in nov

De
t
quæ e
sectari
finis p
bet a
fertim
rint n
hilitic
sona
qui lo
to illo
tum,
infigu
nator
am a
lium
conci
V
Conc
re, f
P
& ge
diocr
tentio
velit
immi
ex ar

(d) Similitudines dicit in exordio vitandas, non veteris Testamenti figuras, quarum veritates in novo completæ sunt.

CAPUT XXVI.

De voce, & corporis motu.

De pronunciatione, gestu, actione, ab antiquis Rhetoribus permulta tradita sunt, quæ exquisito quodam studio perinde conlectari, quasi in iis ipsis bene concionandi finis positus sit, hoc longe alienum esse debet a Concionatore verbi Dei: cum ii præsertim motus corporis aliquos commonstrarent non modo leves, pueriles, sed plane histrionicos, ob eamque rem indignos & persona concionantis, & auctoritate suggesti, qui locus gravissimus est. Quæ igitur de toto illo genere isti præceperunt; eorum tantum, quæ ad gravitatis, decorique laudem insignia sunt, delectum quemdam a Concionatore haberi conveniens est, ut aliquid etiam adjumenti inde sibi comparet ad fidelium animos inflammandos studio rei, de qua concionem instituit.

Vocem igitur, & actionem ita temperare Vocem & actionem quomodo Concio-
Concinator conabitur, ut non ex arte petere, sed vere, & ex natura dicere videatur.

Pro rerum, quas dicit, varietate, voce, & gestu vario uti studebit: ne forte res mediocres, aut etiam fortasse leves magna contentione tractet; quasi sola voce, & gestu velit persuadere; aut vero, quæ magna sunt, imminuat, aut cuidam recitanti potius, quam ex animo dicenti similis videatur.

Ita illud vitium quoque cavebit, ne uno vocis sono, tota constet oratio; quod satietatem parit.

Vocis molliem, vel suavitatem quandam, magnitudinem item ne affectet; ne item in quovis genere nimiam contentionem.

Ut nimiam tarditatem, quasi verba difficile inveniens; ita nimiam celeritatem fugiat; non enim proficit oratio ita effusa; sed quasi animos auditorum prætervolat, atque pro rerum opportunitate, nunc tarde, nunc celeriter eloquatur.

Canoram vocem in exordio, & magnam fugiat; hæc enim & modestum exordium esse vetat, & reliquæ orationi pronuntiandæ nocet.

In aliis fortasse imitandis, prudentiam adhibeat, ne vel levia quædam, aut etiam vitiosa imitetur; aut ea, quæ cum aliis conveniant, a se tamen aliena sunt.

In gestu, & corporis motu tantum item faciat, quantum natura rerum patitur; quod vel ex eo discere potest, si aliquos, recte natura tantum pronuntiantes, in communis consuetudine observet.

Ita neque eodem gestu semper utetur; neque manu eodem modo composita; neque uno brachio tantum; neque eodem motu corporis, & eadem vultus moderatione.

Non importune suggestum palmis feriat, sed cum rei magnitudo poscit.

Non per suggestum quasi volitabit, nunc ex hoc, nunc ex illa angulo profiliens.

Non quasi ex suggesto medium corpus demittet; aut aliis multis motibus utetur, qui

qui aut deformes sunt, aut digladiantis potius, quam dicentis esse videntur.

Hæc omnia facile cavebit, si christianam modestiam, & gravitatem prædicatoris non obliviscetur, nihilque audebit, quod supra vires, artem, & exercitationem suam esse suspicetur, quodque ex concepto affectu non proficiatur.

Sed ut distinctius de pronuntiatione præscribatur, quæ in voce, & corporis motu versantur, hæc concionator teneat.

In exordio, vocem sedatam adhibeat, & quotidiano sermoni proximam.

In narratione, vocis varietate utatur, ut, quo quidque pacto gestum sit, ita narrare videatur; res enim strenue gestæ, vocis celebritate; quæ vero dignitatem habent, plenis faucibus, & sedatissima voce narrandæ sint.

In cohortatione, quæ in epilogo concionis fit, primo voce utatur attenuatissima, quæ fit faucibus contractis; deinde clamore leni, non obstrepero; mox sono æquabili; ac postremo, voce celeri.

In conquestione item, quæ pars etiam epilogi est, vocem adhibeat depressam, crebra intervalla, longa spatia, & magnas commutationes.

In corporis statu, & motu hæc caveat.

Ne in suggestu unquam corpore innitatur; sed rectus stet, aut sedeat.

Ne dejecto, ne supino, ne præduro, ne in latus inclinato capite sit, sed plane recto.

Ne supercillia contrahat, ne diducat, ne remittat.

Quali
voce in
omnibus
concionis
partibus
Concio-
nator uti
debeat.

Quid in
corporis
gestu
Con-
cionatori
vitandum.

Ne nares corruget, ne moveat, ne inflet, ne digito diducat, ne plana manu resupinet.

Ne labra lambat, ne mordeat.

Ne mentum pectori affigat.

Ne humeros attollat, ne rursus contrahat.

Ne brachium tamquam gladiator immeritate projiciat.

Ne levam manum jactet, nisi raro, & in maximo concionis æstu.

Ne manum supra oculos tollat, ne dimittat infra pectus.

Ne digitorum gestum indecorum adhibeat, sed decentem; nempe in principium lenem, & in utramque partem modice prolatum, in narrando paulo productiorem, in reprehendendo acrem, & instantem.

Ne argutiis digitorum utatur.

Ne femur feriat, nisi raro, cum indignationem movere studet.

Ne pedibus supplodat, nisi opportune in summa contentione.

Ne tussiat, ne expuat crebro, nisi necessitate coactus.

Ne in eloquendo per nares majorem spiritus partem effundat.

Ne crebro anhelitu jumenta imitari videatur, onere laborantia.

Hæc atque adeo alia, ut fugiat, in consilium adhibeat prædicationis usu peritos.





PARS SECUNDA.

CONTINENS

RATIONEM ADMINISTRANDI
SACRAMENTUM POENITENTIAE

PER

S. CAROLUM BORROMÆUM
CONSCRIPTA.

CAPUT I.

Quid in Confessario necessarium.

Ut Confessarii Pœnitentiæ Sacramentum administrent eo cum fructu, qui maximus esse possit; is vero in sinceræ vitæ emendatione potius est; neve in tanti ponderis negotio cum propriæ conscientiæ summo onere convenientem non adhibuisse diligentiam videantur (id quod summopere timendum est multis, ne scilicet in gravem reprehensionem inciderit eorum industria, cum de tanto numero confidentium tam exiguum emendationem videamus in iis, qui toties, & tam multis abhinc annis hoc Sacramentum frequentarunt) præceptiones, & admonitiones nostras omnes jam

jam pridem diversis temporibus hac de re illa sit, Confes-
 datas in unum contulimus, atque alias quas potuiss-
 dam iis adjunximus, quas in hunc finem gat int-
 utiles & necessarias esse sumus arbitrati confite-
 Quamobrem per viscera misericordiæ D. N. sum ob-
 Jesu. Christi eos exhortamur, ut quemad- lem a
 modum eorum officium, & vocatio requirit alteri
 hac in causa, & negotio, quod ad anima- (b)
 rum salutem usque adeo pertinet, summa cum audien-
 diligentia nostræ sollicitudini cooperari ve- definit
 lint, nostramque intentionem in eo positam narum
 ut populus christianus, quem Dominus no- concess-
 bis regendum tradidit, in viam salutis com- Pri-
 mode dirigatur, promovere pro sua viri- perior-
 studeant. hoc ob-

Seff. 23. Nullus neque sæcularis, neque regularis
cap. 5. Sacerdos Pœnitentiæ Sacramentum aggredi
 præsumat; si non approbationem, & licen-
 tiam ante nostram in scriptis habeat, ut rite
 Concilium Tridentinum ordinavit; sin aliter
 fecerit; excommunicationis pœnam ipso fa-
 cto, juxta primi Concilii nostri provincialis
 (a) decretum, incurrisse se noverit; & si
 sacrum Missæ officium postea celebret, irre-
 gularis erit.

Caveat autem sibi quisque hac in re, ne
 prætextu minoris ætatis, se abduci a recto
 patiatur, quasi pueri sint, qui nondum ad
 usum rationis pervenerint, quorum audit con-
 fessiones; solet enim usu venire, ut in pue-
 ris etiam, quamvis in ætate sint adhuc tene-
 ra, peccata mortalia inveniantur. At vero
 nemo per speciem necessitatis alicujus se sal-
 li sinat, ac necessitatem interpretetur pro qua-
 vis ægitudine, etiam si gravis, & periculosa
 illa

illa sit, cum ad proprium Pastorem, aut alium Confessarium a nobis approbatum recurri potuisset. Imo nullus huic se negotio pergat interponere, quamvis a Pastore ejus, qui confiteri cupit, vel Vicariis nostris consensum obtinuerit, nisi tales ii sint, qui specialem a nobis acceperint potestatem, ut eam alteri concedere deinde possint.

(b) Sacerdotes autem, qui confessiones audiendi licentiam a nobis obtinuerunt cum definita temporis, loci, certarumque personarum limitatione, videant, ne potestatis concessæ limites ullo modo excedant.

Prima cum opportunitate regularium Superiores catalogum Confessariorum, quos ad hoc officium elegerint, quive in hac civitate, vel diocesi nostra habitant, nobis exhibeant, quo eorum nomina, cognomina, & natale solum habeantur.

Sed quia sæpius contingit, ut per suorum obedientiam mutentur, idcirco bis in anno prædictum catalogum nobis offerent; primum quidem ad primam septimanam Adventus, secundum deinde primis feriis Quadragesimæ. Confessarii autem, qui in nostra diocesi versantur, Pastoribus, aut Vicariis foraneis, testimonium admissionis suæ, quæ ad hujusmodi munus idonei esse judicati sunt, quotiescumque ab eis exigetur, ne recusent ostendere; in templis vero, in quibus plures sunt Confessarii, in foribus sacrarii tabula suspensa habeatur, quæ omnes ejus templi Confessarios a nobis approbatos contineat, quæ toties mutanda erit, quoties alii deligentur.

Con-

Confessarii, qui a censuris, & casibus reservatis absolvendi potestatem a nobis habent, summa cum prudentia eam exercent, ut sit ædificationi potius, quam destructioni locus; quamobrem si in utilitatem & auxilium pœnitentis, qui in aliquod ejusmodi peccatum incidit, judicent expedire ad nos eum remittere, admoneatur, ut id facere debeat.

Omnes Confessarios, quamvis a nobis idonei semel admissi fuerint, tamen ob graves, & diversos scrupulos, qui pœnitentibus indies occurrunt, & plurimas difficultates sibi cohærentes habent, præmonitos volumus, ut bonos, classici auctores nonnullos, qui casus conscientie ex professo tractant, manibus continue terant; quod si non videantur sibi satis judicii, & doctrinæ comparasse, ut possint quæstiones objectas resolvere, meminerint adire doctiores, & in talibus melius versatos. Sciant autem nos in hunc finem dedisse speciatim eas partes Pœnitentiario majori Ecclesiæ nostræ metropolitanæ, ut cum Theologis, & Juris Canonici peritis, si qua dubia, & controversa circa res conscientie in hac nostra diocesi obveniant, de iis conferat, diligenter discutiatur, ut, postquam res graviores nobis communicaverit, omnem dubitationem eximat iis, qui ipsum consulendi causa accedent.

Examinent præterea vires ingenii, & scientiam, quam habent; nec se temere ad confessiones audiendas eorum ingerant, quos censuris ita quibusdam involutos esse suspicantur, ut sese inde satis explicare nesciant.

Bonam habeant notitiam censurarum, & casuum reservatorum, particulatim autem Bullæ in Cœna Domini legi solitæ; similiter Canones pœnitentiariorum, & nostras has admonitiones sæpius legant.


NOTÆ AD CAPUT I.

(a) Recte dicit juxta decretum Concil. Mediolan. Quia jure communi non est excommunicatio lata in talem Sacerdotem, sed certis quibusdam locis statuto synodali, ut *Cameraci per tit. antiquorum decretorum*. Sciendum autem, quod non sit reservata.

(b) Nobis etiam probabilior semper visa est sententia eorum, qui affirmant, approbatum ab Ordinario pro confessionibus certo loco audiendis, non censi approbatum pro aliis locis, ne quidem ejusdem diœceseos. v. g. approbatus, ut parochianos *Cameracenses* audiat, non est approbatus, ut de Pastorum venia excipiat confessiones *Valencenensium*, *Montensium*, aut aliorum; quoniam approbatio, quam *Syn. Trid.* requirit ut necessariam, vel est sine limitatione (quo casu per totam illius Ordinarii diœcesim posset audire, qui sic approbaretur, non tamen per alias, ut declarationem Concilii intellexerunt Patres *Mechlinienses* in *Synodo Provinc. 2. tit. 5. cap. 1.*) vel expressam habet limitationem ad locum, aut personas determinatas; ac tum juxta illam debet unusquisque agere, & serio (quemadmodum hic monet S. CAROLUS) videre, ne potestatis concessæ limites ullo modo excedat. Neque enim vel idem judicium est potestatis limitatæ, quod absolutæ; vel limitatio frustra exprimitur; sed nec idoneus pro uno loco, continuo idoneus est pro aliis. Hinc est, quod Ordinarii parati sint quidem admittere, & approbare pro uno vel altero loco, qui tamen non essent eosdem admissuri pro tota sua diœcesi. Consentit his *Martinus Rythovius* in sua *Syn. Ipr. tit. S. Car. Instr. Past.* N. 16.

16. cap. 9. dicens : *Quicumque secundum dictum* (Sess. 23. cap. 15. Conc. Trid.) *admissi fuerint, caveant, ne aliquos ad confessionem recipiant, pro quibus non obtinuerint literatoriam potestatem.*

Hac occasione reticendus non est eorum Parochorum error, qui parochianos alienos absolvere tentant, non habita prius Parochi illorum venia, imo Parochis interdum repugantibus ; tales enim absolutiones, cum proficiantur ab eo, qui non habet jurisdictionem in eum, qui confitetur, irritæ sunt ac nullæ, ut monuit III. D. *Franc. Buisseret* in *Synod. Namur. tit. 6. cap. 4.* Nam, ut dicitur, in *Synod. Audomar. cap. 14. tit. 7.* quod statuitur canone : *Omnis utriusque sexus*, proprio Sacerdoti seu Pastori singulis annis confitendum esse cuique semel ; non ita intelligendum venit, quasi alias liceat cuique confiteri, cui velit ; sed sic, ut fideles, qui regulariter non tenentur ex Jure ecclesiastico sæpius confiteri per annum, teneantur saltem ad semel confitendum in anno, & quidem suo proprio Sacerdoti, vel alteri de ejus facultate. Si autem velint pluries quam semel confiteri, ad quod sunt cohortandi ; debent eam confessionem similiter facere proprio Parocho, vel alteri, de ipsius facultate, salvis tamen Religiosorum privilegiis.



CAPUT II.

De Dispositione Confessarii.

Cum dubium non sit, quin is, qui peccato (a) mortali infectus, Sacramentum quodvis administrat, novo se scelere

Consonat rursus obstringat ; diligenter observent, qui
Syn. 2. Confessarii partes agunt, ne cum peccati
Prov. Ca- mortalis conscientia confessiones audiant ;
merac. multo minus id audeant, si qua censura te-
tit. 5. c. 7. neantur ecclesiastica ligati. Qui

Qui vero fervidi animi Confessarius est, animarumque salutis studio tenetur, ut eas ad virtutes inducat, divinisque remediis adjuvet, quibus contra peccata vel pœnitens utatur, vel ab eisdem abstrahatur; qui doceat itidem dæmonis astutias perspectas habere; qui demum pœnitentem exuere veterem hominem, & novum induere laboret, ac confingere in eo formam aliquam, speciemque perfecti christiani; non satis id sibi habere debet, si nulli peccato mortali obnoxius Sacramentum Pœnitentiæ ministret, sed cum facile cognoscat, magnopere referre ad præstandum ea, quæ dicta sunt, prius in se ipso exprimere, quæ in altero videre desiderat, quandoquidem plus exempla, quam verba commovent animos; neque quis aliorum animis ingenerare virtutem potest, quam ante non in se possideat; idcirco perfectionis suæ totus amore serveat, necesse est, atque iis in virtutibus acquirendis operam diligentem ponat, quibus ipsa perfectio acquiritur.

Sed quoniam Regulares, cum ad confessiones audiendas emittuntur, solnm examinari solent, sintne sufficientes, & doctrinam justam habeant, neque nos aliter perspectos mores eorum, & bonitatem vitæ probatam tenere possumus; ideo Superiorum eorum conscientias oneramus, ut ad hujusmodi provinciam non alios nobis in publicum deducant, quam qui probitate, atque integritate vitæ tales sint, qui laudabiliter hoc Sacramentum exhibere queant,

cujns quidem rei scripto nobis fidem dabunt
nec aliter eos admittimus.

Prompto ac parato animo ad confessio-
nes audiendas accedant, evitentque diligen-
ter, non solum ad subterfugiendum labo-
rem, ne submoveant intempestive venien-
tes ad se confitendi gratia; sed neque signa
aut verbis ullis præ se ferant, ægre se gra-
vatoque animo confessiones eorum excipere;
quin potius ita se comparent, ut in-
telligant pœnitentes, eos salutis eorum cau-
sa multum solatii & gaudii ex iis laboribus
haurire.

Ex hac eorum alacritate nascetur etiam
hoc commodi, ne pœnitentes excusatione
justam prætexere possint, se non esse con-
fessos, maxime quibus temporibus ad con-
fitemur, per speciem, quasi commodum
tem non habuerint. Præterea autem ad-
monemus Confessarios, si vel ad exequias
vel quævis alia ecclesiastica munia illos eve-
cari contingat, nisi causa prorsus sit nece-
saria, ut ne confessiones propterea vel in-
terrumpant, vel intermittant in diebus
quibus frequentiores solent occurrere, ma-
xime octiduo, aut amplius ante diem nata-
lem D. N. Jesu Christi, in Quadragesima
& præcipue circa medium illius usque
octavam Paschæ; nonnullis etiam diebus
cum Jubilæum promulgatum est, aliisque
solemnioribus Festis, quibus, ut plu-
rimum, populus, vel omnis, vel ex ma-
jori parte ad confessionis Sacramentum con-
fluit.

Cupimus etiam in hunc finem Superiores Regularium certiores ea de re redditos, ut prædictis temporibus procurent, quantum potuerint, numerum maximum Confessariorum, qui doctrina & timore Domini insignes, atque a nobis approbati in suis Ecclesiis poenitentes audiant.

NOTA AD CAPUT II.

(a) Omnino suadenda est confessio tali Sacerdoti, priusquam Sacramentum Poenitentiae administrare incipiat; si tamen ea non neglecta, sed in aliam commoditatem dilata, officium illud aggre-
diatur cum sincero animi dolore, peccatique sui detestatione, ac proposito in posterum abstinendi, confitendi & satisfaciendi; quamvis ejus contritio tanta non sit, ut eum Deo jam reconciliet, vereque justificet per inhærentem & diffusam charitatem: existimamus tamen, quod mortalis peccati reatum effugiat. Videantur *Sylvester verbo Confessio, 1. q. 2. Jo. Medina cod. de Poenit. tract. 1. q. 13. Victoria q. 135. & 136. de Confessione, Molanus, Binsfeldius, & alii.*



CAPUT III.

De Confessione infirmorum audienda.

Quoties Regulares ad ægrotantium confessiones excipiendas accersuntur, si necessitas aliud non suadeat, ex Pastore prius intelligant, quæ conditio, & status sit ægroti, ut tanto diligentius animadvertant, si quid allevamenti conscientiae illius

præberi valeat, præsertim in summo temporis illius articulo, in quo velut in cardine vertitur aut animæ salus, aut perditio æterna. Quod si temporis brevitatis non patiatur ante confessionem id fieri, saltem ab audita confessione quam citissime fiat, ut tam ipse Confessarius, quam Pastor in procuranda hominis infirmi salute suo officio non arguantur defuisse.

Vide Syn.
2. Prov.
Cambrac.
tit. 8. c. 7.

Cum primum Sacerdos Sacramentum Poenitentiae cuipiam ægroto ministraverit in scheda subscribat; quæ, qualis esse debeat, infra dicitur; eaque fateatur, se poenitentis confessionem excepisse; quod ideo fit, ne Medici curam suam subtrahere infirmis cogantur, juxta Bullam fel. mem. Pii V. & Decretum primi nostri Concilii Provincialis, & ne per negligentiam Confessariorum in dicta fide præstanda, summa occasione excusandi se ab observantia præfata Bullæ, & Decreti.

CAPUT IV.

De Loco audiendarum Confessionum.

Popularium in domibus confessiones nemini audiat, nec virorum, nec foeminarum cujuscunque vel ordinis, vel conditionis illi fuerint, nisi dum ægrotant; quod cum fit, & mulierum confessiones Sacerdos excipit, ostium apertum sit, ita ut ab iis, qui in vicinis locis agunt, conspici possit.

Extra eam necessitatem confessiones mulierum non audiant, ne etiam, si vel le-

viter

viter illæ reconciliari tantummodo vellent, præterquam in templo, & sedilibus ad id destinatis; sed neque tum quidem in eo loco, nisi post ortum solis, & ante ejus occasum audiantur.

(a) In illis ipsis sedilibus quotidiano ritu confessiones audientur etiam virorum, si qui solent in templo confiteri. Hanc ob causam omnibus in templis sedes (b) hujusmodi tam multæ construantur, quam multi solent esse Confessarii. Sint autem omnes ad eam formam exædificatæ, quemadmodum ordinavimus generatim eas debere construi.

(c) Constituantur autem prædictæ sedes loco tam aperto, ut ex omni parte conspici possint; quod si præterea locus haberi talis possit, ut obstaculum aliquod intercedat, ut, dum quis confitetur, interea cæteri a spatiis plus æquo propinquis arceantur, id fiat; ubi vero malus mos aliud obtinet, Confessarii partes erunt, sedem ipsam loco movere, simul & populum nimis vicinum, antequam confideat, propellere; quod idem faciet, dum in confessionibus versatur, si occasio requiret.

NOTÆ AD CAPUT IV.

(a) Sedilia deberent pro numero Confessariorum talia in singulis Ecclesiis erigi, quæ Confessarium a pœnitente uno asserere, ac pœnitentem a sequentibus alio item asserere disjungant; ita tamen, ut in medio asseris, dividētis Sacerdotem a pœnitente, fiant cancelli cum asserculo,

ac etiam (ut expediret) velo, quem afferculum Sacerdos aperire possit & claudere. Atque extra huiusmodi sedilia nemo deberet foeminarum confessiones audire, nisi ob necessitatem. De his, cum in Decretis Reformationis *Francisci Bonhomii*, titulo: *Confessionale*, actum est, subnectitur: *Affixæ vero intrinsecus sint Literæ Precessus in Cæna Domini, ut singulis annis a Summo Pontifice promulgantur, & Tabula item Consue- suum Reverendiss. Episcopo reservatorum, & Præcepta præterea, in qua forma Absolutionis rite descripta sit. Ab exteriori autem parte, ante penitentis oculos sanctissima JESU CHRISTI Crucifixi Imago, si non coloribus distincta, saltem in chartula aliqua diligenter expressa. Illud autem (sedile) in aperto omnino, non usquam obscuræ Ecclesiæ loco collocetur, ut tam confitentes, quam Confessarius Sacerdos ab omnibus facile conspicitur.* Confer. c. 11. tit. 8. *Syn. Dioces. Camerac. anni 1604. & Syn. Provinc. Mechlin. tit. 5. c. 3.*

(b) Cum his conveniunt, quæ habentur in eadem *Syn. Camerac. c. 12. & quæ in Provincia Mechlin. anno 1607. tit. 5. c. 2.* Confessarium, ut iudicem, non nisi sedentem debere sive secularium, sive Sacerdotum, etsi in dignitate constitutorum, confessiones audire.

(c) His similia præscribuntur in novo *Manuale* *li. Camerac.* his verbis: *In Ecclesia, non in privatis ædibus, Confessiones audiat, nisi in casu infirmitatis; & tunc quidem decenti & aperto loco, non clauso, si mulieris Confessionem excipiat. Habeat in Ecclesia sedem confessionalem cum cancellis, in propatulo positam, ut undique conspicere possit, in qua tanquam Iudex sedeat, adhibitis lumine, si tenebræ sunt. Quomodo etiam loquitur Episcopus Atrebat. in suo Man. hoc anno 1623. edito.*

CAPUT V.

*De Dispositione prævia auditioni
Confessionum.*

Confessarius in hujus Sacramenti administratione, sic animi sui propositum ordinet, ac dirigat necesse est, ut nullus eum intuitus humanus eo protrahat, sed sola Dei gloria, & animarum salutis desiderium. Quo circa quoties vel evocabitur ad confessiones audiendas, vel ad eas sese conferet, totus in Deum erectus, cum ipso opere mentis oculos in hunc finem conjicat, & diligenter attendat, se eo pergere, ut poenitentes pretiosissimo Salvatoris nostri Jesu Christi sanguine abluat, ac mundet.

Sed quia in hujus Sacramenti tractatione multa inveniuntur pericula, ne scilicet errent in variis quæstionibus, & obligationibus decidendis, quæ in illud forum veniunt, vel absolutionis gratiam re ipsa indignis impertiant, vel aliquo modo animam suam inquinent, dum multorum inquinamenta, sceditatesque audire necessarium est, nunquam ad tantum hoc officium sese Confessarius accingat, quin prius brevi aliqua oratione, prout res feret, lumen & gratiam a Domino petat, ut non solum in nullam reprehensionem, vel errorem incidat, verum aliorum sordes sic abstergere valeat, ut se ipse non polluat; simul etiam Deum orabit pro vera emendatione eorum, quorum confessiones auditurus est. Habeant igitur singuli versiculos illius Psalm. 50. & orationem

antiquis temporibus ab Ecclesia usitatum per
 nes se in scriptis, cujus quidem alterum exem
 plar in sacrario cujuslibet templi (in quo
 sunt Confessarii) deinde alterum introrsus in
 iplis sedilibus, volumus affigi, ut, antequam
 ad confessiones aggrediantur, eam vel simi
 lem aliquam, prout cujusque pietas feret
 apud se legant :

Ps. Cor mundum crea in me Deus.

*R. Et spiritum rectum innova in visceribus
 meis.*

Ps. Ne projicias me a facie tua.

R. Et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Ps. Redde mihi lætitiā salutaris tui.

R. Et spiritu principali confirma me.

Ps. Docebo iniquos vias tuas.

R. Et impii ad te convertentur.

*Ps. Libera me de sanguinibus Deus, Deus sa
 lutis meæ.*

R. Et exultabit lingua mea justitiā tuam.

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, propitius esto mi
 hi peccatori, ut digne possim tibi gra
 tias agere, qui me indignum propter tuam
 magnā misericordiam, ministrum fecisti of
 ficii sacerdotalis, & me exiguum, humilemque
 mediatorem constituisti ad orandum, & inter
 cedendum ad Dominum nostrum Jesum Chri
 stum Filium tuum pro peccatoribus, & ad peni
 tentiam revertentibus. Ideoque dominator
 Deus, qui omnes homines vis salvos fieri,
 ad agnitionem veritatis venire, qui non
 mortem peccatorum, sed ut convertantur
 vivant;

vivant; suscipe orationem meam, quam fundo pro famulis & famulabus tuis, qui ad poenitentiam venerunt, ut des illis spiritum compunctionis, resipiscant a diaboli laqueis, quibus adstricti tenentur, ut a te per dignam satisfactionem convertantur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum.

CAPUT VI.

De Habitu audituri Confessiones.

(a) Sacerdotes sæculares non nisi toga & stola decenter amicti, poenitentes audient; quod etiam tum fieri volumus, cum ægotantium excipiunt confessiones, licet id faciant apud eos domi.

Nullorum accipiantur confessiones, nec in civitate, nec vero in tota Diocesi nostra, sine nostra vel Vicariorum foraneorum expressa licentia, post Dominicam Palmarum usque ad diem integrum Paschæ peractum, nisi eorum, qui paulo ante confessi sunt, aut saltem a Quinquagesima præcedenti; excipimus semper ægrotos; cæterorum vero confessiones infra octavam Paschæ differantur, secundum constitutionem nostram (b) Pastoribus datam, idque graves ob causas in ea declaratas.

Si quemprehenderint, qui sine ratione legitima Confessarium suum deferat, qui quidem perappositus erat alioqui ad illum in viam salutis dirigendum, conetur eundem peropportune reducere; tum reprehensa perniciosa hominum negligentia, qui Confessarium

rium doctum & prudentem sibi deligere negligunt; tum quasi noxia & vitiosa frequentatione Confessarii detestata. Quemadmodum enim Medici, qui naturam temperamentumque corporis in infirmis perspectum habent, non facile permutari solent, quod morbis necessaria facilius invenire remedium norint; sic neque videntur poenitentes, nisi magno delectu, a Medicis suis discedere debere, cum ii melius animarum vulneribus adhibere opportuna ac utilia instituta possint. Si tamen iusta de causa Confessarius aliquem a se venire permittat, qui pii, & prudentis aliterius (c) in confitendo consiliis ante utebatur, utile erit id cum illo ipso communicare, vel saltem dare operam, ut poenitens ab eo abundi honestam licentiam nanciscatur.

Prudenter tamen, ut figillum non violetur.

Accurate observent Religiosi.

Confessari omnes, præcipue si qui in nostra Diocesi eo munere funguntur, curare debent, ut inter eos, & Parochos locorum, ubi confessiones audiunt, bene conveniat, sive cum illorum ibi sint monasteria in propinquo, sive cum ob habitas conciones, sive ob aliam quamcumque causam confessiones audiunt. Itaque non absolvent eos, qui vel ob exempla vitæ impiæ, & in eo statu perseverandi pertinaciam, vel quod ad poenitentias publicas, sive legata pia, vel similia quædam tenebantur; atque ideo a Pastoribus suis absoluti non fuerint. Proinde sæpius Regulæ Superiores suos admoneant hujus rei necesse est; præcipue autem ad animorum concordiam, quæ ad ædificationem quoque plurimum valet, diligenter eos exhortentur, præmoneantque, si in quæstionis alicujus

expli-

explic
quæda
dentia
venian
contro

(a)
cap. 13.
rio rec
vestitu
statutu
indutus
Provin
ardote
locis sa
res ven
In hac
Diocesi
res tog
dita, c

(b)
tit. 8.
cap. 7.
ubi dec
non su
mada r
in sequ
vam P

(c)
auditio
cessitas
ciant,
spicion
honor
Camer
CAROL
Confes
tione p
quod t

ligere ne frequenter quædam accidat diversitas, ut ea cum prudentia sese gerant, ne ad vulgi aures ea perveniant, quin statim ad nos potius pro rei controversæ definitione accurrant.


NOTÆ AD CAPUT VI.

(a) Consentit *Martinus Rythovius* in *Syn. Iprensi* cap. 13. tit. 16. decenti habitui, quem in Confessario requirit, addens, ut etiam superpelliceo sit vestitus. Et in antiq. *Decretis Cameracens.* tit. 4. statutum legitur, ut Sacerdos confessiones audiat indutus superpelliceo cum stola. In *Syn.* autem *Provinc. 2. Mechlin.* tit. 2. cap. 2. sic habetur: *Sacerdotes sæculares non nisi superpelliceo induti, in locis sacris, sæcularium Confessionis accipiant; Pastores vero & Vicepastores etiam stolam superaddant.* In hac varietate fervet unusquisque morem suæ Diœceseos, ac ut minimum Sacerdotes sæculares toga & pileo induti Confessiones audiant, addita, cum fieri commode potest, stola.

(b) Cum hoc statuto convenit *Syn. Camerac.* tit. 8. cap. 16. *Syn. Audomar.* sub *Jo. Six.* tit. 7. cap. 7. *Syn. Iprensi.* sub *Mart. Rythovio* tit. 16. cap. 6. ubi decernitur, ut qui a Paschate superioris anni non sunt confessi, & confiteri cupiunt in hebdomada majori; si expedire judicabitur, rejiciantur in sequentes dies, non tamen facile ultra octavam Paschæ.

(c) Ne Confessarii de peccatis in Confessione auditis conferant inter se, nisi magna quædam necessitas id postulet; tunc autem ita discrete id faciant, ut in personarum cognitionem, ne per suspicionem quidem, venire possit; & Sacramenti honor requirit, & statutum fuit in *Syn. Diœces. Camerac.* anni 1604. tit. 8. cap. 8. Quare, quod S. CAROLUS hic monet, utile esse communicare cum Confessario priore; ne intelligas de communicatione peccatorum, vel status pœnitentis, sed de eo, quod talem pœnitentem iusta de causa permittat

ad eum ire; non exprimat tamen Confessarius causam, si ea vel Confessario priori videatur fore ingrata, vel ab aliqua peccati confessi circumstantia pendeat, vel inutile sit eam exprimi. Quæ de Confessarii mutatione possent hic notari, vide ad *cap. ult. hujus Partis.*



CAPUT VII.

De Habitu confiteri volentium.

Meminerint ad Sacramentum Pœnitentiæ non permitttere venire eos, qui sine convenienti, tum exteriori, tum interiori animi præparatione volunt accedere, quin magis verbis charitatem spirantibus pro captu cujusque tales alloquantur, & dicant, ubi se melius pro dignitate tanti Sacramenti disposuerint, ita demum ad se revertantur.

Itaque mulierum earum confessiones non audiantur, quæ cerussatæ veniunt, quæ fucis utuntur, quæ faciem sibiis depingunt, quæ ex auribus monilia gestant, quæ levibus, & vanis ornamentis, quæ pannis aureis, aliisque similibus lasciviis promptæ ac comptæ accedunt; & (ut semel omnia dicam) quæ vestes modestas non habent, nec simplici cultu incedunt, nec in capite velum aliquod gerunt, quod notabiliter non transpareat, quæve saltem operimentum ex lino, lanave confectum, vel peplum sobrii alicujus coloris non habent; sic enim hujus Sacramenti reverentiam decet, & ita prorsus cognitioni peccatorum, & de eisdem dolori intimo consentaneum est, cum scilicet cogitare

tare del
Domini
ces mis
eisdem
Ide
videlicet
qui vest
palliis
mentis
cedunt

De Pr

Maju

in
do nece
plane a
niturqu
torum
pertine
eum an
mento
ma ac
pro pra
lterum
præpar
verbis
denuo
nent,
Sig
potest,
mentur
nem p
rerum

tare

1. confessarius
atur fore
rcumstan-
Quæ de
, vide ad

tare debeant, quo ante tribunal, & iudicium Domini Dei sui se sistant, ac quasi peccatrices misericordiam, & veniam suppliciter de eisdem imploraturæ veniant.

Idem necesse est in viris observetur, ut videlicet ad confessiones non admittantur, qui vestitu viro indecenti, qui auro intextis palliis utuntur, qui lascivis pileorum ornamentis induti sunt, qui item cum armis accedunt, aut similibus rebus.

CAPUT VIII.

De Præparatione animi Pœnitentium.

0. nitentia
sine con-
iore ani-
in magis
aptu cu-
ubi sele
ti dispo-
r.
nes non
quæ fu-
ingunt,
uæ levi-
nnis au-
mptæ ac
a dicam)
nec sim-
e velum
on trans-
ex lino,
ii alicu-
ujus Sa-
prorsus
n dolori
et cogi-
tare

Majus multo studium Confessarius ponat in interiore animi præparatione, quando necesse est, prudenter inquirenda; ea enim plane ad hoc Sacramentum requiritur, cerniturque maxime in seria, & solida peccatorum examinatione, quæ ad unumquemque pertinet, ita ut universi, quantum in se est, eum animi dolorem, qui jure in hoc Sacramento requiritur, habere conentur, cum firma ac constanti deliberatione animi, tum pro præteritis satisfaciendi, tum vitam in posterum emendandi. In quibus igitur eam præparationem desiderari animadvertent, verbis benevolis persuadere conabuntur, ut denuo conscientiam suam diligentius examinent, ac recte sese præparent.

Signa autem, ex quibus conjectura capi potest, eos sine justa præparatione ad Sacramentum venire, hæc sunt: Si ad confessionem properant, quasi ab ipsa occupatione rerum suarum avulsi, nullo temporis spatio prius

Quomodo se geret erga eos, qui leviter examina-
verunt suam conscientiam. prius in orationem collato, vel si eos peccatorum nullam habere cognitionem appareat: deinde si Confessarius jam tum præsciat, quod a confessione nihilo minus ac ante suis in peccatis sint perseveraturi, sive quod in se peccatum mortale quodpiam teneant, vel quod occasionem, quæ ad mortale pertrahatur, amplexi teneant, nec ei valedicere velint, si ve quod aliena bona, cum possint, restituere negligent.

Confer. Advertat tamen Confessarius, si poenitentes studii nonnihil a se præstitisse ad eam præparationem, de qua dictum est, confessionem viderit, & observet tamen vel ob eorum ruditatem, vel quid aliud, necessario aliquid iis deesse, ut ipsemet, quod deest, suppleat sua industria, & ad cognitionem majorem eos inducere adlaboret. Quod fiet optime, si peccati turpitudinem & gravitatem ponat illis ob oculos, quippe quod Deus adversetur vel maxime, ac damnationis æternæ malum peccanti infinitum adferat, atque hoc pacto poenitentem inflectere, & sic effingere conetur, ut de universis, & singulis peccatis mortalibus tam acrem animi dolorem persentiat, ut secure eis absolutionis beneficium possit impertiri.

Præterea poenitentes, sed eos præcipue qui rarius confitentur, pro judicio, & necessitate cujusque, rationem ac methodum quamdam bene confitendi diligenter edoceant, ac speciatim, quantum intersit, ut integra sit confessio, aliasque circumstantias quæ ad eam requiruntur, & quam vim illa habeant, exponant.

CAPUT IX.

*De Confessionibus Puerorum
audiendis.*

Consuetudo honesta est, puerulos, etiam si
 quintum aut sextum ætatis annum nec-
 dum excefferint, ante Confessarium adduce-
 re, ut sic incipiant paulatim instrui, ac manu
 quasi in cognitionem, atque usum hujus Sa-
 cramenti transferri; caveant tamen accurate
 Sacerdotes, ne absolutionem cum Sacramen-
 to iis præbeant in quibus nec idonea mate-
 ria, nec ea rationis plenitudo reperitur, ut
 citra controversiam judicare possint, eos hu-
 jus Sacramenti capaces esse; operam tamen
 majorem collocabunt cum iis, qui septimum
 aut octavum annum jam attigerunt, quan-
 tum puerilis ætas ferre videbitur, ut hujus
 Sacramenti necessitatem & virtutem, necnon
 modum, quo suscipitur, perspicue intelligant.

(a) Qui vero confessiones audiunt pue-
 rorum, aut puellarum, qui jam annos decem
 vel duodecim numerant, quos proinde aptos
 ad venerabile Sacramentum altaris prope-
 diem fore existimant: solerter videant, ne
 vel sua, vel parentum negligentia, & socor-
 dia, absque gustu tanti thesauri spiritualis
 eos patiantur adolescere; quin potius quan-
 to minori cum productione temporis, quam-
 que diligentissime fieri poterit, doceant eos,
 quæ ad hoc Sacramentum percipiendum ne-
 cessaria sunt, fructusque innumerabiles in-
 de manantes, tum quanta animi demissione,
 ac reverentia, quamque magna conscientie
 puritate opus sit.

Cæterum, postquam iterum atque iterum eorum confessiones jam audierint, vel per se venerabile Sacramentum eis porrigant, illiusque rei fidem scripto faciant, ut Pastori suo exhibeatur, quo deinceps in Paschate ad Communionem Pastor eos cum cæteris adjungat; vel ad eam sumendam instructos idoneos esse scriptis declarent, atque proprium ad Pastorem amendent.

(a) Cum iis, quæ hic dicit S. CAROLUS, omnino confer cap. I. hujus 2. Part. subinde enim Pueris, in quibus minime credas, inveniuntur peccata, etiam mortalia; & in unis tardius, in aliis vero citius adest usus rationis sufficiens ad peccandum. Ideo prudenter cum illis agendum, ut deprehendatur veritas, & non doceantur peccare.

De Initio Confessionis.

CAPUT X.

In ipso aditu confessionis, antequam peccata sua quis enumerare pergat, Confessarius, maxime si cum rudioribus hominibus agit, quive rarius confitentur, debet quasdam interrogationes præmittere, quibus in decursu confessionis omnia commodius cedent.

Quæ interroganda.

Sunt autem interrogationes hujusmodi. Primum si certum non habet, poenitentem ex eorum numero esse, quos absolvens recte possit, interroget, quomodo id sit non esse talem inveniatur, quamprimum alium, qui absolvendi potestatem habet, mittit.

mittat; si aliter est, & tamen nihilo se-
cius poenitentem satis non agnoscit, quæ-
rat secundo loco, quo in statu res ejus
sit, cujus ipse conditionis sit, quam pro-
fessionem aut artem tractet, quod officii ge-
nus, ut plurimum, exerceat. Interrogabit
deinde, quantum temporis intercessit, quod
confessus est, interim in memoriam ei redi-
gens, quam magnum emolumentum parere
soleat crebro iterata confessio; tum petet,
utrum poenitentiae nuper præscriptæ sibi fe-
cerit satis; quæret etiam, si norit articulos
fidei, præcepta Decalogi, & S. Matris Ec-
clesiæ; quod si nesciat, tum se geret eo mo-
do cum poenitente, quem inferius indicabi-
mus.

Quærat, utrum diligentiam, atque indu-
striam congruentem in conscientia bene exa-
minanda collocarit; quæ sane tanta requiri-
tur, quanta in negotio quovis maximi pon-
deris inesse solet; res enim vere operosissi-
ma est ad Sacramentum Poenitentiae rite ac-
cedere; atque hoc loco, si necessitas effla-
gitat, eum de utili quodam modo examen
conscientiæ faciendi instituat, quænam ratio
sit ad memoriam revocandi peccata commissa
cum iis, quæ circumstant omnia, nimirum
ut ingrediatur in se ipsum, vitæque tempo-
ra speciatim percurrat; initio quidem quan-
tum ad ætatum momenta, pueritiam scilicet
juventutem, & cætera pertinet; secundo,
quantum ad status mutationem; quod si uxo-
rem duxerit, quomodo ante, quomodo post
matrimonium contractum sese gesserit; ter-
tio, quantum facit ad vicissitudines humanæ
vitæ,

vitæ, in rebus prosperis videlicet, & adversis, in sanitate & ægritudine, tempora varia, officia diversa, quæ exercuit, sodalitalia, loca, regiones, in quibus egit, & versatus est; circa hæc omnia videat, an corde, lingua, vel opere peccaverit aliquando.

Ad hæc conditiones, quæ ad confessionem perfectam requiruntur, quanta poterit brevitate, & facilitate illi proponet. Poterit vero ad quatuor, vel quinque præcipuas reducere illas sedecim a Doctoribus sæpe commemoratas, quæ his versibus continentur:

*Sit simplex, humilis Confessio, pura, fidelis
Atque frequens, nuda, discreta, libens
verecunda,*

*Integra, secreta, & lacrymabilis, accelerata
Fortis, & accusans, & sit parere parata*

Rogabit, an recordetur se, vel in casum aliquem reservatum, vel excommunicationem incidisse, vel quod aliud impedimentum habere, a quo probabiliter arbitretur quod absolvi non possit. Si quid hujusmodi in exordio, vel in ipso decursu confessionis reperiat, ne procedat ulterius; sed significet pœnitenti (a) eum a se absolvi non posse, verum necessarium esse, ut aut nobis, aut Pœnitentiario majori Ecclesiæ nostræ Metropolitaneæ, aut alteri, cui a similibus confessionibus absolvendi potestas collata est, se exhibeat; si tamen ratio aliqua subsit, cur Confessarius non expedire judicet, ut pœnitens id agat, tum ipsemet ad Pœnitentiarium, vel ad nos pro absolvendi potestate impetrandi recurrat. Si pœnitens extra civitatem

& adven- tem sit, taleque negotium sit, ut ipse Con-
 apora va- fessarius a Vicario nostro foreano, aut alio
 fodalitia in iis locis ad similia decidenda a nobis de-
 c versatu- putato subdelegari possit, ab eis absolvendi
 orde, lin- potestatem legitimam impetret, vel pœni-
 do. tentem ad eos remittat, nisi forte nec ipsi a
 confessio- casibus reservatis absolvendi potestatem a
 ta poter- nobis habeant, aut casus iste sub eorum li-
 t. Poteri- centia comprehensus non sit. Hoc tempore
 cipuas re- si pœnitens Medionanum venire possit, hor-
 tæpe com- tetur eum, ut id faciat; quod si ad id in-
 nentur: ducere non possit, petat ab eo veniam, di-
 a, fidelis- ctum casum nobis, vel Pœnitentiario mayo-
 , libens- ri literis aut verbis indicandi, quatenus ab-
 accelerata- solvendi ab eis potestatem impetret; quod
 re parata- cum faciet, & rem ipsam literis committet,
 l in casu- prudentiam cautionemque summam adhi-
 municatio- beat necesse est, ne ullo modo in aliorum
 impedimen- notitiam venire possit; at vero si causa tanti
 rbitretur- momenti esset, ut, si literæ vel perdantur,
 nujusmodi- vel intercipientur, majus aliquod pœniten-
 confessio- ti incommodum immineat; tum Mediolanum
 sed signi- Confessarius jubeat ipsum proficisci; nisi
 solvi no- forte consultum videatur, ut ipse veniat al-
 aut nobis- terius nomine.

Cæterum in negotiis similibus pruden-
 aut nobis- tius facient, si recta ad Pœnitentiarium ma-
 nostræ Me- jorem, quam quoquam alio recurrant, vel
 ilibus co- eo pœnitentes suos dirigant; specialiter enim
 st, se ex- a nobis ad id constitutus est ille cum ampla
 cur Con- etiam potestate alios subdelegandi in iis
 pœniten- omnibus negotiis, quæ pro casuum reser-
 ntiarium- vatorum absolute difficiia occurrunt.
 ate impe- Quod si nec ipse Pœnitentiarius a tali casu
 tra civi- possit absolvere, tum modum illi præscripti-
 tem mus,

mus, vel a nobis, vel aliunde, unde necessesse sit, remedia talibus negotiis opportuna adhibendi.

Si poenitentem aliquo excommunicationis vinculo reperiatur ligatum, serio commonefaciet eum poenae excommunicationis, & quae gravitas illius, quamque periculosum in ea perleverare, quantaque cum diligentia fugienda sit excommunicatio; quod commode fiet, si effectus illi demonstret nonnullos excommunicationis.

Interroget, utrum sciat haereticum aliquem, vel de haeresi suspectum, vel simile quidpiam, quod juxta vel nostra Edicta, vel eorum, qui Inquisitores vocantur, leges denunciare teneatur. Quod si poenitentem ad tale quid aperiendum cognoverit teneri, curet ab eo satisfieri; & si negligentia sua factum est, postquam apud eum haeretici, vel suspecti de haeresi alicujus notitia fuit, ut terminus his denunciationibus praefixus transierit, eo articulo jubebit, ut licentiam impetret, qua absolvi possit; non enim satis tempestive perfecit denuntiationem, ut debebat.

Pro locis ubi viget Inquisitio.

NOTA AD CAPUT X.

(a) Ex his intelligi potest, S. CAROLUM existimasse, poenitentem, qui aliquem habet casum reservatum, non posse prius absolvi a non reservatis per Confessarium inferiorem, ut postea remittatur ad superiorem pro reservatis. Cum enim Confessarius deprehenderit, poenitentem habere talem aliquem casum, *ne* (inquit) *procedat ulterius; sed significet poenitenti, eum a se absolvi non posse.* Et quamvis non ignoremus, authores bonos aliter

ter sententia qui ca-
ra seju-
absolv-
quiden-
absolv-
mittat
Adrian-
g. 10.
& pro-
claviu-
retent-
20. Se-
tum in-
vere;
Sacer-
maner-
poenit-
inferio-
testas
retent-
tum r-
dos in-
consec-
cerdo-
ticulu-
cap. 7
absolv-
vel in-
accep-
g. 20.
nuale



Ci

ter sentire, omnino tamen videtur, hæc sola sententia ad praxim reducenda, ut scil. pœnitentem, qui casum habet reservatum, etiam ab omni censura sejunctum, Confessarius non habens facultatem absolvendi a reservatis, nullo modo absolvat, ne quidem a non reservatis; sed vel facultatem eum absolvendi prius obtineat a Superiore, vel eum remittat ad Superiorem. Ita sentiunt *Ricard. in 4. d. 17. Adrianus q. 4. de Confessione. Pesantius ad Supplem. q. 10. dub. 7. Vasquez tom. 4. in 3. p. q. 19. dub. 9.* & probatur, quia, quæ Superior per potestatem clavium retinuerit, aut ligaverit in terris, erunt retenta, vel ligata in coelo. *Matth. 16. 18. & Joann. 20.* Sed Superior retinet peccata observata, ligatque tum inferiorem Sacerdotem, ne possit ab eis absolvere; tum pœnitentem, ne possit ab eis per illum Sacerdotem inferiorem absolvi; ergo illa peccata manent coram Deo retenta, manentque ligati, tum pœnitens, tum inferior Sacerdos. Si vero Sacerdos inferior posset absolvere a non reservatis, ejus potestas non foret ligata, neque peccata manerent retenta. Cum enim extra dubium sit, unum peccatum mortale non posse remitti sine alio; si Sacerdos inferior remitteret peccata non reservata, ex consequenti remitteret etiam reservata. Deinde Sacerdotes inferiores nihil possunt extra mortis articulum in casibus reservatis, ait *Syn. Trid. sess. 14. cap. 7.* ergo non possunt eos remittere, seu ab eis absolvere coram Deo, ne quidem ex consequenti vel indirecte, nisi habeant potestatem a Superiore acceptam. Omnino confer, quæ diximus ad *Suppl. q. 20. art. 12. quæsito 3.* & vide novissimum *Manuale Camerac. de Ministro Pœnit. §. 22.*



CAPUT XI.

De Præteritis Confessionibus.

Circa Confessiones antegressæ vitæ, debent eæ interrogationes fieri, quæ sunt

ad cognoscendum necessaria. Num aliquis in peccato erratum sit ab integritate confessionis, ob quod nullius ponderis neque virtutis extitissent ceteræ confessiones, ac proinde reiterandæ essent. Exempli gratia: si poenitens alicui confessus sit, qui eum absolvere non potuerit, vel qui legitima absolutionis forma usus non fuerit; vel Sacerdoti adeo indocto, ut ea, quæ ad hoc Sacramentum administrandum requiruntur, nec intellexerit, nec sciverit; vel etiam si ipsemet aliquod peccatum mortale sciens subficuerit, vel confessionem diviserit, enumerata parte peccatorum suorum uni Confessario, alteri altera; vel ad extremum, si nullo penitus cum dolore de peccatis suis, nullove deliberato emendandi proposito confessus sit; vel quod etiam contingit interdum, si nullam omnino diligentiam in memoria peccatorum refricanda videatur contulisse.

Et quoniam cernere est, negligentiam maximam in confessionibus rite faciendis sæpenumero committi, præcipue vero eo tempore, quo quidam repudiato a se Dei timore, vel minimam prorsus, vel nullam animæ suæ curam gerere putantur, ut potius veniant ad confessionem ex certa quadam agendi consuetudine, quam quod peccatorum suorum agnitione eo perducantur, & vitam emendandi vera desideria susceperint: in universum quidem ob summam commoditatem, quæ ex confessione generali redundat, tum præsertim, cum ex animo quisquam statuerit, in posterum vitam in melius commutare, & totum se ad Deum convertere;

re; Confessarii pro cuiusque personæ qualitate, opportuno tempore & loco, ad generalem quamdam confessionem poenitentes exhortentur, ut per hanc, proposita omni præterita vita sibi ob oculos, majore cum alacritate redeant ad Dominum, ac omnes errores, qui potuissent in præcedentibus confessionibus accidere, resarciant.

CAPUT XII.

De Interrogationibus, postquam poenitens, quæ novit, confessus est, faciendis.

Hiscæ interrogationibus finitis, quæ confessionis veluti præambula quædam, & præludia sunt, Confessarius poenitentem inducat, ut ipsemet omnia peccata sua, quæ recordatur, exprimat per se; quod ubi fecerit, si perspiciat adhuc (quod sæpenumero accidere solet) eum aliis interrogationibus indigere, per quas multorum, quæ oblitus sit, reducat in memoriam, vel ea, quæ prius confuse dixerat, distinctius consideret; volumus interim præmonere Confessarium, Numerus peccatorum mortalium ut peccatorum mortalium numerum semper, peccatorum exprimen- quam poterit, exactissime inquiret; & quamvis fieri posset, ut non usque adeo præcise, dus. & velut ad unguem omnia referantur a poenitente, nihilominus tamen paulo plus, minusve eum numerum indicet, quem ad veritatem magis accedere arbitretur.

In his interrogationibus ordinem sequatur, oportet, initio ducto a præceptis Domini; ad quæ tametsi omnia alia, de quibus

interrogationes habentur, computari possint, nihilominus si cum personis, quæ raro ad confitendum accedunt, agatur, utile erit etiam per septem peccata capitalia, quinque sensus exteriores, & opera misericordie discurrere.

Confessarius non minori vigilantia, ac prudentia pollere debet in iis maxime peccatis investigandis, quæ homines ejus status conditionisque, cujus est pœnitens, communiter perpetrare solent.

In peccatis vero luxuriæ summam animi solertiam cum pari circumspeditione verborum debebit usurpare. Itaque cum in iis speciem peccati, (a) & circumstantias, quæ multum prægravant illud, satis intellexerit, ulterius nihil studeat inquirere. In hunc finem circumstantiæ, quæ peccati speciem ab una in alteram mutant, vel id plurimum depriment, plene perfecteque a Confessario sciri debent; quandoquidem hæ duæ circumstantiarum species necessario inter confitendum explicandæ sunt; idèoque ad summas recurrendum erit, in quibus plerumque hoc versu illæ continentur:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur quomodo, quando.

Præ cæteris tamen providus, cautusque sit, oportet, ac modum congruentem sciatis, quo pueri ac puellæ interrogentur, ne forte, quæ prius ignorabant, eos doceat; verum his autem adeo commodis interrogationibus suas circumloqui nitatur, ut pœnitentis animus non offendatur; quin etiam, dum aliter admovet alicujus confessioni audiendæ,

caveat

possint, caveat omni modo peccati gravitatem a se
auditi, gestu corporis, vel nutu capitis
circumstantibus prodere, vel etiam pœni-
tentem ita terrefacere, ut propterea aliud
grave peccatum subdiceat; imò contra ani-
mum ei addat, ut omnia, quantumvis enor-
mia & turpia peccata aperire non vereatur.

Confessarius, qui privilegium aliquod, facultatem, vel auctoritatem habet, pœni-
tentium vota commutandi, ea non nisi in
alia opera pia majora, Deoque acceptabiliora, vel saltem æqualia commutabit; in quo
negotio diligenter attendet expensas, labo-
res, aliasque difficultates, quas sustinere
necesse fuisset, si vota a se nuncupata pri-
mo modo debuisset persolvere.

Quamvis vero per Jubilæum, aut litem
apostolicas privilegium aliquod ei concessum sit, ab omnibus peccatis, quantumvis
enormibus, ac pœnis, censurisque ecclesiasticis absolvendi; præmonemus tamen, quod
dispensare non possit cum eis, qui irregularitatem
incurrerint, nisi in ipsis literis expressa hujus fiat mentio.

Ut Confessarii plenius instruantur, nec
absolutionis beneficium iis impertiantur, qui
eo revera indigni sunt (id quod vel incuria,
vel negligentia, vel alia de causa sæpe accidit,
ac proinde multi in eisdem semper peccatis hærent cum animarum suarum lamentabili ruina) idcirco ex plurimorum Theologorum,
cum sæcularium, tum regularium diversorum ordinum consensu, quædam quæ
in frequentiori consuetudine agendi a Confessariis observanda erunt, inferius notavimus;

Syn. 2.

Provinc.

Camerac.

tit. 8. c. 5.

mus; quodcumque vero ab iis poenitentibus vel absolvent, vel relinquent ligatos; volumus, ut secundum id, quod infra dicitur, sua consilia dirigant.


Itaque quandoquidem quilibet, qui jam ad rationis usum pervenit, sub peccati mortalis periculo articulos omnes fidei scire, & intelligere (saltem generaliter) tenetur, nec Decalogum, & S. Matris Ecclesiae praecepta ad peccatum mortale obligantia, quae communiter in scholis cum Catechismo doceri solent: si Confessarius deprehendat poenitentem ignorare ea, quae diximus, nec ea, quam citissime poterit, perdiscenda appositum, non debet eum absolvere; si vero ad ea mandandum memoriae paratum se exhibeat, si tamen alias a Confessario (sive ipsemet is sit, sive alius) vel speciatim a Pastore suo hac de re admonitus fuerit (debebit autem haec recordari, ut commodius interroget) neque tamen tantum studii adjuverit, quantum debuit pro capacitate suae personae, eousque absolutionem differat, donec aliquo modo satisfaciat; verum si hac de re admonitus a nullo fuerit, postquam eum in supradictis ita generaliter instruxerit, ut eo tempore reddatur absolutionis capax, poterit eum absolvere.

*Syn.
Dioec.
Camerac.
an. 1604.
tit. 8. c. 7.*

NOTA AD CAPUT XII.

(a) De circumstantiis, quae speciem peccati mutant, quia sine illis peccata ipsa neque a poenitentibus integre exponuntur, neque Confessariis tamquam iudicibus innotescunt, quod sint in confessione explicandae, constans est Catholicorum

pœnitentia confirmata per *Syn. Trid. sess. 14. cap. 5.*
 De illis vero circumstantiis, quæ tantum aggra-
 vant intra eandem speciem, ut sunt: furtum 20.
 floren. & decem millium aureorum, non pariter
 convenit inter Doctores. *Navar. Enchir. c. 6. num. 6.*
 communio & probabiliorem dicit opinionem,
 non esse necessarium illas confiteri. S. CAROLUS
 satis indicat, se sentire, quod exprimi debeant; at-
 que hæc sententia sicut securior, ita videtur verior.
 Ratio enim, quam adfert prædicta *Syn.* de judican-
 da gravitate criminum, & pœna condigna pœni-
 tentibus imponenda, etiam in istis locum habet.
 Nam iis ignoratis, nec de gravitate criminum cen-
 sere, nec pœnitentiam, quam oportet, injungere
 poterit Sacerdos. Ita sentiunt *Alex. Halens. p. 4. q.*
77. memb. 3. Major in 4. dist. 17. q. 4. Domin. Soto
d. 18. q. 2. art. 4. Altissiodor. l. 4. cap. 3. q. 3. Cajet.
verbo: Confessio. Vitoria q. 176. de Confessione. Au-
thores Catechis. Rom. q. 41. p. 2. cap. 5. ut nihil
dicamus de Vivaldo, Binsfeldio, Petro Soto, Ema-
nuele Sa.



CAPUT XIII.

*Quomodo se gerat Confessarius erga
 eos, qui habent subditos.*

Si patres, aut matresfamilias fuerint, qui
 curæ suæ subditos, sive filios & filias,
 sive servos & ancillas (quæ particulatim in-
 terrogare meminerit) cum rudimenta fidei
 non teneant, addiscere non compellunt, vel
 non advigilant, ut Decalogi, & Ecclesiæ Ro-
 manæ præceptis obediant; vel (quod pejus
 est) ab eorum observatione eosdem prohi-
 beant; ut faciunt, qui servos & ancillas us-
 que adeo occupatos diebus profestis deti-
 nent, ut propria necessitate urgente diebus
 festis

festis operari quodammodo cogant; vel temporis tantum non tribuant, ut secundum Ecclesiæ præceptum, sacro officio Missæ interesse queant; aut qui nescientes, quinam eorum, qui in familia sua degunt, legitimum habeant impedimentum, promiscue tempore quadragesimali, aut aliis jejuniorum diebus coenam, vel tempore antemeridiano escam ante horam debitam in ædibus suis præbere vel dari patiuntur; aut si, quando hæc præcepta transgrediuntur, eos non reprehendunt, nec corrigunt; vel si servi corrigi nolint, cæteris scandalo sint, e domo sua non quamprimum eos ablegant.

In omnibus his peccatis, nisi re ipsa præstent officium suum, negligentiamque in familiaris administratione commissam, quantum ad ea, quæ dicta sunt, attinet, in posterum sese emendare promittant, nullo modo eos absolvat. Quod si in se recipiant, ea se facturos, nec horum admoniti unquam a Confessario vel Pastore, præscripto modo fuerint poterit eos absolvere; quod si sæpius fuerint reprehensi, nec sese correxerint, tamen absolutio differatur, donec promissa appareant, veræque emendationis argumenta aliquo temporis spatio ostenderint.

Confessarius eundem cum eis modum servabit, qui contra Conciliorum nostrorum Provincialium, præcipue vero tertii, constitutiones ac alios Canones nostros diebus festis operantur, vel a venditionibus & similibus quæ in illis prohibentur, non abstinent. Idem etiam servetur cum iis, qui in immoderato corporis ornatu & fastu mortaliter peccant.

Confer. P. I. Cap. 13. notationem tertiam.

CAPUT XIV.

Qui peccent mortaliter in excessu vestium.

Ac vero cum hac tempestate luxus vestium ad summum, quo conscendere potuit, verticem videatur evasisse, idque magna ex parte culpa & negligentia Confessorum accidat, qui vel ex inconsiderantia, vel forte, dum leviter poenitentes peccare existimant, nullo cum scrupulo eos absolunt: capita quædam in medium adferemus, quibus propter ornatum, & luxum in vestitu, fastumque animi ingentem, plerumque mortaliter hodie peccatur; ut cum absolutio danda erit, secundum eas regulas actiones officii sui metiantur.

Si quis igitur vestitu splendidiore induitur, vel eo sese ornat ob finem peccati mortalis, utique mortaliter peccat. Adhæc qui vestimenti sumptuosi gratia vel ipse delinquit, vel alii ejus nomine præceptum Domini, vel Ecclesiæ transgrediuntur, ita ut, ne vestis non conficiatur, festis diebus sartori operandum sit, vel ipse certe faciat eum operari, aut sacrum Missæ officium omittere, vel, ut alii omittant, præbetur ab eo occasio; vel si causam præstat conjugii, illisve, ad quos spectat ejus sustentatio, ut plus, quam privatæ opes ferunt, in vestitum impendant; vel si prævidet, ut merito debet prævidere, aut saltem probabiliter dubitat, quod odia vestium causa gignantur, dissensionesve in ædibus fiant, vel quod induimenti causa conjux, aut aliorum quispiam

bla-

blasphemias evomat, aut lucra, contractus, quæ illicitos exercent. His adde eos, qui ornatus gratia non sine peccato mortali superfluent eleemosynis necessariis, aut Legationibus pia non exequuntur, aut similia, quibus obstricti sunt, complere negligunt, vel qui pro veste mercedem operariis denegant solvere, vel differunt, aut ære alieno sic se obruunt, ut cum tempore solvendo non sint futuri. In hoc etiam ordine ponendi sunt, qui, ut se splendide vestiant, detrimentum proximo notabile inferunt, vel ita se exhauriunt, ut familias, cum ad ætatem nubilem pervenerint, in matrimonio collocare non possint, quæ ex re magna damna solent existere. Ad extremum cum prudenter colligi possit, quod non mediocria peccata similia iis, quæ dicta sunt, inde prodibunt, aut dubitatio verisimilis haberi solet, quod accidere possent, qualia fere solent sumptuosum & insolentem earum usum comitari. In omnibus, quæ diximus, judicandum est, peccatum esse mortale indulgenti nimio vestitui.

Cæterum cum fieri vix possit, ut, qui superflua, quam suæ copię ferunt, infumit, non animum advertat ad peccata consecutura, vel ut minimum possit, & debeat advertere, potest in universum recte judicari, eos omnes in peccato mortali vitam agere, nisi ex diligenti poenitentis examinatione, certa ratione contrarium existimetur.

Neque solum mortaliter peccatur, cum factæ expensæ in vestes, ordinem, & facultates domesticas excedunt, verum etiam in modo peccatum committitur sese exornandi.

Quid S. Ca

Quid enim si ornatus ad lasciviam pertrahat? quod si per se, vel certe ex communi hominum iudicio sollicitet ad peccatum? potest etiam fieri, ut per se quidem eo non adducat, tamen occasionem ille suspicetur ex ejus generis ornamento, quod a sui ordinis hominibus communiter non gestatur, datum iri certæ personæ, ut illum inhonesto amore prosequatur, vel, ne sic accidat, probabiliter timet. Denique cum in hoc peccato hæret, ita vitam instituit, ut nullam vel parvam salutis proximi habeat curam; adeo quidem, ut, si quem ex sumptuosis, quibus incedit vestibus, per occasionem misere salutem perdere conspiciat, tamen eum non studeret deponere. Fit deinde non raro, ut cultus ipse prima fronte ad varias species amoris inhonesti prodendas concinne institutus sit, easque amorum affectiones variis coloribus, dum se comit, & promit, vel alio quocumque modo non perobscure declaret.

CAPUT XV.

Qui non sint absolvendi.

Jam vero non solum absolvere eos non possunt, qui peccato mortali valedicere constanter non decernunt; sed nec illos etiam, quamvis afferant, peccatum se velle deserere, tamen una dicunt, videri sibi, non se commercium illius esse relicturos, nisi ea velint remedia apponere, sine quibus Confessarius judicat ad vomitum redituros.

Quid

S. Car. Instr. Past.

P

Est

Est præterea consultum, absolutionem differre, donec evidens appareat emendatio in iis, qui tametsi dicant, ac polliceantur, quod se eximent peccato, tamen Confessario probabilem faciunt metum, ne contrarium contingat. Ex hoc genere esse solent plerique adolescentes, qui in otio vitam agunt, qui luxui dediti, crapulam, & amores inhonestos sequuntur, qui libidinibus pascuntur, verba obscæna proferunt, murmurant, in odiis ac detractationibus versantur quotidie, & confessionem differunt in ultimos Quadragesimæ dies. Idem faciendum est cum iis (scilicet ut differatur absolutio) qui cum multis annos in peccatis suis perdurant, nulla interim adhibita opera in emendationem vitæ, in eadem peccata iterum atque iterum labuntur.

Deinde nec eos absolvat, qui cum peccatis mortalibus simul etiam eorum occasiones vitare plane non proponunt.

CAPUT XVI.

De Occasione peccati mortalis.

Porro cum e re Confessarii vel maxime sit, ut, quæ sint hæc occasiones, perspicere possit, paulo de illis loquemur distinctius hoc loco.

Sub occasionem peccati mortalis omne illud cadit, quod peccandi mortaliter causam administrat, eo quod huiusmodi est, quod vel per se in peccatum inducat, vel ejus occasione confitens usque adeo ad peccandum allicitur, ut certe Confessarius metuere possit quod

Vide *Navar. Enchir. c. 3. n. 14. & seq.*

quod
postea
peccat
P
suapte
mortal
tabelli
domum
aliqua
vel ap
cumqu
persiste
quotid
amoru
Ita
pedim
que oc
existat
quid h
re non
sionem
In
in ven
pericu
bus in
pollice
de eod
verit,
emend
At
omnib
fessari
tamen
que pe

olutionem
mendatio
iceantur,
onfessario
ontrarium
ent plerum
m agunt,
ores inho
pascuntur,
urant, in
quotidie
s Quadra
t cum iis
qui cum
urant, nubi
ndationem
que iterum
cum pecc
n occasio

quod ex perverso, quem diu induit habitu, in posterum non magis abstinebit, quam prius a peccato, si in iisdem occasionibus versetur.

Prioris ordinis occasiones, quæ scilicet snapte natura trahunt in consensum peccati mortalis, sunt istiusmodi: Artem profiteri tabellis chartaceis, vel aleis (a) ludendi; domum tenere in hunc finem aleis paratam; aliquam, cum qua sit peccatum, vel apud se, vel apud alium suo rogatu fovere, vel quocumque modo in eisdem ædibus habitare; persistere in assidua colloctione, aspectu, quotidiano congressu, & similibus turpium amorum irritamentis.

Itaque si pœnitentem iis aut similibus impedimentis irretitum esse perspexerit, ipsaque occasio talis sit, quæ tum etiam re ipsa existat, veluti quod concubinam alit, vel quid huiusmodi; Confessarius eum absolvere non debet, nisi prius illam ipsam occasionem profus abscindat.

In aliis vero, ut alea ludere communiter, in venereis aspectibus diu esse, conversari periculose cum fœminis, perdurare in tactibus impudicis, si eis nuncium remittere non polliceatur; vel si spondeat, alias tamen cum de eodem fidem fecerit, vitam non emendaverit, absolutionem differat usque eo, dum emendationis quædam argumenta videbit.

At vero cum usu venire possit, ut ex omnibus, quæ solers ac circumspicius Confessarius excogitaverit, nullum remedium tamen potuerit habere, cur pœnitens absque periculo & scandalo magno debeat oc-

caſionem præſcindere, utatur Confefſarius his viis.

Primo abſolutionis beneficium eo uſque extrahat, donec emendationis indicia videat, maxime ſi abſolutio citra aliquod illius periculum, vel infamiam procrastinari poſſit; eaſque doloris ſigna perſpiciat, eam animi diſpoſitionem, promptitudinemque ſuſcipiendi omnia, quæ emendationi neceſſaria Confefſarius iudicabit; quo tempore remedia huiusmodi pœnitenti proponet, quæ magis opportuna, magisque neceſſaria apparebunt.

Remedia
contra oc-
caſiones
peccati.

verbi gratia, præſcribet ei, ne ſolus unquam cum ſola verſetur, ut orationes augeat, corporis macerationem ſubeat aliquam, quodque præcipuum eſt, ut frequenter confiteatur, aliaque ſimilia, quæ ſi pœnitens recipiat in ſe, poterit abſolvi.

Contra vero ſi ab illa diligentia, quam vel ille, vel alius Confefſarius jam diu adhibuit, non ſe emendaverit, non abſolvatur, donec impedimentum ſuſtulerit; vel niſi quid aliud a nobis acceperit, quod conuenire videatur, ad quos in tali negotio recurret, ut factum nobiſcum expendat, iutamen, ut nulla fiat mentio peccantis.

NOTA AD CAPUT XVI.

(a) Etſi ludus aleæ (ſub quo intelligitur omnis qui fortuna magis, quam arte regitur) prohibetur Laicis Jure civili, *Lege 1. & 3. Cod. de Aleatoribus* Clericis autem *Can. Apoſtolorum 42. & ſeſſ. 22. cap. 1. de Reform. in Concil. Trid.* Laicis vero pariter & Clericis *Can. 43. inter apoſtolicos*; etſi, inquam, ludus ille poſſet aliquando eſſe ſine mortali peccato, imo & ſine veniali ſaltem gravi, ut ſi fiat ob neſtam

neſtam
ponatu
lenti ve
ſi. 7. Pr
taceis
crum
que div
non fre
tur) pl
& pro
veniate
cata, u
blasphe
rea non
profeſſi
peccatu


De C

De C

Alter
ex
facta ſu
probab
in ead
relapſu
bus an
mundi
caſtris
obire,
ere, a
fiat, fi
tis, inj
perjuri
quibus

neſtam

neſtam recreationem, & ſine ſcandalo, neque exponatur ſumma notabilis, ſed ſolum alicujus eſculenti vel poculenti pretium, ut tradit *Navar. c. 20. n. 7.* Proſiteri tamen artem aleis, aut tabulis char-
taceis ludendi (quo fit, ut & principaliter ob lu-
crum ludatur, & ſumma notabilis exponatur, item-
que divina Officia, quibus oporteret temporibus,
non frequententur, ac tempus inutiliter expendatur) plenum eſt periculi, non ſolum ob avaritiam,
& prodigalitatem, quæ ut minimum ſunt culpæ
veniales; ſed etiam, quia inde nata ſunt varia pec-
cata, ut rixæ, iræ, inimicitia, odia, perjuria,
blasphemia, homicidia, fraudes &c. Et propte-
rea non eſt mirum, ſi B. CAROLUS numeret illam
profeſſionem inter occaſiones per ſe trahentes in
peccatum mortale.



CAPUT XVII.

*De Occaſionibus illis peccati, quæ
non ſunt per ſe.*

Alterius generis occaſiones, quæ videlicet
ex conditione peccantium ſumuntur, ea
facta ſunt, quæ etiam ſi per ſe licent, tamen
probabiliter timetur, ne is, qui confitetur,
in eadem ipſa, quæ olim admittit, peccata
relapſurus ſit, ſi in eiſdem operibus, in qui-
bus antea verſatus eſt, perſeueret. Tales ob
mundi corruptelam plurimæ eſſe ſolent: in
caſtris eſſe, mercaturam ſequi, Magiſtratus
obire, Advocati & Procuratoris officia exer-
cere, aliaque id genus; quæ dum quis tra-
ctat, fit ſæpe, ut vocibus blaſphemis, fur-
tis, injuſtitia, calumniis, odiis, fraudibus,
perjuriis, & aliis ejusdem farinae ſceleribus,
quibus Deus offenditur, tantam ſibi eorum

consuetudinem adsciverint, ut conjectari liceat, si in eisdem officiis maneant, cum se rursus eadem illæ oblatione sint occasiones, quod fortio rem animum ad resistendum peccatis non opponent, quam hactenus fecerint; quodque inde sequitur, in idem lutum ex integro prolabantur. Omnes qui sunt hujusmodi, secundum D. Augustinum vel negotium ipsius periculosum deponant, vel saltem absque licentia, & obedientia pii ac probati Sacerdotis non exerceant, qui quidem, hominem eo modo constitutum absolvere non debet, si existimat ad eadem peccata rediturum, quamdiu in antiqua occasione perseverat; sed æquum est, ut vite emendatio, & quædam illius approbatio per temporis intervallum expectetur. Atque hoc vigilandum est eo diligentius, quo manifestum est, hac in parte Confessarios incurva sua maximam præbere causam, cur in omnibus fere opificiis & exercitationibus publicis peccata gravissima inveniantur, & abusus intolerabiles, sine quibus multi hodie existimant, nec res etiam per se æquissimas recte exerceri posse.

Exempli gratia, in Magistratu adeundis & aliis officiis assumendis multa juramenta reperiuntur, quæ servari debeant; quæ tamen postea non servantur.

Inter Consiliarios, Advocatos, Procuratores, clientum pernicipi ac damnis incumbitur, contra id, quod propria conscientia dicat faciendum.

Idem fit in bello, ubi duellis locus datur, ubi odiis, homicidiis plena sunt omnia

Inter

Inter ludendum maledicta vigent, rapinæ, quæstus meretricii. Apud mercatores hæc regnant, usuræ, mercium fraudes, cum vel eas miscent, vel malas pro bonis in manum porrigunt, multoque pluris quam pretium iustum est, eas distrahunt; nec desunt perjuria, mendacium, vectigalium fraudulenta averſio, aliaque ejus ordinis permulta.

Plerique opifices festis æque, ac profanis diebus ita occupantur, ut nunquam neque cultui divino vacent, neque conciones frequentent, nec se solum, sed ad similem modum totam distentam familiam habent.

Quamobrem magno numero inveniet Confessarius inter eos, qui talia exercent, omnem vitam fere in peccatis mortalibus duxisse; qui quidem absolutionis capaces existimari non debent, nisi diligentia prius accedat, qua simul & ab involucris hujusmodi liberentur, & fortiores contra peccatum reddantur.

Quod si Confessarius posuerit majorem industriam in iis examinandis, non dubium est, quin plures deprehendet, qui nunquam, ut oportuit, Sacramento Poenitentiae peccata sua expiarint; quod cum fuerit ab eo animadversum, ostendat eis, quæterquam quod de emendatione majorem probationem facere debebunt, vel opificii genus, in quo sunt, deferere, etiam totius vitæ confessionem instituire, ac studio vehementi in salutem suam incumbere tenebuntur.

Multo magis Confessarius circa ea officiorum actionumque discrimina extirpanda allaborare debet, quæ nullam vel necessita-

tem Reipubl. vel utilitatem secum ferunt, quæ quamvis ex priori ordine rerum non sint (illæ enim per se ad peccatum mortale inducunt, ac propterea necessario a quovis homine, quocumque in statu relinqui debent, nihilominus tamen ad male agendum inflant, ac facillimo negotio sæpissime ad diversa peccata trahunt, ut choreis interesse agere cum blasphemis, versari cum scurris malorum se sodalitatibus hominum adungere, tabernas frequentare, otio indulgere, similesque actiones, in quibus ut plurimum peccare mortaliter homines solent; qui quidem ante non debent absolvi, nisi animo ab alienato penitus illa ipsa se deserturos esse polliceantur.

Et quidem si probabiliter sibi Confessorius persuadeat, posse se fidem primæ, vel secundæ a pœnitente sibi promissioni factæ dare, quod scilicet occasionem auferet, poterit eum promissionis intuitu absolvere; si autem fidem semel atque iterum fregerit, tertio jam idem polliceatur, absolutionem differat, usque dum reipsa videat pœnitentem se omni peccato liberasse; in quo prius vixerat.

*De recipiendis
divis confer. Na-
var. dicta
c. 3, n. 21.*

Eos præterea, qui contractus, nostri Concilii Provincialibus nominatim prohibitos, vel per se alias illicitos exercent, non absolvat, nisi prius rescindantur, satisfactioneque conveniens pro eis præstetur. Si contractus dubii sint, antequam absolvat, ad Pœnitentiarium majorem rem totam rejiciat, qui quidem illius explicationem ampliore penes nos inveniet; sed hoc tempore si pœnitens

ritens sufficientem dederit cautionem, quod
 futuræ definitioni sententiæque acquiescet,
 poterit eum absolvere, & ad Communionem
 admittere.

Sed ne quidem Jubilæi alicujus tempore,
 qui ea, quæ ex Edicto publico, Monitoriove
 Papali, vel Archiepiscopali notificare tene-
 bantur, subticuerint, nullo modo absolvan-
 tur, nisi denunciationem rite prius fecerint,
 ac omnibus, ad quæ ob damnum inde secu-
 tum obligati sunt, satisfecerint. Cæterum an-
 te restitutionem debitamque satisfactionem
 eos non absolvant, qui aliquatenus ad tale
 quid adstricti sunt, modo id facere possint;
 eos tamen excipimus, qui ex gravi periculo-
 saque infirmitate decumbunt, quibus tamen
 præcipiat Confessarius, oneretque, ut, quam
 primum potuerint, satisfaciant.

Postquam Confessarius omnibus his præ-
 scriptis remediis diligenter usus fuerit, si im-
 pedimentum aliquod non videat, ob quod
 negare, vel differre debeat absolutionem;
 dicat pœnitenti, ut de peccatis omnibus,
 quæ confessus est, reliquisque in universum,
 quæ verbo, cogitatione, opere vel omisso-
 ne commisit, quorum non recordatur, cul-
 pam humiliter suam dicat, confessionemque
 claudat.

CAPUT XVIII.

De Monitione post Confessionem faciendam.

Quod ubi factum est, Confessarius ei,
 maxime si talis est, qui rarius confieri
 solet,

solet, peccatorum gravitatem ostendat, speciatim ad ea sensim descendat, quibus eum noverit magis involutum, iisque remediis contra eadem armet, & muniat, quæ convenientissima esse judicabit. Proderit autem hac in parte Methodum Confessariorum bene tenere, vel Directorium, atque ejusmodi argumenti libros sibi facere familiares.

Deinde si fuerit necessarium, injunget ut satisfaciat, & restituat rem, famam, vel honorem, quæ proximo abstulerit; tum ut præscripserit salutarem poenitentiam, quæ admodum infra dicetur, eum absolvet.

Si forte poenitens aliquam censuram incurrerit, a qua eum absolvere possit; antequam conferat absolutionem a peccatis, eam debet, quæ a censuris datur, præmittere multum autem juvat ad cautelam, si semper eadem præmittatur, quatenus scilicet poenitentiam habet, ac poenitentem indiget arbitratur. Similiter si poenitens casu aliquo reservato teneatur, nisi licentiam absol-

Non esset in hac Provincia excommunicatus, quamvis graviter peccaret.

Vide Resp. Card. ad sess. 14. Concil.

Trid. & Reformat. Bonhomii tit. de Poenitentia.

solvendi habeat, eum non absolvat; alioquin in excommunicationem incideret a Synodo nostra Dioecesana latam. Nec ipsi Regulares, quantumvis privilegio, quod Mare magnum vocant, vel aliis quibusvis indultis gaudeant, a prædictis casibus absque peculiari nostra licentia absolvere possunt; quemadmodum Gregorii XIII. P. N. Sanctitas ex Cardinalium consilio, ad quod Concilii Tridentini interpretatio pertinet, declaravit.

Multo minus sese ingerent ad absolvendum a casibus in Bulla in Coena Domini

ni con
servati

A t
D
forma
absolu
nemus
in qui
delice
bus fi

Ma
missis
tam ce

In
nem o
omnip

D
vat,
omni

nis S
tum p

E
Patri

Passio
Mari

rum,
stinue
augm

endat, et ni contentis, vel aliis Sedi apostolicæ reservatis.

CAPUT XIX.

De Forma Absolutionis.

Atqui ut omnes, qui in nostra versantur Diocesi, unam eandemque absolvendi formam observent; hoc, quo sequitur modo absolutionem proferent. Sed interim admonemus omnes serio, ne verba ea omittant, in quibus tota absolutionis vis consistit, videlicet: *Ego te absolvo*. Hic itaque omnibus sit præfixus absolvendi modus.

Unusquisque observet ritum suæ Ecclesiæ.

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis perducatur te ad vitam æternam, Amen.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus, Amen.

Dominus noster Iesus Christus te absolvat, & ego autoritate ipsius absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis & interdicti, si quod incurristi, quantum possum, & indiges. Deinde:

Ego te absolvo a peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Passio Domini nostri Iesu Christi, merita B. Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vite æternæ.

CAPUT XX.

De Satisfactione.

In satisfactionibus vel pœnitentiis Confessarius circumspectus esse debet, ne ad leviores illæ sint & faciles, ut potestas clavium in contemptum veniat, ipseque particeps fiat & confors aliorum peccatorum; neque nimis graves aut longæ jubeantur, ut recuset eas exequi, vel, etiam si acceptas habent, postea tamen plene non perficiant.

Idcirco Confessarius Canones pœnitentiales ad unguem sciat, oportet; nam quamvis illi possint, & debeant secundum prædicti & timorati Confessarii arbitrium mitigari, prout pœnitentis contritio, personarum qualitas, diversaque conditio, aliæque circumstantiæ ostendent; utilissimum tamen est, semper ipsos Canones præ oculis habere, adque eos tanquam ad amissum respicere, quantum conveniens erit; & quidem

Confessarius et si pro modo antiquo Canonum pœnitentiam non habet sequi, tamen pœnitenti nonnunquam articulos in iis explicatos tractabit, ut sic ad majorem dolorem adducatur, pœnitentiamque leviusculam, quam ipsi dedit, alacrius exequatur; & interim hæc quoque perspicietur utilitas, quæ proficiscitur ex benignitate, quam hodie sancta Mater Ecclesia cum pœnitentibus observat, quando disciplinæ ecclesiasticæ rigorem eis tantopere moderatur. Curet etiam, ut satisfactiones peccatis commissis respondeant. Itaque adversum peccata carnis vigili-

Satisfactio

gillas,

e.

is Confe

, ne ade

as clavium

particip

m; nequ

r, ut ve

i accepta

perficiam

pœniten

am quam

dum præ

trium mi

, persona

, aliaque

um tamen

ulis habe

fin respi

& quiden

uo Cano

i, tamen

in iis ex

a dolorem

usculam

ur; & in

tas, que

m hodie

tibus ob

sticiæ re

et etiam

s respon

arnis vi

gillas,

gillas, peregrinationes, cilicia, aliaque similia imponet, quæ macerare, ac castigare possunt carnem. Contra avaritiæ peccata præter restitutiones, quæ fieri debent, opponet opera milericordiæ pro facultate & modo cujusque. Peccata superbiæ, quæ in spiritu hærent, oratio comprimet, quæ sub potenti manu Dei homini humiliato fortitudinem, animique constantiam acquirat. Præcipiet contra negligentiam in iis ediscendis, quæ ad verum pertinent christianum, conciones sacras, tum etiam ut ad certum tempus scholas, & Catechistas christianæ Religionis frequentent. Remissis hominibus, quique in rebus conscientiæ suæ salutaris frigide se gerunt, præcipiet, ut adeant templa, divinisque officiis assistant, multasque usurpent orationes.

At vero blasphemis, & sacrilega lingua in Deum & Sanctos petulanter maledicis, pœnitentias graves & difficiles injungent, quæque culpæ gravitati respondeant, quæ in re Canonibus sacris, Pontificiis Decretis, Concilio Lateranensi, ac nostrorum Conciliorum Statutis sese conformabunt. Verum hac in parte integro judicio & personarum delectu utentur; non enim omnibus omnia conveniunt; quare non mandent pauperibus, ut liberaliter tribuant eleemosynas; neque iis, qui diurnis sudoribus victum sibi suisque quæritant, jejunia prolixa; ac simile judicium in reliquis pœnitentiis usurpabunt, & sequentur. Videndum est etiam, ut, qui publicis vel scandalis vel sceleribus delinquant, non absolvantur, priusquam sa-

Vide ad

Cap. 12.

Nota. 1.

P. 1.

tis-

tisfactionem item publicam, ac pœnitentiam peccato congruentem iis injunxerint, ut simul cum emendatione vitæ malefacta publica benefactis resarciant; qua in causa Concilii Tridentini præscriptum observabunt, c. 8. institutionem nostram super hac re in prima ac tertio Provinciali nostro latam; qui etiam pœnitentias publicas in alias secretas non commutabunt, nisi expressam a nobis hujus rei habeant potestatem.

Ut liberior sit Confessarius in exequendo officio, quod illi cum pœnitente est, majoreque apud eundem in auctoritate habeatur in decernendis iis omnibus, quæ ad pœnitentis salutem referuntur, non solum fingiet studiosè avaritiam, sed etiam omnem ejus vel minimam suspicionem. Nominatim autem pecunias, vel aliquid hujusmodi pro confessionum audientia non petet, etiam si occasio se præbeat; ac ne signum quidem vel minimum ejus ostendat; quin potius voce & re ipsa declaret, animum se profecto abhorrentem a talibus habere. Cum pœnitenti jubebit, ut Missæ Sacrificium faciat nequam peragi, nec recte nec oblique significet, quasi velit ipse celebrare, vel in sua Ecclesia aut Monasterio curare celebrari.

Idem faciat in satisfactionibus iis, cum pœnitens vel debita incerta reddere pauperibus, vel pro votorum commutatione aliquid solvere debebit.

Ex Sancti. Thom. 2. 2. q. 62. art. 6. ad 2. (b) Sed neque pecunias aliave, quæ pœnitente restituenda sunt, propriis dominis in se provinciam reddendi assumat, nisi necessitas id requirat, ut videlicet hoc modo

penitentiæ non prodatur; quod cum erit Bona
 ab eo factum, curet ut is, cui rem restituit, cautela.
 chirographum suum in testimonium ei tri-
 buat, ut illud poenitenti consignet, ac pla-
 ne eo modo procedat, ut omnem speciem ac-
 signum avaritiæ subterfugiat. Præ omnibus
 autem Confessarius caveat, ne verbis, vel si-
 gnis, vel quocumque alio modo, peccatorem,
 vel peccatum ipsum, vel aliquam circumstan-
 tiam personæ, cum qua peccatum perpetra-
 tum est, prodatur; denique verbum nullum ex
 ore ejus excidat, ex quo aliquo modo in pec-
 cato quantumvis levissimi, quod in confessione
 dictum sit, notitiam veniri possit.

Cumque pro rei alicujus controversæ,
 quæ in confessionem incidit, clariore defi-
 nitione consilium ab aliquo petendum erit,
 summa ad id prudentia adhibeatur necesse
 est. Tractetur igitur vel cum iis hominibus,
 ac modo tali, ut is, qui peccatum commisit,
 nullo modo deprehendi possit. Ideoque con-
 sultum videtur, ut nullam plane apud alios
 mentionem faciat ullo tempore peccatorum,
 quæ in confessione audiverit; quod si postea
 necessitate coactus, cum ipsomet poenitente
 de peccatis loqui contingat, id non nisi præ-
 fata venia (c) faciat, & ipsum colloquium
 obtinebit vim confessionis, quantum ad se-
 creti silentium attinet.

NOTÆ AD CAPUT XX.

(a) Ubi consuetudo est, potest Confessarius id,
 quod a poenitente offertur, recipere, non ut præ-
 tium Sacramenti, sed quasi stipendium suæ susten-
 tationis. Imo, ubi ministrorum stipendia sunt exi-
 gua,

gua, melius est recipere, quam oblatum respuere ne secuturis (qui fortassis indigentiores erunt) aliud quod præjudicium fiat. Omnem autem avaritiæ notam fugiet, si pecuniâ non exigat, sed solum oblatam accipiat, & pro re nata distribuât pauperibus in eleemosynam, siue iisdem, a quibus accipit, siue aliis. Confer. *B. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. & Syn. 2. Provinc. Camerac. tit. 5. cap. 5.*

(b) Non improbat modum restituendi per Confessarium, sed monet, ne citra necessitatem oneris ipse suscipiat, ac prudentem suggerit cautelam, quæ secure defungatur isto munere.

(c) Eandem doctrinam, scil. non licere Confessario, absque poenitentis prævio consensu, leui qui cum ipso poenitente de peccatis sola ejus confessione cognitis, tradunt *Dominicus Soto in 4. dist. 18. q. 4. art. 6. Victoria q. 185. Toletus 4. dist. cap. 16. Binsfeldius tract. de sigillo dub. 7. Solaphus Angles. Henriquez, Suarez. Vide hujuslibet P. 3. cap. 1.*



CAPUT XXI.

De Testimonialibus literis audite Confessionis.

Si poenitens a Confessario postulet testimonium sibi dari, quo se ejus confessionem audivisse fateatur, quod illud dicat se velle Pastori suo ostendere, quod semper in confessione Paschali facere tenetur; eam secundum formam, quæ infra ponitur, scribat. Atqui eo, quod attestationum harum multa exemplaria impressa singulis dabuntur Confessariis, curet Confessarius, ut suas præ manibus habeat, nullisque eas tradat, nisi quorum confessiones audiverit.

Atte-

Attestationis formula hæc erit :

1574. die mensis Sacramentum
Pœnitentiæ administravi habitanti
in Parochia

Scribat in primo albo diem, quo pœnitens confessus fuerit, secundo mensem, tertio nomen & cognomen, quarto Parochiam, in qua pœnitens habitat. In calce Confessarius nomen & cognomen suum subscribat cum titulo beneficii, vel officii ecclesiastici, a quo communiter denominari solet, veluti, Rector, Vicarior, Canonicus, vel Sacellanus Ecclesiæ N. vel si Regularis sit, habitans in Monasterio N. Atqui quidquid in attestationum albis scribendum est, totum id ipsiusmet Confessarii manu scribatur, vel saltem dies, mensis, ac ipsius Confessarii subscriptio. Utile præterea erit, si Confessarii omnes in tabulis nomen & cognomen scribant eorum, quibus dictas attestationes subscriptas tradiderunt, serventque eas tabulas penes se, vel post octavam Paschæ nobis, aut si in Dioecesi sint, Vicariis nostris forensibus exhibeant, idque ut exactius animadvertere possimus, num fraus aliqua in dictis attestationibus a non confessio quodam facta sit.

Pro majore Confessariorum instructione, atque in juvandis eorum animabus, quibus Pœnitentiæ Sacramentum administrant, ut certa quadam forma utantur, quæ pœnitentes in gratia accepta perseverare, ac progressum facere doceant, inscriptas adjunximus admonitiones.

CAPUT XXII.

Admonitiones Pœnitentium.

Confessarii omnes, quemadmodum Patres spirituales decet, circa pœnitentes suam summam prudentiam adhibeant necesse est, ut instruantur, diriganturque paulatim ad virtutes christiano homine dignas. Peculiariter autem industriam & studium suum erga eos magis explicare debebunt, qui in patres sibi Confessarios suos (a) cooptant, ut eos in dubiis & controversis suæ conscientie rebus quotidie, tum pro expiandis peccatis possint accurrere. Qui quidem ad eum modum filios suos spirituales in bono proposito confirmare nitantur, ut constantissime sibi proponant potius, quam divinam Majestatem offendant mortaliter, non solum bonos ac honores, sed etiam vitam profundere, vitamque præ se ferant & salutare desiderium secundum sanctissimam Dei voluntatem totam vitam suam expendere.

Quare finem, ob quem creatus est homo, eis ob oculos crebro ponat; qui quidem ei servire & obedire in hac vita divinæ Majestati, & in altera in omnem æternitatem eadem frui, aliaque similia; ac proinde debere hominem exsuscitare animum, & vires sibi summere, salutique suæ cooperari, atque eam nus rebus omnibus uti, vel abstinere, quatenus ad hunc finem consequendum administratio vel impedimento esse possint; ad extremum, huc se totos, actionesque suas, atque universa quæ in hac vita possident, destinare,

I.

um.

um Patre

entes fue

cesse est

im ad vi

ecularite

a erga eo

a patres

nt, ut a

onscienti

is peccat

eum mo

o propo

ntissime

m Majest

olum bon

undere, v

desiderium

ntatem to

est homo

quidem

æ Majest

tem eadem

debere ho

res sibi

atque ead

nere, qu

am admin

ad extre

suas, atq

t, destina

re;

re, ita ut in victu, vestitu, consuetudine vitæ, negotiis, omnibusque aliis exercitationibus ita sese gerant, ut omnia quasi quædam adjumenta eis esse possint ad ultimum finem, cui conditi sunt, consequendum. Cæterum ipsi poenitentes paratos sese exhibeant, non solum in earum rerum usu, prudentiæ, ac salutaris consilio Confessarii libenter acquiescere, verum etiam, si ille omnia plane, vel aliqua ex eis, quæ habent, deferenda esse judicet, causa salutis eorum, semper ei obediant. Confessarius tamen juxta uniuscujusque conditionem ac statum ad finem supra dictum eos diriget.

Proponat eis etiam modum orandi, ut feret singulorum capacitas, & pro religiosa consuetudine omnes nitantur bis saltem in die facere preces ad Dominum, mane videlicet cum surgunt, ac vesperi dum cubitum concedunt.

Deinde exhortabitur eos, ut singulis diebus Sacrum audiant, & diebus Dominicis divina Officia frequentent.

Particulatim vero modum eis præscribet orationes mentales faciendi, sive viri, sive mulieres sint, modo tamen capaces sint; rudioribus autem ostendet, quomodo Rosarium sive Corona, Officium B. Virginis, septem Psalmi poenitentiales, aut similes aliæ orationes legi debeant.

Quod amplius est, omnes suæ fidei committendos eo inducet, ut examen conscientie quotidie faciant; tempus autem huic rei accommodatum erit, dum vesperi signo publico campanæ simul cum tota familia ad preces

ces invitantur. Admoneat quoque eos frequenti (b) confessione & Communione, & paulatim eos secundum D. Augustini consilium in sanctam eam consuetudinem adducat, ut diebus Dominicis communiceant. Quando autem aliquem nacti erunt, quem adhuc hoc præstandum esse videant inidoneum, conabuntur eum paulatim ac veluti per gradus quosdam eo evehere. Primo hortabuntur, ut quando omnes solent percipere venerabile Sacramentum, etiam festis toto anno celebrioribus, præter ipsum diem solemnes Paschæ, quo debent omnes communicare, scilicet festo Pentecostes, Assumptionis Virginis, Omnium Sanctorum, Natalis Domini; deinde etiam Dominica in capite Quadragesimæ, pro indulgentiis plenariis acquirendis, ac præparatione ad sanctum jejunium quadragesimale; paulo post superaddat aliquot dies; postea hortetur, ut singulis mensibus semel id præstet. Quod si fiat, facilius ad Communionem octidianam erit progressus.

Speciali cura eos admonebit Confessarius, ut dies festos in honorem servitiumque Deum vinum impendant. Quod ut commodius fiat, auctor eis erit, ut alicui societati sese associarent, quæ ex instituto proprio dies festos in orationibus, piisque operibus expendunt, veluti est ea, quam scholam vitæ christianæ dicunt. In universum autem patres matresque familias admoneat, ut familiam suam ad Dei honorem instituunt, ac liberorum suorum curam eximiam habeant; qui in primis dabunt operam, ut visitent scholam, ubi doctrina Christiana docetur, modo docent

ant una secum eos festis diebus ad concio-
 nes, ad vespertinas preces, ad prælectio-
 nes sacras, modo ad frequentem confessio-
 nem & Communionem eos accommodent.
 Si qui ex filiis uxorem duxerint, curabunt
 parentes, ut opera maritorum etiam illæ
 Sacramenta frequentent; vel si uxores sint,
 cum maritis similiter agant; qua in re in
 memoriam eis reducant quod D. Paulus ait,
 maritus bonus (inquiens) sæpe uxorem
 Christo lucratur, similiter & mulier virum.
 Eis, qui literas norint, suadebunt, ut li-
 bros aliquos pios, & sancte scriptos emant
 (si modo facultas suppetat) quos & ipsi
 legant, ac faciant legi a tota familia circa
 vespèram, præcipue diebus festis; tales
 sunt, Vitæ sanctorum Patrum, Gerson de
 imitatione Christi, Opera F. Ludovici de
 Granada, Exercitia vitæ spiritualis, & Ro-
 sarium D. Casparis Loarte, Practica oratio-
 nis spiritualis P. F. Matthæi Capucini, &
 alii similes.

Sæpius divitibus in mentem redigant,
 eos dispensatores esse divitiarum, quas pos-
 sident, quibus ordinem ac statum suum su-
 stentare & alere possint; verum id chri-
 stiane modesteque faciendum esse, ut non
 solum in usu divitiarum non supra, quam
 eorum vires ferunt, sed potius infra ali-
 quid expendere cernantur, quod etiam
 Gentiles olim non solum verbis, sed etiam
 domesticis exemplis ostenderunt. Porro in
 eleemosynis liberaliter faciendis studeant
 excellere; ad hoc enim obligantur; ac ne
 forte aberrant a modo convenienti, homi-
 num

num religiose pieque sentientium consilium in his sequantur.

Postremo secundum uniuscujusque modum & conditionem omnibus & singulis præscribant adjumenta, quæ maxime necessaria, utiliaque esse judicabunt, ut in via mandatorum Domini Dei sui ambulent & proficiant.

NOTÆ AD CAPUT XXII.

Vide c. 6.
sup.

(a) Plerumque Pœnitentibus expedit, non facile Confessarios mutare, neque modo hunc, modo illum adire, quod solent personæ, tum curiosæ, tum inconstantes, tum timidæ. Imo quædam peccatorum sunt genera, quæ vix alio possunt efficaciori remedio tolli, quam frequentatione confessionis uni & eidem Sacerdoti factæ, ut de peccato pollutionis tradit *Tolet. l. 5. c. 13.*

Servari nihilominus debet libertas Pœnitentium; ac proinde nemo aliquem obligare debet ad perpetuo sibi soli confitendum; ut prudenter monuerunt Patres *Syn. 2. Prov. Camerac. tit. 9. c. 10. & Mechlin. tit. 5. c. 7.* Quin potius faciles oportet esse, tam Episcopos & Pastores, quam alios (personarum etiam religiosarum) Confessarios in concedenda facultate confitendi aliquando alteri; ut propterea pessime faciant, qui scientes aliquam sibi confiteri solitam, alteri esse confesam, verbis, gestu, nutu, vultu ostendunt sibi hoc dissimulare. Huc etiam venit observandum, quod adnotavit *Navar. Enchir. c. 26. n. 2.* Dum Confessarius admonet Pœnitentem de proposito non amplius (Deo juvante) eadem aut alia peccata mortalia perpetrandi; ne obliget eum ad id, voto, juramento, vel alia promissione, quæ novum vinculum adjiciat; nisi quum id jus præcipit, ut in absolvendis excommunicato notorio, injuriante publice personas ecclesiasticas, incendiario,

rio, m
latore
Camerac
ta cast
admitta
familiar
cuique
cessitat
tem co
liere;
ritas,
sola nu
riculun
fideles
gis Sac

Men
refert A
tra dom
mansit
serviens
Præpoj
sui filio
servieba
concilia
et de j
la nasc
persona
famini
a foris
scandal
Episcop
illis om
bus au
perire,
sine d
debere
in una
scandal
retur i
minis,
nunqu

consilium
sue mo-
ngulis ca-
xime ne-
t, ut in
ambulent

II.

edit, non
odo hunc,
uæ, tum
idæ. Imo
e vix alio
a frequen-
doti facta,
5. c. 13.

Pœnitentia
gare debet
prudenter
rac. tit. 9.
ius faciles
res, quam
Confessio
aliquando
ui scientes
sue confes-
sionem sibi
servandum,
2. Dum
proposito
ut alia pec-
cum ad id,
quæ no-
jus præci-
torio, in-
cendia-
rio,

rio, mutilatore, manifesto raptore, Ecclesiæ vio-
latore, usurario publico. Hinc prædicta Syn-
Camerac. eodem loco monet, ne Confessarii vo-
ta castitatis a filiabus confessionis exigant, aut
admittant absque Episcopi consensu; & a nimia
familiaritate abstineant. Cavendum certe est uni-
cuique, præsertim Sacerdoti, ne sub specie ne-
cessitatis, consilii, vel auxilii nimiam familiarita-
tem contrahat cum quantumcumque devota mu-
liere; contingit enim, ut, ubi videtur esse cha-
ritas, ibi vere sit vitiosa cupiditas. Solus cum
sola nunquam aut rarissime versetur, tum ob pe-
riculum, tum ob speciem mali, a qua omni vult
fideles abstinere *S. Paulus I. Thess. 5.* multo ma-
gis Sacerdotes.

Meminisse ergo oportet, quod de *S. Augustino*
refert *Possidius c. 26.* in ipsius vita: *Fœminarum in-
tra domum ejus nulla unquam conversata est, nulla
mansit; ne quidem germana soror, quæ vidua Deo
serviens, multo tempore, usque in diem obitus sui
Præposita ancillarum Dei vixit; sed neque patrui
sui filiæ, & fratris sui filiæ, quæ pariter Deo
serviebant; quas personas sanctorum Episcoporum
concilia in exceptis posuerunt. Dicebat vero, quia
et si de sorore & neptibus secum commorantibus nul-
la nasci possit mala suspicio; tamen quoniam illæ
personæ sine aliis necessariis secumque manentibus
sæminis esse non possent, & quod ad eas etiam aliæ
a foris intrarent, de iis posse offendiculum, aut
scandalum infirmioribus nasci; & illos, qui cum
Episcopo vel quolibet Clerico forte manerent, ex
illis omnibus fœminarum personis una commoranti-
bus aut adventantibus, temptationibus humanis posse
perire, aut certe malis hominum suspicionibus pes-
sime diffamari. Ob hoc ergo dicebat, nunquam
debere fœminas cum servis Dei, etiam castissimis,
in una manere domo, ne (ut dictum est) aliquod
scandalum vel offendiculum hoc tali exemplo pone-
retur infirmioribus. Et si forte ab aliquibus fœ-
minis, ut videretur, vel salutaretur, rogabatur,
nunquam sine Clericis testibus ad eas intrabat, vel
solus*

solus cum solis nunquam est locutus, nec si secretum aliquid interesset.

Istam mulierum familiaritatem, si cum aliis quot aliis vitiis satis caverent nonnulli, alium cito in Ecclesia fructum videremus. Quatuor enim aut quinque sint potissima, quæ Sacerdotes quosdam reddunt inglorios ac inutiles (utinam non & noxios) Pocula, Mulieres, Præsumptio, & eorum, quæ didicisse se putant, Usus indiscretus.

(b) Cum opus, quod ex amore procedit, laudabilius sit eo, quod procedit ex timore; frequens autem Communio proficiscatur ex amore, & abstinencia ex timore; simpliciter laudabilior ac etiam utilius est frequenter communicare, si cum reverentia & devotione accedatur, quam abstinere. Qui vero ex consuetudine, & ad aliorum imitationem potius, quam ex devotione frequenter aut quotidie communicare advertuntur, ad tam frequentem Communionem non facile debent admitti. *Syn. Dioec. Camerac. 1604. tit. 9. c. 3.*



si secreto

i cum al
lli, aliumQuatuor
Sacerdotes
utinam non
emptio, &
indiscretusprocedit,
more; fre-
ex amore,
laudabilis
unicare, &
ur, quam
e, & ad
devotione
adventum
em non se
s. Ca-

PARS TERTIA.

CONTINENS

MODUM ADMINISTRANDI
SACRAMENTUM EUCHARISTIÆ

PER

S. CAROLUM BORROMÆUM
CONSCRIPTA.

CAPUT I.

Quibus non danda Communio.

In omnibus iis casibus, quibus per no-
vas nostras Confessorum admonitiones,
aut ad confessionem admittere, aut a
peccatorum labe poenitentes absolvere Con-
fessor non debet, nimirum: si in mortali
peccato, vel occasionibus ad peccatum fa-
cile inducentibus persistant, vel oneribus,
quibus tenentur, non satisfaciant, vel
aliis denique id genus de causis; aut ve-
ro absolutionem debet differre, quousque
non obscura primum veræ emendationis in
ipsis signa perspiciat: non admittat Parochus
ad sacram Communionem ullos, quos citra
confessionem certo sciat publice & manife-
ste, aliquibus ex dictis impedimentis esse

Q. 5.

irre-

ARS

irretitos, licet testimonio vel nostrorum Poenitentiariorum, vel alterius approbati Confessoris, etiam regularis constet, poenitentia Sacramentum illis fuisse administratum; si ipsimet poenitentes legitime non probent, quod periculosum præteritæ vitæ statum, peccandique occasiones deseruerint, & evidenti emendationis signa ediderint, iisque, quibus obstricti erant, satisfecerint, eo prorsus modo, & forma, quæ in nostris admonitionibus continetur. Quocirca plurimum expedire videtur, ut Parochus tales prius commonefaciat, vel remotis arbitris, vel, si videtur, uno atque altero probatæ vitæ teste adhibito, ne publica notentur infamia, cum se ad sacram Communionem offerrent, a qua eos (ut superius dictum est) tenetur rejicere; eoque magis, quod id commodè facere possit, cum tribus ante diebus, confessionis suæ fidem eidem exhibere teneantur, quando aliis, quam proprio Confessori, peccata sua confitentur.

Confer. Si vero occultum esset impedimentum, & tamen circa confessionem id Parochus resciret, idem cum iis officium præstet, amice & secreto, ut in eo damnationis statu sacram Eucharistiam non recipiant; non tamen eam iis administrare recusabit, si se ad Communionem palam offerrent.

(a) Quod si usque adeo esset occultum, ut ex prævia duntaxat confessione constaret, nihil extra confessionem præstare tenetur, quam ferventi eos oratione Deo commendare, & si ad Communionem se præsentesset, nullo eam pacto iis negare.

Si

rum Pœ-
ni Confes-
sionem; si
atque; si
proben-
statum;
, & evi-
t, iisque,
eo pro-
is admo-
plurimum
rius com-
el, si vide-
vitæ teste
mia, cum
at, a qua
etur reji-
mode fa-
us, con-
e tenean-
Confessio-
mentum,
Parochus
præstet,
ionis sta-
ant; non
bit, si se
occultum,
constaret,
tenetur,
ommenda-
sentes si-
e.

Si autem in dubio Parochus versaretur, essetne impedimentum illud manifestum, necne; si in urbe fuerit, ad Vicarium nostrum generalem; si vero in Diocesi, ad Vicarium foraneum recurrat, & cum eo rem omnem conferat, quodque is imperaverit, sedulo faciat; quod si ipsius etiam Vicarii foranei animo dubii aliquid relinquetur, nobiscum illud communicet.


(b) Non admittat ad Communionem quemquam, qui publica, omnibusque nota peccata commiserit, priusquam scandalo, & malo exemplo publice dato, publice quoque satisfecerit, etiamsi legitimam fidem adducat, se esse a Pœnitentiariis nostris, aut aliis probatis Confessoribus, etiam regulari-
bus, expiatum.

Nec etiam sacra Communione dignetur eos, qui vel ex instituto Concilii Tridentini, vel nostrarum Synodorum Provincialium, vel etiam sacrorum Canonum publici alicujus, & in multorum oculis admissi criminis causa, quo plerique læsi fuissent, publicam facere pœnitentiam tenerentur; cum debeant hujusmodi delinquentes, palam pœnitentiam commisso scelere dignam, pro ratione culpæ persolvere, ut emendationis suæ publico testimonio, ad rectam virtutis viam recocent, quos malo exemplo ad peccatum antea provocarant; eo tamen excepto casu, quo constaret, eam publicæ pœnitentiæ rationem a nobis fuisse commutatam.

NOTÆ AD CAPUT I.

(a) Sententia hæc omnino sequenda est, quam etiam tradunt *Gabriel in 4. d. 9. & Navar. cap. 21. n. 55.* nisi forte alia ex causa quam auditi criminis posset prudenter se excusare a distributione Sacramenti (quo modo videri potest intelligendum, quod habet *S. Thom. in 4. d. 9.*) sigillum enim obligat Sacerdotem etiam respectu pœnitentis, ut citra ejus consensum non possit extra confessionem cum eo colloqui de peccato confesso, ait *Tolet. l. 3. c. 16.* consentientibus aliis, de quibus *P. 2. c. 20.* Alioquin esset quodam modo peccatum exprobrare, vel obijcere, reddereturque onus confessionis odiosum. Hinc *S. CAROLUS* illo *c. 20. fin.* Si, inquit, necessitate coactus, cum ipsomet pœnitente de peccato loqui contingat, id non nisi præfata venia faciat.

(b) De Communionem peccatori publico manifesto neganda palam, donec palam appareat ejus pœnitentia vide *S. Thom. 3. p. q. 80. art. 6. Navar. c. 21. n. 55. Bona. & Paludā in 4. d. 9. Syn. 2. Prov. Camerac. tit. 9. c. 7. Diœcesan. Camerac. anno 1604. tit. 5. c. 3.* Idem autem judicium est de suspectis suspitione violenta & publica, qui scilicet palam laborant alicujus criminis infamia, quibus *B. Thom. in 4. d. 9. art. 6. quæst. 2.* vult esse negandam Eucharistiam.



CAPUT II.

De Pueris ad Communionem
admittendis.

Non vult decennes promiscue statim admittendos, sed ut cum sexus utriusque pueri suæ Parochiæ decimum ætatis annum attigerint, adeo ut cito facileque ad sanctissimæ Communionis receptionem possint præparari; non permittat, ut vel sua vel parentum negligentia, ad maturiorem ætatem perveniant, quin spiritus ritua-

rituali
modum
quosd
tiæ pr
quin
ligent
fulcipi
probe
merab
que h
purita
eos ta
quadr
fi ita
hyema
tim,
alio te
sticis
tum e
ætater
vel fin
ceden
deind
utetur
Pasch
tantur
intere
adhib
C
quem
dilige
confi
G
pueri
nobis
ritua-

rituali hoc thesauro perfruantur; quemadmodum re ipsa interdum experti sumus, quosdam nimis temerario crassioris ignorantiae prætextu, plurimos annos traduxisse; quin potius, cum primum fieri poterit, diligenter omnia ad digne Sacramentum hoc suscipiendum necessaria perdoceat; & cum probe edocti fuerint, quam multi & innumerabiles fructus ab eo percipiantur, quantaque humilitate, reverentia, & conscientiae puritate suscipi debeat, ad Communionem eos tandem admittat. Et propterea prima quadragesimalis jejunii hebdomade, aut si si ita videbitur, festis Natalitiis, aut aliis hyemalibus festivitatem, in pagis præsertim, eorum puerorum commodi causa, qui alio tempore pascendis pecoribus, aliisve rusticis exercitiis occupantur, animarum statum examinet, aliisque modis, qui ad dictam ætatem pervenerint, vel seorsum singulos, vel simul complures convocet, &, ut in præcedentibus monuimus, instituat. Delectum deinde faciat eorum, quos hac vel alia, qua utetur diligentia, præparaverit, ut proxima Paschæ festivitate ad Communionem admittantur; cæteros in illud tempus rejiciens, ut interea novam in iis instituendis diligentiam adhibeat.

Caveat, ne ad primam Communionem quemquem admittat, nisi præter supradictam diligentem instructionem, ter aut quater consistentem audiverit.

Quando tamen aliquis ex Parochiæ suæ pueris alii cuiusdam confiteri consuevisset a nobis approbato, & adhibita Confessoris fi-

Vide
Syn. Diæcesan. Camerac. an. 1604. tit. 9. c. 8.

de se idoneum esse approbavisset, & diligenter satis ab eo ad sacram Communionem suscipiendam esse instructum, quoque ter, quaterve, ut minimum, eidem confessus fuisset, & Confessoris a nobis approbati eum loco habeat, & virum Deum timentem, & pi-
pium agnoscat; licet Parochus ipse dictam diligentiam non adhibuerit, eum tamen Confessoris secutus testimonium, ad Communionem admittere poterit; sin secus, ipse etiam suum officium præstet, puerum examinet, quodque diligenter satis instructus sit, recognoscat, & quod amplius in eo desideratur, ipse suppleat, cumque idonee edoctus videbitur, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ei ministret, neque donec ter quaterve confessus sibi fuerit, differat, præsertim cum ea in parte Confessoris fides ejus vices suppleat. Quando autem scripto Confessoris testimonio constaret, primam ei Communionem fuisse administratam ab eodem Confessore, ille etiam (a) Paschalis solemnitatis tempore, aliisque deinceps temporibus, eum admittere poterit.

NOTA AD CAPUT II.

(a) Cum in fine dicitur: *Ille etiam &c.* de Parocho sermo est.



CAPUT III.

De Communione adultorum.

Eadem instructione adultos etiam Parochus imbuat; præcipue autem eos, qui rari-
rui

um. Quo casu aliquis, qui per sex menses in
Dioecesi vitam egisset, & sex item menses in
Parochia, in alia Parochia, elapsis feriis Pascha-
libus ad illam iterum Parochiam, ubi non
com-

Syn.
Diœcesan.
Camerac.
an. 1604.
tit. 8. cap.
14.

Utilis
observa-
tio ; non
dum ta-
men hic
deducta in
proxim.

Serva-
tur in Pro-
vincia Ca-
merac. c. 6.
tit. 9. Syn.
2. Prov.
In Mechl.
tit. 7. c. 6.

communicaverit, se recepisset, Communionem perceptæ fidem illius loci Parocho, ante triduum ostendat; quod si neglexerit, pro non communicato eum Parochus habeat, atque ita cum eo agat, ut cum aliis, qui Paschæ solemnitate ad sacram Communionem non accesserunt. Si aliquis, qui potiore anni tempore in Diœcesi commoratus fuit, Paschæ festo, ab eo Parocho communicatus non fuerit, in cujus Parochia eo tempore habitaverit, etsi alibi communicasse se contendit, tamen contra eum procedatur, quasi ex eorum numero esset, qui toto anni tempore in sua Parochia habitassent.

Nullius plane excusationem recipiat Parochus, qui in sua Parochia, Paschæ tempore in sua Ecclesia non fuerit communicatus, quodcumque impedimentum adducat; quod obstante communicare non potuerit in ea, aut alibi communicandi legitimam causam habuerit, aut denique fide authentica, aliave probatione, se id fecisse testatum faciat, sed Mediolanum eundem remittat, ut coram nobis rationes, quibus nititur, adducat; duodecim, siue ad summum quindecim dierum spatium ei concedat, intra quos, nisi suarum excusationum admissionem & approbationem nostram exhibebit, aut mandatum ut supersedeatur, aut aliud quodvis nostrum præceptum, pro non communicato habeat, & ita plane contra eum agat, ut contra alios, Paschæ tempore non communicatos.

Eodem modo se gerat cum quolibet, qui in festo Paschæ a Diœcesi aberit, si intra decimum quintum a reditu suo diem in

sua Pa-
cet; a
nostras
tur, u
fidem
Paroch
Pascha
Concil
fuisse c

Par
præcip
se, tun
rint, p
sacram
schedu
& hab
tur, ut
qui no
so man
dula q

In tem
mæ
confidi
tonsura
ceo, a
ministr
munica
incipia
alterius
sitione
S. C.

sua Parochia non confiteatur, & communice-
ret; aut eodem temporis curriculo literas
nostras non producat, quibus illi conceda-
tur, ut pro communicato habeatur, quod
fidem nobis in scripto exhibuerit ejus loci
Parochi, & Ordinarii, ubi dicto tempore
Paschali fuerit, eo modo, quo statuitur in
Concilio nostro Provinciali tertio, se tum
fuisse communicatum.

Parochus in Quadragesima interdum, &
præcipue in Dominica Palmarum, tum per
se, tum etiam per Concionatores, ubi adfue-
rint, populum commoneat, ut quilibet ad
sacram Communionem Paschalem accessurus,
schedulam, in qua ejus nomen, cognomen,
& habitationis locus, descripta continean-
tur, ut eam apud Parochum relinquat; alio-
qui non admittetur, quemadmodum expre-
so mandato eidem præcipimus, ne sine sche-
dula quemquam admittat.

CAPUT IV.

De Communione Paschali.

In tempore deinde administrationis sanctissi-
mæ Communionis Paschalis, aliquem, cui
confidit, deputet, qui (ubi fieri poterit) & quam
tonsura sit condecoratus, quique superpelli-
ceo, antequam Parochus Communionem ad-
ministrare incipiat, indutus, schedulas com-
municandorum colligat, atque ita colligere
incipiat, ut semper Sacerdotem unius aut
alterius personæ, & non amplius, interpo-
sitione præcedat in quolibet ordine, & in
S. Car. Instr. Past. R ipsa

Magna
diligentia,
& quam
hic serva-
ri optabile
fit.

ipsa receptione schedulam legat, voce tam clara, ut & ipse Sacerdos, & quatuor aut quinque, qui viciniore loco in eo ordine fuerint, exaudiant, atque ita lectam schedulam filo affigat, vel sacculo decenti includat, atque ita per singulos ordines faciat, & finita Communione, statim omnes Parocho in manum tradat, qui illico eas cum animarum statu conferat, aut cum alphabetico quinternione earum, ut constet, quisnam ad Communionem accesserit, & quis non. & schedulas asservet, ut in promptu habeat eas ostensurus vel nostro, vel in Diocesi Vicarii foranei jussu.

Quo casu ad hoc præstandum ecclesiastica persona destituatur Parochus, scholare, vel alium quempiam virum pium & fidum capiat, quique Parochiæ consuetudinem probe calleat; si vero ita angustus & desertus esset vicus, ut nemo in eo, qui literas novisset, & ad id idoneus esset, inveniretur, ipsemet Parochus schedulas prius debuit confecisse, & singulis dedisse, ut in ipsius Communionis articulo illi, quem officio ipse præfecerit, offerant explicatas, ne duobus unius loco tradant, servato in reliquis modis superscripto; & licet tunc temporis legi non potuerint, tamen ista diligentia cum attento Parochi oculo, in communicando conjuncta, & cum inspectione schedularum, quæ ab ipso descriptæ fuerunt, & earum numerus, cum nota numeri schedularum illarum, quas populo tradiderit, quamque debuit servasse, collatione facile securus reddet, dolum omnem & fraudem abesse.

præcipue in pago non admodum frequenti. Parochus (a) ipso Paschalis festivitatis die, & duabus feriis subsequenter, trina admonitione populum suum moneat, ut omnes ante exactam octavam Paschalem, sacra se Communione reficere procurent, quodque omnes, qui elapso hoc tempore non erunt communicati, sine alia admonitione, ex nostro mandato pronunciabit ab ingressu Ecclesiæ interdictos, juxta sacrorum Canonum formam. Idem quoque Parochus, durante Paschalis octavæ tempore, cum iis, qui muneris suo defuerint, debita charitatis officia præstet, ut christianæ obligationis debito satisfaciant; & si satisfacere neglexerint, dictæ octavæ elapso tempore, primo die sequenti, tum etiam proximo die festo, ab ingressu Ecclesiæ interdictos proclamet, qui revera communicati non erunt, servata in publicatione infra scripta forma.

Juxta ordinem Illustriss. & Rever. D. Cardinalis tit. S. Praxedis, Archiepiscopi sanctæ Ecclesiæ Mediolani, &c. declarantur ab omnis Ecclesiæ ingressu interdicti, & quasi excommunicati, & mortis intervenientis casu, ad sepulturam in terra non sacra damnati, si manifesta veræ pœnitentiæ signa non ediderint, infra scripti; eo quod in solemnitate Resurrectionis Domini Jesu Christi proxime præterita, sacram communionem ex præcepto sanctæ matris Ecclesiæ percipere neglexerint.

Concedimus tamen Parocho facultatem differendi interdictum per integram septimanam, octavam Paschalem immediate subsequen-

Vide Syn.

2. Prov.

Cameric.

tit. 9. c. 6.

& 2. Prov.

Mechl. tit.

7. c. 6.

Juxta di-

ctam Syn.

Mechl. &

Diocesani.

Cameric.

1604. tit.

Nullus de-

nuntiatur

cenfura

aliqua in-

nodatus,

nisi de spe-

ciali Man-

dato ordi-

narii.

quentem, contra quosdam, nimirum qui illi sic expedire, iuxta aliqua ex causa, videretur; & si Parochus fuerit in Dioecesi, concedimus ei, ut in finem secundæ, post octavam Paschalem, hebdomadæ, interdictum superseseat, si aut veniam, aut mandatum a Vicario foraneo habuerit, adeo, ut (b) qui durante superseffionis tempore, uti superius demonstratum est, communicatus fuerit, etsi tempore ab Ecclesia præscripto id non fecerit, tamen (particulari beneficio) non interdicetur. Poterit quoque Parochus, istam tam supinam negligentiam, seu contumaciam, spirituali quadam poenitentia pro arbitrio suo corrigere.

Sed caveat Parochus & Vicarius foraneus, ne dicta facultate, nisi matura consideratione, & gravibus de causis, utatur.

Et si etiam aliquis esset, cui gravissima de causa, longiorem superseffionem concedi debere judicaret, quamprimum nos certiores faciat, elapsis Paschalibus feriis; statuemus, prout divino honori, & animæ illi, & ecclesiasticæ disciplinæ conservationi erit consentaneum.

Neque quidem nostræ est voluntas, ut ad interdictum contra illos procedatur, quibus Parochus ipse certis de causis iussisset in aliud tempus Communionem differre, majoris animarum commodi causa, sed statim eorum nomina, & causas ad nos perscribat, propter quas velit eos Communionem differre, modo citra confessionem eas resciverit, & item quod de hujusmodi re illi in mentem venerit, ut rationem illi possimus

præ-

præscr
rum e
Sin
gram
urbe,
rum n
rum e
di int
perseff
etiam
rescive
Pu
quod
præce
tate fa
non si
nisi pr
dati se
peccat
ros, &
rem g
schæ t
Comm
liberat
chus

(a)
datum
commu
contine
latam,
servetu
Mechli
(b)
tum re

prescribere, & remedium, quo pro animarum earum salute utendum illi erit.

Similiter scripto nobis indicet, per integram septimanam secundam post octavam in urbe, & per tertiam etiam in Dioecesi, eorum nomina, quos interdixerit; quin & eorum etiam cum quibus facultate supersedendi interdicto usus fuerit, licet durante superfectionis tempore satisfecissent; denique etiam causas, cum eas extra confessionem resciverit.

Publice ab Ecclesiae ingressu interdicti, quod confessi juxta sanctae matris Ecclesiae praeceptum, Dominicæ resurrectionis festivitate sacram Communionem non sumplerint, non solvantur & liberentur ab interdicto, nisi primum ultra debitam satisfactionem pro dati scandali ratione, sancte promittant, se peccata esse confessuros, & communicaturos, & imposterum Ecclesiae praeceptis morem gesturos, & praesertim isti, quod Paschæ tempore, & pie confitebuntur, & ad Communionem accedent, & deinde, cum liberati erunt, ipsorum liberationem Parochus apud populum promulget.

NOTÆ AD CAPUT IV.

(a) Servet unusquisque tum sui Ordinarii mandatum, tum praxim suæ Dioeceseos; nam Jure communi, Canon: *Omnis utriusque sexus*, non continet interdictum, aut excommunicationem latam, sed ferendam; ac propterea in his locis observetur *Syn. 2. Provinciæ. Camerac. tit. 9. c. 6. & Mechlin. tit. 7.*

(b) Quamvis ea sit quorundam tum veterum, tum recentiorum scriptorum, *Sylvestri, Antoni-*

ni, *Toleti* sententia, ut, qui prætermisit communicare in Paschate, deinceps non teneatur ad Communionem pro isto anno faciendam: teneri tamen. S. CAROLO conformius, ac omnino verius est: tum quia non conceditur terminus annuus, ut tunc cesset obligatio, sed magis, ut præcepti adimpletio non possit differri ulterius; sicuti, quando constituitur debitori terminus solutionis, non extinguitur obligatio post elapsum terminum, sed perorat, quoad usque fuerit solutum: tum quia principale, quod Ecclesia intendit, est Communio, quæ potest adhuc fieri; temporis autem determinatio solum est aliquid secundarium. Neque est onus diei, sicut lectio Horarum; vel ratio obligationis sicut tempus festum est ratio obligandi ad Missam audiendam, sed est opus jure divino præceptum. Ecclesiæ tamen dispositioni relictum, quoad illius temporis determinationem. Ita sentiunt: *Major in 4. d. 17. q. 2. Paluda. d. 12. q. 1. art. 5. Navar. Enchir. c. 12. n. 45. Azorius l. 7. Instit. c. 41. & alii.* Idemque judicandum est de prætermittente Confessionem annuam, quod scilicet teneatur, quamprimum potest, confiteri, etiam vi legis Ecclesiasticæ. Videri possunt, quæ sumus commentati ad 3. *P. S. Thomæ q. 80. art. 11. quæsto 4.* Porro, quod *Azorius* ibidem, & alii quidam opinantur, eum, qui in Paschate communicat, vel non confessus mortalia, cum possit; vel quovis alio modo indignus, satisfacere præcepto Ecclesiæ, minus probandum videtur. *Primo*, quia lex ecclesiastica jubet, omnem fidelem Eucharistia Sacramentum suscipere reverenter, ad minus in Pascha; talis autem non suscipit reverenter. *Secundo*, quia, cum præceptum Ecclesiæ sit quædam explicatio & determinatio divini, existimandum est, quod Ecclesia voluerit præcipere Communionem talem, qualem Christus præcepit. *Tertio*, quia non deest Ecclesiæ potestas imperandi actus internos, præsertim conjunctos externis. Jubet enim Horas canonicas reverenter & attente legi, Missam diebus Dominicis & festis devote audiri, dogmata, quæ definit, fide teneri. Imo

non

non Ecc
non ran
tionem
quædan
rius q
quod pe
Supplen

(W W W)


Comm

Paroc
Ecc

ero, f
nostri
ros sep
aliquo
poterit

Par
plurim
partiat
munio
rilis su
aliquo
lierum
que ita
ut Don
dicat.
festivit
Comm
vel ali
flagite
fam m

non Ecclesia tantum, sed inferiores etiam Prælati non raro præcipiunt actus aliquos internos, orationem mentalem, meditationem, &c. Diximus quædam de isto modo communicandi, citata superius q. quæsto 2. sicut & de Confessione invalida, quod per eam non satisfiat præcepto ecclesiastico, Supplem. 6. art. 5. quæsto 4.



CAPUT V.

Communio Virorum, seorsim a Mulierum facienda.

Parochus sacram Communionem populo in Ecclesia administraturus, sive in ipso Sacro, sive non, diligenter decretum primi nostri Concilii Provincialis observet, ut viros separatos a mulieribus communicet, quod aliquo ex subscriptis modis facile præstare poterit.

Paschali tempore eos dies, quibus ut Primus
modus. plurimum populus communicare assuevit, partiatur; & aliquem virorum tantam Communioni tribuat, quo eos tantum, qui virilis sunt sexus, ad Communionem admittat; aliquem etiam mulieribus adscribat, quo mulierum duntaxat Communioni intendat, atque ita tempestive partionem istam instituat, ut Dominica Palmarum in templo eam prædicat. Sed si aliquis, ut plerique Paschalis festivitatis celebritate solent, frequentius Communionem sumere desideret; & ob eam, vel aliam etiam causam communicare pie efflagitet, die mulieribus deputato, aut vicissim mulier die viris constituto, poterit Pa-

rohus sanctissimam illi Eucharistiam administrare, finita Communione eorum, quibus dies iste fuerit assignatus.

Secundus.

Licebit etiam, nulla dierum divisione facta, quando extra Missæ tempus fit Communio, duo altaria deligere, viris unum, mulieribus autem alterum; quæ in utroque Ecclesiæ latere sint erecta; ita quidem, ut sibi mutuo obviam non veniant, quando ad sacram mensam vel accedunt, vel ab ea revertuntur. Curatus quoque a virorum latere, primum reconciliare (si qui forte Deo reconciliati non fuerint) mox communicare incipiat; & quando aliquamdiu sanctissimum Sacramentum administraverit, ad illud Ecclesiæ cornu se conferat, & cum mulieribus idem præstet; deinde iterum ad viros transferat; atque ita vicissitudine quadam, omnibus piam operam impendat, neque molestum nimis mora mulieres sub Communionis finem rejiciat. Quo autem loco plures erunt Pastores in eadem Ecclesia, eadem quoque altarium divisione fieri poterit sacra Communio, in ipso Sacro; & eorum alter reconciliationi operam dare poterit, & mox deinde Sacrum celebrare, & deinde a virorum parte, Communionem ministrare; alter vero a mulierum latere; atque ita plane faciat, ut alius quilibet Confessor approbatus, qui tunc forte in illa erit Ecclesia. Quod vero ad confessiones adtinet, locum subinde vicissim mutabunt, ut illis satisfiat, qui ab utroque latere, uni potius quam alteri confiteri mallent. Omnino autem, ubi fuerit aliquis, cui facultas erit absolvendi a casibus

bus no
mulier
ros, u
ea uti
cionem
Ub
dem d
cro cil
ut inte
bet, r
stituta
quand
dunt.
Ob
Comm
alicuju
fiunt,
tiam n
re mo
explic
mili,
titione
In
propte
locus
rum,
distant
rum si
versam
rum r
putata
curans
conver
qui ab
admin
bus

admini- bus nobis reservatis, transeat nunc a viris a
 quibus mulieres, mox iterum a mulieribus ad vi-
 ros, ut nimirum, qui ejus opera indiget,
 ea uti possit, in dictis casibus, citra suspi-
 cionem ab utroque latere confitentium.

Ubi exiguus erit animarum numerus, eo-
 dem die, viros primum, mox mulieres sa-
 cro cibo reficiat; diligenter interim cavens,
 ut interea quod virorum Communioni incum-
 bet, mulieres in alia templi parte ipsis con-
 stituta consistant; nec secus faciat cum viris,
 quando mulieres ad Communionum acce-
 dunt.

Observetur tertius hic modus semper in
 Communionibus, quæ reliquo anni tempore
 alicujus solemnitatis, vel devotionis causa
 fiunt, nisi quando propter populi frequen-
 tiam non videretur expedire Parocho serva-
 re modum in separandis altaribus, superius
 explicatum, præsertim cum in occasione si-
 mili, prior quoque modus de dierum par-
 titione servari non potest.

In iis Ecclesiis, in quibus interdum pro-
 pter quædam obstacula, prædictis modis
 locus non esset, toleratur, ut duo scamno-
 rum, duabus aut tribus ulnis a se invicem
 distantium, ordines disponantur extra cho-
 rum sive facellum majus, ita fere, ut trans-
 versam Ecclesiæ partem occupent, & viro-
 rum usui serviat ea pars, quæ viris est de-
 putata, altera mulieribus; hoc interim pro-
 curans, ut omnes vultum ad Ecclesiæ caput
 conversum habeant, atque ita primum viris,
 qui ab una parte procumbunt, Sacramentum
 administret; deinde mulieribus, quæ ab al-

Tertius.

Quartus.

Posset
 iste mo-
 dus facile
 observari
 per Bel-
 gium, ut
 & tertius,

tera parte communicaturæ accedunt; atque hac vicissitudine, ad finem usque Communionis sequatur.

CAPUT VI.

De necessariis ad Communionem Populi, per Provinciam Mediolanensem.

Ad tuto decenterque Sacramentum administrandum, ne quo casu particula, vel fragmentum aliquod in terram concidat, provideatur in omni Ecclesia parochiali a Domini Corporis societatis scholaribus, de subscriptis rebus, cum subsidio, si opus erit, alicujus eleemosynæ, quæ ab istius parochie populo in eum usum colligetur, aut contributionis Ecclesiæ Rectoris, prout reddituum ratio patietur:

Nimirum de sufficienti scamnorum numero, ad circulos seu ordines in frequentioribus communionibus rite constituendos, ut fieri solet Paschali tempore, sintque dicta scamna altitudine ulnæ unius, & quartæ ejusdem partis.

De mappis aut mantilibus, aut nitidis mundisque telis lineis, iisque longis, tantoque numero, ut ad operienda prædicta scamna sufficiant, utque mutari subinde, & lavari suo tempore possint; sintque ea latitudine, qua solent esse nostrates lineæ telæ, ut omni parte scamna contegant.

De quatuor, ut minimum lineis linteis subtilioribus, simplicibus illis & nulla arte in medio aut utroque latere elaboratis; ni-

hil en
borata
longit
titudi
subjici
Sacerd
iis, q
disposi
Poteru
infirmi
De
ad pra
purific
stent i
capitib
commu
dicetur
De
scabell
De
fulgen
causa;
bus ad
sintque
nos pr
tat P
vascula
ipforun
ter de
exterg
erunt.
Qu
& min
ad eun
tur, n
beantu

hil enim refert, etfi in extremitatibus elaboratæ aliquo artificio conspiciantur; sintque longitudine duarum vel trium ulnarum, latitudine vero linteorum lineorum nostratium; subjicientur vero hæc pyxidi, & manibus Sacerdotis, dum sanctissimum Sacramentum iis, qui ab utroque latere ante scamnorum dispositos ordines procumbunt, ministrat. Poterunt itidem asservari, ut substernantur infirmis Communionem suscipientibus.

De scabellis duobus etiam condecensibus ad præparanda ea, quæ erunt necessaria ad purificationem in eodem loco, ubi consistent ii, qui ad dandam purificationem in capitibus circulatorum seu ordinum eorum, qui communicaturi sunt, deputati, ut inferius dicitur.

De quatuor mantilibus ad contegenda scabella idoneis.

De vasculis quatuor nitidis plane, & fulgentibus vini ad purificandum asservandi causa; amplius de quatuor vasculis minoribus ad ministrandam singulis purificationem; sintque ad eam formam conflata, quæ per nos præscribetur. Neque deinceps permittat Parochus, ut privatæ personæ sua vascula, vel calices, vel vinum in suam ipsorum purificationem provideant; similiter de mantilibus minoribus quatuor, ad extergendum os eorum, qui communicaturi erunt.

Quæ mappæ, mantilia, vasa majuscula & minuscula sæpius quidem abluantur, & ad eum usum, in sacrario, munda asserventur, nec ad profanos usus unquam adhibeantur.

Ad

Hic in Belgio saltem duæ sint, ubi plures esse non possunt.

Ad sint semper in promptu sex candelæ cereæ honestæ magnitudinis, accendendæ in quolibet altari, ante quod extra Missæ tempus fiet Communio, toto tempore, quo Communio peragetur; & præterea duæ facies majores præferantur semper ante Sacerdotes, quando Communionem administrabit, aut in dictorum ordinum vel circularum eorum, qui communicaturi sunt, capitibus, seu extremitatibus collocentur, ut inferius patebit.

CAPUT VII.

De Ministris in Provincia Mediolanensi necessariis.

In omni loco, ubi in Ecclesia sancta Communio ministrabitur, præsto sint, ubicumque fieri poterit, octo ministri ecclesiastici, qui Communionum frequentiorum tempore, superpelliceis induti inserviant, & subscripta officia præstent: unus, qui Paschali tempore, antequam Sacerdos sanctissimam Communionem incipiat, colligere quoque incipiat schedulas eorum, qui communicaturi sunt, eas legat, &, uti superius dictum est, statuto loco reponat.

Alius, qui, ubi consuetudine receptum est, ut ad Communionem accessuri candelam accensam manu teneant, præcedat eum, qui schedulas colligit, duabus personis per singulos ordines interjectis, quæ altera manu candelas accipiat, & in quadam lance lignea, cui aliquid aquæ infusum erit, quamque alia manu tenebit, extin-

candelæ
cendendæ
tra Missæ
pore, quæ
a duæ fa-
nte Sacer-
ministrabi-
lorum eo-
capitibus,
t inferius
Mediola
extinguet, ne fumum emittant; quem qui-
dem usum sistendi se ad sanctissimam Com-
munionem, cum candelis accensis, ut in
Ecclesia deinde, vel apud Parochum rema-
neant, admittimus, ut fervetur iis locis,
ubi est introductus, Paschali tantum festivi-
tate; tum propter mysteria, quæ continet;
tum etiam grati cujusdam animi causa erga
Parochum, modo tamen extinguantur, uti
jam dictum est, priusquam Parochus ad eum
perveniat, qui Communionem est recepturus;
sed in aliis Ecclesiis idipsum vetamus pro-
pter incommoda, nec non pericula, quæ,
uti experientia docemur, adfert ad hanc ad-
ministrationem.

Alii itidem duo, quorum alter dextrum
Sacerdotis latus claudat, alter vero sini-
strum, qui pyxidem & manus sustineant
ejus, dum Communionem ministrat, & sub
mento communicantium lineum pannum te-
neant, ne ex eo panniculo fragmentum ali-
quod quocumque interveniente casu excidat.
Atque illi, qui linteum illud manu tenent,
sufficere possent etiam sine scamnis & lineis
tegumentis eorum, quo casu vel in Sacro, vel
extra Sacrum, ante altare Communio fie-
ret paucarum animarum, utpote decem aut
duodecim.

Nota.

Duo item alii, qui faces duas accensas
manibus tenentes, Sacerdotem semper ante-
cedant, quamdiu Communionem ministrat:
ant, quando circuli sunt breviores, utroque
genu flexo, in utraque circulorum extremi-
tate consistent.

Duo

Duo alii denique, qui in utroque Ecclesiae latere purificationem præbeant iis, qui jam communicati erunt, & tali loco constant, ut purificationem capientes, tergum sanctissimo Sacramento non vertant; aut alioqui impedimento sint iis, qui communicare velint; aut inter se confusio oriatur; neve ipsi impediuntur indecenter officio suo præstando, uti æquum est. Et quando tempus postulabit, ut, quod sui est muneris, faciant, quilibet eorum dextra tenebit vasculum, quo purificationem porrigat; sinistra vero mantile, quo os extergant, qui purificati sunt; & scabellum ab una parte mantili contactum præparatum habebit in quo reponentur vasa duo capaciora, alterum vino, alterum aqua pura refertum, & vasculum aliud minus, ut aqua ministretur iis, qui vinum non bibunt, & interdum minora vascula vel mutant, vel recentiore aqua impleant.

Quando vero, propter frequentiores Communiones, majoris commoditatis, & minoris tumultus causa magis expedire judicarent dare purificationem populo, antequam ab eo scamno, ubi Communionem perceperit, recedat; eo casu scabelli apparatus, & aliarum rerum dictarum, ad Communionem pertinentium, erit uno quodam loco in Ecclesia ab uno altaris latere, ante quod fit Communio; & duo isti ministri non stabunt separati loco superius designato, sed ambo mutuam operam navabunt, in danda purificatione, & eorum alter dextra tenebit vasculum minus, vino refertum, quo purificationem

eandi
singulis
de man
Qu
tim qu
num a
gendur
culo, u
gat, at
culi,
capiat,
Alter
lis maj
rum aq
re, pr
datur,
usum.
det, v
nisi exi
oration
licæ (a
incipian
antequa
nem su
nem pr
semper
& puri
etiam p

(a)
ut non c
terjecto
scil. an

oque Ec- candi erunt, & sinistra mantile, offerentes
nt iis, qui singulis primum vasculum cum vino, dein-
oco con- de mantile ad extergendum.

, tergum Quamquam convenientius erit, præfer-
ant; aut tim quando purificabuntur mulieres, ut vi-
communi- num ad purificandum, & mantile ad exter-
oriatur; gendum porrigat ei, qui primus erit in cir-
fficio suo culo, ut is sequenti deinde supradicta porri-
ando tem- gat, atque ita deinceps ad finem usque cir-
muneris, culi, deinde vasculum & mantile iterum
bit vascu- capiat, & ab initio novi circuli incipiat.
t; sinistra Alter eum subsequetur cum duobus vascu-
qui puri- lis majusculis, quorum alterum vino, alte-
arte man- rum aqua erit refertum, ut in vasculo mino-
it in quo re, prout opus erit, vinum & aqua infun-
alterum vi- datur, ut mundetur sæpius, & in alium etiam
& vascu- usum. Quo casu observet, ut vel ipse non
retur iis, det, vel alicui capere sinat purificationem,
um mino- nisi exiguo admodum spatio, veluti unius
iore aqua orationis Dominicæ, & salutationis Ange-
lica (a) post Communionem, & ob id non
incipiant purificationem in circuli principio,
antequam octo animæ vel circa, Communionem
sumpserint; atque ita, qui purificatio-
nem præbet, Sacerdotem communicantem
semper subsequatur, sic ut inter Sacerdotem
& purificationis calicem, octo, aut plures
etiam personæ intersint.

NOTA AD CAPUT VII.

(a) Id etiam his in partibus deberet servari,
ut non detur ablutio post Communionem, nisi in-
terjecto brevi aliquo spatio, post communicatas
scil. animas circiter octo.

CAPUT VIII.

De Locis, ubi non potest haberi magnus numerus Ministrorum.

Ubi Clericorum copia non suppetit tanto numero, quanto ad prædicta munera obeunda superius commemoratum est; eorum vicem supplere poterunt in quibusdam prædictis officiis vel pueri vestibus longioribus & superpelliceis decoris induti, aut quo casu & ipsi defuerint, nonnulli ex scholaribus societatis Corporis Domini; qui & eorum officiorum causa, & aliorum complurium, quæ facere poterunt in sanctissimo Sacramento ad infirmos deferendo, prospiciant sibi, quam citissime fieri poterit, de quatuor aut sex vestibus, qualibus disciplinantes utuntur, sed tamen sine capitis tegmento, & ubi fieri poterint ex tela sangalla (ut dicitur) eaque rubei coloris, qua induantur laici isti scholares, qui aliquod ex prædictis officiis exequuntur.

In omnem eventum, ubi interdum omnia ista subsidia adhiberi non possent, duo isti, qui schedulas & communicandorum candelas accipient, non requirentur quidem, nisi in Paschalibus Communionibus. Poterunt etiam satisfieri officio eorum, qui duas facies majusculas tenent, si facies ipsæ incensæ candelabris imponantur, aut cancellis a lateribus circulorum aut ordinum eorum, qui communicaturi sunt; nec iis etiam duobus opus erit, quibus purificationis populo præbenda

Observa-
tu facilia.

officiu
nullus
ficatio
latere
munio
scamni
casu fu
per sca
dis co
vino,
dum,
recipie
lia ad
prout
se ad
etiam
De
Comm
tectis
duobu
neum
Qu
rient,
mantili
ne, fir
bus, &
etate,
(a)
ministro
re ablut
postquan
de infra
offi-
S. Ca

peri m
.

etit tant
a munere
st; eorum
usdam et
ngioribus
ut quo ca
cholaribus
& eorum
plurium
Sacramen
ciant sibi
uatuor aut
s utuntur
& ubi fieri
ar) eaque
i isti scho
ficiis ex

um omni
duo isti
um cand
idem, ni

Poten
duas face
censæ can
is a later
ni commu
obus opus
præbenda
offi-

officium incumbit, cum vel unus tantum, vel nullus etiam constitui potest, quando purificatio datur, non in ipsis ordinibus, sed a latere, ad quod se recipiunt, qui jam Communionem sumpserunt, recedentes (a) a scamnis vel ordinibus, ubi sumpserunt; quo casu suffecerit præparare commodo loco, super scabellum mappis contexta, uti ex prædictis constat, duo vasa majuscula, alterum vino, alterum aqua refertum ad purificandum, quin & vascula minora ad dandam & recipiendam purificationem, tum & mantilia ad extergendum; & jubere, ut quilibet, prout Communionem sumpserint, vadant per se ad purificationem sumendam, nemine etiam assistente.


Cavendum, ne admisceatur tantum aquæ, ut pareat nauseam inassuetis.

Denique necessitatis causa posset peragi Communio, adhibitis tantum scamnis contextis suis mappis & mantilibus, absque duobus aliis ab utroque Sacerdotis latere lineam pannum tenentibus.

Qui in mulierum Communionibus fervient, in gestandis cereis, aut substernendis mantilibus, aut in administranda purificatione, sint maxime approbati, modestis moribus, & matura ætate, aut contra, puerili ætate, & plane simplices.

NOTA AD CAPUT VIII.

(a) Ubi non potest haberi magnus numerus ministrorum, quilibet potest ire, & per se sumere ablutionem loco ad eam destinato; eat autem, postquam spatio aliquo brevi se recollegerit. Vide infra Cap. 12.



CAPUT IX.

*De habitu ejus, qui Eucharistiam
administret.*

Quando occurrit Sacerdotem administrare Communionem, extra Sacrum quidem sed tamen statim finito Sacro; non (a) administret eam habitu eo, quo celebraverit sed eum exuat, & superpelliceo tantum, & stola circumdatus eandem administret.

Parochus ipse & non alius, Paschæ tempore, omnibus in sua Parochia habitantibus Communionem administret, nisi quo casu propter populi multitudinem necesse esset assumere aliquem in subsidium; atque tunc utatur, Sacerdote perito, & prudente, qui istius Parochiæ subditos probe noverit, ne fraude aliqua circumveniat, in exigendis ex statuto nostro schedulis offerendis in ipso Communionis actu.

Parochus, ubi necesse erit sacram Communionem administrare extra Sacrum, curet omnia superius instituta præparari. Si adfuerint quibus reconciliatione opus est, eisdem incumbat, & in altari sex candelæ majusculæ luceant, procuret; deinde antequam ad altare accedat, manus in sacrario abluat, tunc superpelliceo, & stola se circumdet, accendit portarique jubeat duas faces majusculas, & duobus Clericis superpelliceis indutis, & ingressu facelli, & in pede bradellæ (ut dicitur) in medio altaris, nudo capite, & sanctissimum Sacramentum conversus, debite

Numerus
candelarum sit bi-
narius,
aut senarius, prout
est locorum opul-
entia.

reuerentia genuflectat; & si pyxis in ipso altari exposita non esset, extra tabernaculum, seu (ut vocant) mondinum, eo quod vel ille, vel alius, eo die, particulas consecrasset, assistentibus prædictis duobus Clericis, ab De genu-utraque bradellæ parte genibus flexis, faces-flexione.que manu tenentibus, ostium tabernaculi aperiat, eoque aperto, genu iterum flectat, deinde pyxidem educat, & ita tectam altari imponat, corporali in eum usum præparato, sub eadem strato & extenso; & cum jam imposuerit, pyxididis operculum leviter attollat, particulas oculo lustret, iterumque contegat, ac denique genu iterum flectat.

Sit illi regula hæc generalis præscripta in genu flectendo ante sanctissimum Sacramentum; ut, cum altare accesserit, semel flectat in infimo gradu; & priusquam producat pyxidem ex tabernaculo jam aperto, iterum;educta jam & aperta pyxide, iterum; & tandem cum reposuerit, iterum genu reuenter flectat; eumque modum & ordinem seruet, quoties pyxidem aut reponit, aut accipit in altari, ut genu flectat, cum eam volet aut aperire aut attollere; atque idem faciat, cum aut reposuerit, aut contexerit.

(b) Quando incepturus est Communio- nem populi, vel in ipso Sacro, vel extra, recipiat se in alterum altaris cornu, ubi Evangelium legi solet, vultum ad populum convertat, & si matutino tempore concionem non habuerit vel in suggestu, aut suo tempore in ipso Sacro, ubi ad populum verba fecerit, de excellentia, & mirabili fructu sanctissimi hujus Sacramenti, & de condigna

præparatione, qua recipi debeat, officium hoc tunc exequetur, cum viginti, vel circa, se ad sacram Communionem percipiendam offerent; & sub finem singulos monebit, ut genu reverenter flectant, & si tempus (c) erit Paschale, jubebit, si aliquis adfuerit, qui non commoretur in ea Parochia, ut suam adeat, atque ibi communicet juxta præscriptum sacrorum Canonum ita præcipientium Paschali tempore. Deinde jubeat (d) ut populus secum, sacro se signo crucis signet, dicens: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.* Deinde Confessionem generalem vernacula lingua ad formam hujus diocesis, donec aliud statuemus, nullo vel addito, vel omisso verbo.

Servet
in hoc
unusquis-
que ritum
sue Eccle-
siæ.

Io confesso a Dio onnipotente, alla B. Maria sempre Vergine, al B. Michèle Archangelo, al B. Giovan Battista, alli santi Apostoli Pietro & Paolo, al B. Ambrosio Confessore, a tutti gli Santi, & a voi Padre, che ho peccato gravemente, col pensiero, colla parola, & coll' opera, per mia colpa, per mia colpa, per mia grandissima colpa. Perciò prego la B. Vergine Maria, il B. Michèle Archangelo, il B. Giovan Battista, li santi Apostoli Pietro & Paolo, il B. Ambrosio Confessore, & tutti li Santi, & voi Padre, che vogliate far oratione per me, a Dio Signore nostro.

Facta Confessione a populo modo præscripto, dicat Parochus, *Deo gratias;* & sequatur: *Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis nostris, perducat nos ad vitam æternam. R. Amen.* Deinde dextra sanctæ crucis signum faciat super populum,

pulum.
nem &
rum, i
Domin.
conver
riat, i
xidem
bus de
& aliq
neat,
cum or
petite
non su
sed tan
Qu
ti jusse
duobus
cujus
loco d
aut circ
cramen
singuli
gnum
offerre
fri &
in vita
rum f
mentu
Ca
Sacram
qui in
particu
put pr
ut me
minist

officium
vel circa
apiendam
nebit, ut
pus (c)
adfuert,
ut suam
præscri-
ipientium
d) ut po-
gnet, di-
& Spiri-
fessionem
mam hu-
us, nullo

pulum, & dicat: *Indulgentiam, absolutio-
nem & remissionem omnium peccatorum vestro-
rum, tribuat vobis omnipotens & misericors
Dominus. R. Amen.* Quo dicto, ad altare se
convertat, genu flectat, dextra pyxidem ape-
riat, iterum genu flectat, dehinc sinistra py-
xidem capiat, & conversus ad populum duo-
bus dextræ manus digitis particulam capiat,
& aliquamdiu supra pyxidem sublatam te-
neat, & populo dicat: Attollite mentem
cum omni humilitate & devotione, & ter re-
petite mecum, quæ dicturus sum: *Domine
non sum dignus, ut intres sub tectum meum,
sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.*

Quando secum supradicta verba ter repe-
ti iusserit, ab altari recedat, præcedentibus
duobus prædictis Clericis, atque eo etiam,
cujus munus est recipere schedulas, ut suo
loco dictum est, & descendat ad ordinem
aut circulum eorum, quibus sanctissimum Sa-
cramentum administrare volet; & antequam
singulis Communionem offerat, particula si-
gnum sanctæ crucis faciat versus eum, cui
offerre volet, & dicat: *Corpus Domini no-
stri Jesu Christi, custodiat animam tuam,
in vitam æternam, Amen.* In quorum verbo-
rum fine porrigat illi sanctissimum Sacra-
mentum.

Caveat Parochus, ne offerat sanctissimum
Sacramentum illis, qui a tergo sunt eorum,
qui in circulo aut ordine procumbunt, &
particulariter iis, qui ob id non possunt ca-
put protendere, in ipso Communionis actu,
ut mentum propendeat supra scamnum, &
ministri commodè possint lineum pannum
men-

mento supponere, uti statutum est, idque etiam propter decorum, & molestiam, quam huiusmodi facessunt iis, qui in circulo sunt, & ad evitandum, ne vel particula, vel fragmentum ex dicto panno excidat, ut ex prædictis patet.

Parochus ultro citroque commeans, pyxidemque manu tenens, quacumque de causa, ex qua sanctissimum Sacramentum ministrare cæperit, semper duos eos digitos, quibus administrat, supra pyxidem conjunctos teneat, & quoties occurrit, ut pyxidem super altare reponat, duos digitos supra eam diligenter abstergat, ut ea fragmenta in eam concidant, quæ animadvertet adhæsisse ex ministerio Communionis, sive tunc ablationem digitorum est facturus, sive non, quemadmodum inferius dicetur.

Cum autem Communionem absolverit, ad altare redeat, & pyxide super id reposita, subtrato corporali, eam aperculo suo tegat, mox genu reverenter flectat.

Si vero Communio fiet in Sacro, faciat omnia, quæ oportet, ad finem usque Sacri, (uti in Missæ instructionibus dicetur) sed si extra Sacrum fiat, confestim abluat digitos, quibus sanctissimum Sacramentum contigerit, vino in calicem infuso, digitosque deinde panniculo purificatorio abstergat; dehinc ad populum se convertat, & modum hic præscriptum in danda benedictione servet; cavens interim si viros tantum communicabit, ut in oratione verba hæc (*& sororibus*) omittat; contra vero si mulieres tantum communicabit, ut omittat, (*& fratribus*)

bus) unum Dominum Deus tibus fr Etam Emini n me & num n vobiscu eleison medica dicit, tur. R. In mino. V. Pa hæc v pulum Spiritu manea

(a) cum S Comm fiam. vel cer dem e liquet sic hab nem sta in Mi tum d hic dic

t, idque
um, quam
culo sunt,
vel frag
at ex præ

eans, py
e de cau
um mini
digitos,
i conjun
ut pyxi
s digitos
t ea frag
madverte
nunionis,
facturus,
licetur.
bsolverit,
id repoli
rculo suo
t.

ro, faciat
que Sacri
ur) sed si
t digitos,
continge
osque de
gat; de
z modum
tione ser
a commu
(& soror
ieres tan
& fratri
bus)

bus) & sermone utatur singulari, quoties
unum tantum communicaret. Dicat itaque:
Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

*Domine sancte Pater omnipotens æterne
Deus te humiliter deprecamur, ut accipientibus
fratribus & sororibus nostris sacrosanctam
Eucharistiam Corporis & Sanguinis Do
mini nostri Jesu Christi Filii tui, & ani
mæ & corporis sit salus, per eundem Domi
num nostrum &c. R. Amen. V. Dominus
vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Kyrie
eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison. V. Be
nedicat & exaudiat nos Deus. Et dum hoc
dicit, signet semetipsum, & deinde sequatur.
R. Amen. V. Procedamus cum pace.
R. In nomine Christi. V. Benedicamus Do
mino. manus jungat. R. Deo gratias.
V. Pax & benedictio Dei Patris, & cum
hæc verba profert, ter crucis signum ad po
pulum faciat, † omnipotentis, & Filii, † &
Spiritus † sancti descendat super vos, &
maneant semper. R. Amen.*

NOTÆ AD CAPUT IX.

(a) Servet unusquisque ritum suæ Ecclesiæ,
cum Sacerdos ita statim a suo Sacro daturus est
Communione, ut non prius revertatur ad Sacri
ficiam. In Belgio vel non exuit vestes sacrificales
vel certe solum exuit casulam & manipulum. Eum
dem etiam morem S. CAROLO fuisse probatum,
liquet ex Actorum ejus p. 4. de Eucharistia, ubi
sic habetur: Cum celebrata Missa sacram Communio
nem statim ministrat, vestibus sacerdotalibus, quibus
in Missa usus est, indutus ministrabit, casula tan
tum deposita, & manipulo item. Quare, quod
hic dicit „ si statim finito sacro Communione m-

„ nistret, non administret eam habitu eo, quo celebraverit, sed eum exuat, & superpelliceo tantum ac stola circumdatus administret „ intelligendum videtur de illo, qui ministrat statim quidem a Sacro, sed cum aliqua temporis mora interposita, qua vel ad Sacristiam redeat, vel Confessionem alicujus excipiat, vel aliquid in choro cantet.

(b) Hoc est conforme *Conc. Trid. Sess. 24. c. 7.* dicenti: *Præcipit S. Synodus Episcopis omnibus, ut non solum, cum hæc (Sacramenta) per se ipsa erunt populo administranda, prius illorum vim & usum pro suscipientium capto explicent; sed etiam idem a singulis Parochis, pie prudenterque, etiam lingua vernacula, si opus sit, & commode fieri poterit, servari studeant.* Hinc *Syn. 2. Prov. Camera. c. 6. t. 5.* Omnes, qui administrant Sacramenta, illorum vim & usum, pro eorum, qui sumpservint, & adfuerint, capacitate & intelligentia diligenter explicent. Et secunda *Prov. Mech. tit. 2. c. 3.* In administratione quorumcumque Sacramentorum, vi & efficacia eorum pro capto summentium ac presentium, sæpe a Pastoribus explicentur. Si vero quibusdam in locis non videatur opportunum, istam explicationem adhibere, quando Sacramenta administrantur; suppleant Parochi in concionibus & catechizationibus, ibique vim & efficaciam Sacramentorum, ac ritus eorum sedulo explicent.

(c) Etiam extra tempus Paschale Sacramentum Eucharistiæ recipiendum est regulariter a Parocho (salvis Religiosorum privilegiis) ut tradit *Navar. c. 21. n. 52.* vel ab alio de ejus consensu; sed in Paschate præceptum strictius obligat, ut patet ex Canone: *Omnis utriusque sexus.* Tunc enim sub reatu peccati mortalis debet unusquisque (quantumvis apud privilegiatos communicaverit) semel communicare in Parochia; & hoc durante Paschali tempore, quod est a Dominica Palmarum ad Dominicam Quasi modo geniti, inclusive.

(d) Agendum est hic unicuique juxta ritum suæ Ecclesiæ, tam in ritu Confessionis ante Communionem recitandæ, quam in subsequentibus.

Eccle-

Ecclesi
Missa c
Sanguin
xione
secrata
candi)
rint in
extend
cit Con
teor D
& man
nu Eva
cit: M
dextra
Postea
feu pat
unam p
tenet a
tenam,
altaris
alioquin
Dei, e
Domini
dum al
pter p
sed dex
prout c
non su
singulis
stiam c
super
Corpus
mam tu
conting
profuer
stiam p
eis dire
reverta
benedic
quia ill
Si c
benedic

eo, quo ce-
elliceo tan-
et, intelli-
statim qui-
mora inter-
vel Confes-
d in choro

Seff. 24. c. 7.
is omnibus,
per seipsum
vim et
; sed etiam
que, etiam
ode fieri po-
ov. Camera-
ramenta, et
sumpserint,
ia diligenter
c. 3. In ob-
torum, et
ac presen-
Si vero qui-
num, istam
menta admi-
nibus & ca-
ciam Sacra-
ollicent.

sacramentum
r a Parocho
adit Navar.
nsu; sed in
ut patet ex
ic enim sub
que (quan-
verit) semel
ante Pascha
almarum ad
ve.


extra ritum
ante Com-
equentibus
Eccle-

Ecclesiæ Romanæ usus habet, ut, si qui sunt in
Missâ communicandi, Sacerdos post sumptionem
Sanguinis, antequam se purificet, facta genufle-
xione ponat particulas, seu minores hostias con-
secratas in pyxide, vel (si pauci sint communi-
candi) super patenam, nisi a principio positæ fue-
rint in pyxide, seu alio calice. Interim minister
extendit linteum seu velum album, & pro eis fa-
cit Confessionem dicens intelligibili voce: *Confis-*
tor Deo &c. Tum Sacerdos iterum genuflectit,
& manibus junctis vertens se ad populum in cor-
nu Evangelii (ne tergum vertat Sacramento) di-
cit: *Misereatur vestri, & Indulgentiam*, ac manu
dextra facit signum crucis super communicandos.
Postea genu flectens accipit manu sinistra pyxidem
seu patenam cum Sacramento; dextra vero sumit
unam particulam, quam inter pollicem & indicem
tenet aliquantum elevatam super pyxidem seu pa-
tenam, & conversus ad communicandos in medio
altaris (nisi ibi Sacramentum sit discoopertum,
alioquin ad latus Evangelii) dicit: *Ecce Agnus*
Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Deinde dicit:
Domine non sum dignus &c. Caveat autem, ne-
dum aliquid illorum dicit, pectus percutiat, pro-
pter periculum excussionis sacrarum hostiarum,
sed dexteram teneat super pyxidem aut patenam,
prout dictum est. Cum ter repetierit: *Domine*
non sum dignus, accedat ad latus Epistolæ, ac
singulis decenter & magna circumspeditione ho-
stiam communicet, faciens cum ea signum crucis
super pyxidem vel patenam, & simul dicens:
Corpus Domini nostri Jesu Christi. custodiat ani-
mam tuam in vitam æternam, Amen. Ne autem
contingat aliquid sacræ hostiæ in terram cadere,
profuerit pollicem & indicem (quibus sacram ho-
stiam porrigit) sic componere, ut cæteri digiti
eis directe supponantur. Omnibus communicatis
revertatur ad altare, nihil dicens; & non det eis
benedictionem (nisi Missam faciat de Defunctis)
quia illam daturus est in fine Missæ.

Si Communio fit extra Sacrum; in finem det
benedictionem dicens: *Benedictio Dei Omnipotentis*

tis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, descendat super vos, & maneat semper. Quid autem de vino ablutionis suorum digitorum facere debeat, tradit S. CAROLUS *cap. 10.* admonens etiam, ne ex calice sacrato, sed ex alio vase purificatio detur fidelibus non constitutis in sacro Ordine. Idem reperitur in *Syn Dioces. Camerac. An. 1604. tit. 9. cap. 4.*

Quando Sacerdos ab altari longius recedit, ut fideles communicet, v. g. si chorum egreditur, præeant duo luminaria.



CAPUT X.

De Vino Ablutionis.

(a) **V**inum ablutionis, si in Sacro communicabit, sumere debet Curatus, eo modo, quo in Missæ instructione dicitur, secus observare licebit aliquem, ex subscriptis modis, cum jubet sumi. Primum, si Communionem ministraturus est alicui, qui est in sacris, moneat, ut non purificet ante Communionis finem, atque illum deinde jubet sumere sub finem omnem ablutionem, quam in calice fecerit. Secundo, si nemo se ad Communionem offerat, qui sit in sacris, poterit similiter monere Clericum aliquem, qui communicaturus accesserit, atque idem observare, nisi quod ablutionem calicis in vase purificationis infundet, & in eo illi porriget, & absente Clerico, poterit eadem instructione laicum instituire, jubens eum expectare, ne se purificet, & sumere ablutionem ex calice, tamen in vase purificationis infusam, ut supra monuimus.

, descendat
tem de vi
debeat, tra
ne ex ca
detur fide
em reperiet
p. cap. 4.
recedit, u
egreditur.

✠

f.

acro com
it Curatus
e dicitur;
ex subien
rimum, i
licui, qui
ificet ante
deinde ju
olutionem,
si nemo le
in sacris
aliquem,
tque idem
licis in va
i porriget;
instructio
expectare
nem ex cr
infusam

Caveat etiam, si diu duraret Communio-
nis tempus, ne sinat digitis adhærere eam
humiditatem, quæ ex frequenti contactu
sanctissimi Sacramenti digitis ex ore multo-
rum, qui communicant, commadefactis solet
adhærere; quod nauseam quamdam cæteris
communicaturis, aut ablutionem postea ac-
cepturis, movere posset; quam quidem ob
causam profuerit, ad altare redire, & semel
atque iterum ablutionem facere, medio Com-
munionis tempore, pro ratione frequentiæ
& multitudinis; & omnes ablutiones in unum
calicem excipi poterunt, aliis sumendæ of-
ferri, ut supra commonstratum est: & ad
Communione reversus, non erit cur ite-
rum confessionem recitet, sed ea tantum ver-
ba repetat, *Domine non sum dignus*, &c.
Nisi forte Communio fieret extra Sacrum, &
interponeretur quorundam vel confessio,
vel reconciliatio; quo casu & manus abluat,
& confessionem recitari jubeat, eo, quo su-
pra monuimus, modo.

Animadvertat etiam, quod, quando in
ista Communione servaret secundum modum
superius propositum in procurando, ut in-
ter communicandum viri a mulieribus sepa-
rentur, nimirum, si præparasset ad Commu-
nionem duo altaria, eodem die; eo casu,
cum prius virorum Communioni cœpit in-
cumbere, & jam aliquamdiu iis communi-
candis vacaverit, transiturus communicandi
causa, per aliquod tempus, ad mulieres,
pyxidem super altare reponat, & supra eam
digitos absterget, eam operiat, & genu fle-
stat, deinde ad eam altaris partem, ubi

epistola legitur, se recipiat, & ibi digito
vino, aut vino & aqua abluat, & pannicu
lo purificatorio tergat; quo facto ad popu
lum conversus, orationem pronuntiet: *Do
mine sancte Pater, &c.* superius expositam,
& dextra benedictionem det iis virilis sexus
hominibus, qui communicati erunt. Deinde
pyxidem sinistra accipiens, ad illud altare
transibit, ubi mulierum fiet communicatio,
quod præparatum erit decenter, cum cor
porali, & lumine, ut supra fufius continetur.
Atque ibi jubebit recitari confessionem mu
lieribus, eo plane modo, quo dictum est,
& aliquamdiu iis communicandis vacabit
juxta regulas superius commemoratas. Deinde
iterum ad viros revertetur aliquandiu
communicaturus, eodem ordine, ut supra,
atque ita alternatim utrisque officium suum
in communicando impertiatur, eundem sem
per in transeundo ab una parte ad aliam or
dinem servans, qui præcedentibus continetur.
Sed si quando in transgressu a viris ad
mulieres, vel contra, alicujus confessionem
vel reconciliationem audire oportet, eo calice
pyxidem super altare reponat, atque iis ope
ram præstet. Finitis demum confessionibus
vel reconciliationibus, manus abluat, & iis
dem genuflexionibus, & luminibus ad acci
piendam pyxidam redeat, atque iterum ju
beat recitari confessionem, & verba: *Domine
ne non sum dignus*, ut supra dictum est.

Quod si etiam inter utriusque sexus com
municantes, nihil interponat, & ante idem
altare virorum simul & mulierum Communica
tionem instituat, qui tertius est modus superius

rius exp
virorum
digitoru
vet, se
fieret ex
expedie
benedict
mulierum
ut supra
In f
dine sup
fatio sanc

(a) C
nis hic di
notare, c
Missam co
ne & ablu
enim liqu
secunda M
alioquin
celebrare
tio doceat
absque al
calicem,
Domini,
debent S
prima, q
uno ex h
Prim
nistratur
a purifica
rigat: p
qui sint,
lices, &
te, tum
ablutione

bi digitus rursus explicatus in principio, ad separationem virorum a mulieribus; eo casu non est, quod digitorum ablutionem faciat, aut manus lavet, sed quando ista communicandi ratio fieret extra Sacrum, & sit admodum frequens, expediet viros dimittere, cum oratione & benedictione, & in principio Communionis mulierum, facere confessionem, & cætera, ut supra.

In fine Communionis facta ablutione, ordine supra dicto, data benedictione, & reposito sanctissimo Sacramento, manus abluat.

NOTA AD CAPUT X.

(a) Occasione illorum, quæ de vino ablutionis hic dicit S. CAROLUS, operæ pretium est adnotare, quid Sacerdos, in Nativitate Domini ter Missam celebraturus, agere debeat de purificatione & ablutione tum calicis, tum digitorum. Cum enim liquido constet, eum nec in prima, nec in secunda Missa posse ablutionem sumere, eo quod alioquin non esset jejunus, atque ita non posset celebrare Missam sequentem; cum etiam recta ratio doceat, ipsum non debere digitos dimittere absque ablutione, neque deceat, vel digitos vel calicem, immediate post Sanguinem & Corpus Domini, purificatorio abstergi; prudentes esse debent Sacerdotes hoc in negotio. Quare tam in prima, quam in secunda Missa, celebrans utatur uno ex hic sequentibus modis.

Primus est, si in Missa Communionem est ministraturus alicui, & is sit in sacris, moneat, ut a purificatione abstineat, usque dum & ipse porrigat: postquam vero illum, ac etiam alios, si qui sint, communicavit, ministro vinum in pollices, & indices super calicem extentos fundente, tum digitos, tum calicem abluat, illamque ablutionem præbeat ei in sacris constituto, quem

communicavit, ac deinde purificatorio digitos, ipsumque calicem abstergat. Quod si nemo ad Communionem offerat, qui sit in sacris, poterit similiter monere Clericum aliquem, qui communicaturus accesserit, atque idem observare, nisi quod ablutionem ex calice in vas purificationis infundet, & in eo illi porriget; & absente Clerico, poterit eadem instructione laicum instructuere, jubens eum expectare, ne purificationem sumat, ac deinde præbeat illi prædictam calicis & digitorum ablutionem, in vas purificationis infusam.

Secundus modus est, ut celebrans præter calicem, quo ad consecrandum utitur, habeat in altari paratum aut vas purificationis, aut eo deficiente, alterum calicem, in quem tam in prima quam in secunda Missa infundat digitorum & calicis, quem consecravit, ablutionem, modo superius dicto acceptam; eamque vel communicantibus distribuat, ex vase non sacro, vel ipse sumat in purificatione Missæ tertiæ. Quod si non eodem in loco facturus sit Missam tertiam, nullusque post eum sit isto die ibidem celebraturus; præfatam ablutionem decenter asservet in die proximum, quo illic celebrabit, ac tum eam sumat in purificatione Missæ istius diei.

Tertius modus est, ut celebrans ministro vinum in pollices & indices super calicem extensos fundente, suos digitos ita abluat, ac deinde purificatorio abstergat; vinum autem illud in calice relinquat, ac in subsequente Missa consecret. Quia tamen ob reverentiam Sacramenti non tantum decet, illud vinum consecrare, in quo fuerunt digiti abluti; non videtur iste modus prædicandus, nisi quando cæteri non possunt servari, scilicet, quando nullus est communicaturus, nullum vas purificationis, nullus secundus calix, in quo excipiatur, & reservetur ablutio; hæc autem positis, videtur posse practicari. Qui vero aliis etiam temporibus duas Missas celebrare debent, ut Parochi duas Ecclesias habentes; prima

vel secunda
secunda
monend
eto Par
Missali
duabus
municen
Officiu
morem



D
In occ
quæ
etiam c
quod f
turis n
nimiru
adminis
dus par
constat
mappis
munica
quidem
aut eju
descend
sum, a
sue situ
ministrabi
est, si
duoden

io digitos, vel secundo modo uti possunt in prima Missa, ut
 si nemo sacris, po- secundam jejuni celebrent. Hac etiam occasione
 n, qui com- monendi sunt ejusmodi Pastores, quod in die san-
 observare, cto Parasceves non possint Officium (quod in
 purificatione Missali continetur istius diei proprium) facere in
 & absente duabus Ecclesiis, sed solum in una; ne vel com-
 aicum in Officium peragant absque usu calicis, & contra
 rificationem morem Ecclesiæ.



CAPUT XI.

De Communionem paucorum.

In occasionibus cujuslibet Communionis,
 quæ reliquo anni tempore fit, superius
 etiam commemorata ratio observabitur, nisi
 quod schedulæ & candelæ, a communica-
 turis non exigentur, & si pauciores erunt,
 nimirum decem, sive duodecim, poterit iis
 administrari Communio ad altaris ipsius gra-
 dus panno sub mentum extenso, ut superius
 constat, non adhibitis scamnis, una cum
 mappis; sed si mulieres erunt, quæ com-
 municaturæ accefferint, cavebit, ne ob eam
 quidem causam ad altare propius accedant,
 aut ejus gradus, sed ipse potius nonnihil
 descendet, utpote ad sacelli primum ingres-
 sum, aut alium similem locum juxta Eccle-
 siæ situm, & ibi Communionem iis admi-
 nistrabit, solo substrato linteo, ut dictum
 est, sine scamnis, quando denarium aut
 duodenarium numerum non excefferint.

CAPUT XII.

De variis Monitionibus ad Communionem.

In executionem ejus, quod jam pridem statueramus in Concilio nostro Provinciali primo, ad majorem reverentiam sanctissimi Sacramenti Altaris, Parochus quandoque in anni decursu, præcipue in Quadragesima, & specialiter Dominica Palmarum, populum suum per se & per Concionatores, si qui fuerint, de subscriptis rebus admoneat.

Ut omnes omnino mulieres, cujuscunque gradus, status, aut conditionis fuerint, omni tempore ad sanctissimam Communionem se offerant, sine capillis crispis, sine fuce, & ceruffatis genis, sine gemmulis ex auriculis dependentibus, sine ventilabris aut flabellis, vestibus auro circumdatis, aut acu pictis, & id genus alio inusitato ornatu; sed prodeant vestibus simplicibus, capite velato, vel panno lineo, aut aliis linteis, aut vero serico, coloris modesti & decentis, & velo non pellucido, utque velum usque adeo in frontem propendeat, ut in Communionis ipsius actu Sacerdotis faciem contrari nequeant, sed tantum sanctissimum Sacramentum, quando ab illo administratur.

Ut viri etiam ad sanctissimam Communionem accedant, vestitu modesto, sine ullo vel aureo vel argenteo ornatu, non acupicto, aut incisione aliqua elaborato, sine capitiis, externo vel novo artificio confectis,

etis,

etis, au
habeant
que etia
hi, nequ
admitter
ullo unc
bitu &
Qui
mi Sacr
alioqui
irrever
Sacrame
Paroch
nutas p
universu
nebitur
Commun
ut sciant
gestu,
beant.
Ut
viri tho
Commun
latur;
nisi max
culla; a
Ut
manus i
libus su
rebus.
Ut d
cedunt,
properan
tione,
verentia.
S. Can

Com.

n priden

Provincia

a sanctissi

s quando

a Quadra

almarum

ionatores

ous admo

eujuscum

is fuerint

Communion

spis, sine

mmulis ex

ventilabris

ndatis, aut

itatio orna

bus, capi

is linteis

& decentis

lum usque

n Commu

m contra

um Sacra

ratur.

Commu

, sine ul

, non acc

rato, sine

cio conse

etis,

etis, aut aliis id genus vanitatibus, neque habeant in eo saltem actu arma offensiva, neque etiam defensiva detecta; alioqui neque hi, neque illæ ad sanctissimam Communionem admittentur; quemadmodum statuimus, ne ullo unquam tempore admittantur, sine habitu & modestia, de qua supra actum est.

Quia in ipso actu receptionis sanctissimi Sacramenti, præcipue inter rudes, aut alioqui male institutos, multæ occasiones irreverentiæ accidere possent, sanctissimo Sacramento indignæ; ob id placuit nobis Parocho subsequentes instructiones ita minutas præscribere, quas populum suum in universum opportuno tempore docere tenebitur, etiam quo tempore sanctissimam Communionem administrabit, si opus erit, ut sciant, qua modestia, & exteriori etiam gestu, ad recipiendam eam accedere debeant.

Ut in pagis abusus iste, quo nonnulli viri thorace tantum, aut tunica vestiti ad Communionem accedere consueverunt, tollatur; neque quisquam accedere audeat, nisi maxima urgente necessitate, sine cuculla, aut mantello.

Ut nemo in ea occasione chirothecis manus impeditas habeat, aut manicis pelliculis suffultis, stropholis, aut similibus rebus.

Ut dum alii in circulis abeuntibus succedunt, aut ad purificationem sumendam properant, non se moveant nimia festinatione, sed omni modestia, quiete, & reverentia.

S. Car. Instr. Past.

T

Ut

Ut unusquisque accedens propius communicandum, panni linei extremam partem utraque manu capiat, quem ii, quos supra nominavimus, mento ex adverso subijciunt, eumque modeste attollat, & mento suo ad ea, quæ accidere possent, vitanda pericula subijciat.

Ut in receptionis actu sanctissimi Sacramenti, neque caput nimium protendat, neque indecore retrahat, quadam festina vehementia, ut plerique non sine periculo facere solent.

Ut in receptione faciem nonnihil attollat, majoris commoditatis causa.

Ut os ita quidem diducat, ut in administrando sanctissimo Sacramento Sacerdos objectam barbam non offendat, aut labra, aut etiam superiores dentes.

Ut linguam ita modeste egerat, ne ejus extremitas inferiores dentes excedat, sed illis innitatur.

Non est Ut post Communionem caput nonnihil probandum, demittat, non festinanter, sed reverenter, nec prius quam Sacerdos manum, qua Communionem administraverit, jam retraxerit.

quod aliqui post Communionem Ut quando sanctissimam Communionem sumperit, eam deglutiat, cum reverentia, sic quidem, ut, quantum fieri potest, lingua palatum non contingat.

lintheum ori admovent: quia sic possent hostiam ejicere, quod aliquando fit a fortilegis. Ut postquam unusquisque sanctissimum Sacramentum perceperit, eodem in loco meditabundus permaneat spatio, quo oratio Dominica cum Angelica salutatione recitari posset; deinde confurgens omnino se purificatum vadat loco ad id ordinatum cum

cum Pa
in eode

Cav
tionem
si vel p
firmitat

tempus
aut aliu
cetur,
postea c
nolit, a
in igne

(a)
ra post
nem.

Susc
clesiæ
tamen a
illi imp
preces
dum pr

Ut
perunt,
nito Sa
tur Com
crum M
bitas g
cum ora
munion

(b)
que ger
tione p

propius cum Parochus non curaverit purificationem
in eodem Communionis loco dari.

Caveat, ne exspuat, nisi post purificationem mediæ interjecto horæ spatio; & si vel propter catharrum, aut alterius infirmitatis causam, necessario ante prædictum tempus exspuendum ei esset, in murum aut alium locum exspuat; ubi non conculcet, aut in panniculum mundum, quod postea comburat, aut saltem, si comburere nolit, abluat, & aquam, qua ablutum erit, in ignem conjiciat.

(a) Non sumat cibum, nisi media hora post receptam sanctissimam Communionem.

Suscepta purificatione, in aliquem Ecclesiæ angulum se subducatur, conversum tamen ad altare majus, ubi alii non sint illi impedimento, & ibi genibus flexis, preces effundat, dum alii ad communicandum prodeunt.

Ut illi, qui Communionem jam perceperunt, ab Ecclesia non recedant, nisi finito Sacro, in quo sanctissima administratur Communio; & quando sit extra sacrum Missæ officium, non prius quam debitas gratiarum actiones Deo reddiderint, cum oratione, quæ dicenda est in fine Communionis.

(b) Ut illi, qui præsentibus sunt, utroque genu flexo in terram cum omni devotione procumbant.

NOTÆ AD CAPUT XII.

(a) Propter Sacramenti reverentiam, licet mora aliqua debet intercedere inter ejus sumptionem & reliquos cibos, ut etiam *B. Thom.* attigit 3. p. q. 80. art. 8. ad 6. non est tamen determinata. Quod expectetur ferme media hora, quando commode fieri potest, laudabile consilium est. Mora longior exigebatur secundum antiquos canones; sed illi per contrariam consuetudinem sunt abrogati.

(b) Quod orantes, sive præsentem Venerabilem Sacramento, sive absente, flectant unum genu, de altero semipatibulum facientes, a pietate et prorsus alienum, & militibus illis, qui genu flectunt ante Christum, illudebant ei, *Math.* 27. omnino consentaneum. Inculcent Pastores, quod de Salomone scribitur 3. *Reg.* 8. *Utrumque genu in terram fixerat.* Quod de Esdra 1. *Esdræ* 9. *Curvavi genua mea.* Quod *Dan.* 6. de Daniele: *Tribus temporibus in die flectebat genua, & adorabat.* Quod de se Paulus *Ephes.* 3. *Hujus rei gratia flectu genua mea ad Patrem.* Quod denique de capite nostro Christo, *Luc.* 22. *Et positis genibus orabat dicens.* Si Filius Dei pro nobis flexit utrumque genu, qua audacia, nos miseri, flectemus unicuique? Videatur hujus Instruct. pars 1. cap. 21. fin.

Et si S. CAROLUS nihil in hac sua Pastorum Instructione præscribat de modo sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum deferendi ad infirmos, quod eum ex Ritualibus seu Manualibus Pastorum sufficienter notum supponat: rem tamen non inutilem facturum me existimavi, si nonnulla hic annotarem.

Primum. Ex Constitut. Pii V. ac Resp. Caroli V. non licere sacram Eucharistiam deferre ad ægrotantes, qui morbi gravitate impediti sumere eam non possunt, sed venerationis gratia tolerare eam deosculari. Et, si forte aliquo in loco talis est consuetudo; eam Pontifex vult aboleri.

vero tu
tum est
possit S
vomitus
beatu
Doceat
commu
ctionem
comedat
quod in
sponsis C
Añorum
nendum
deprehe
ægrotus
quam d
ante no

Secu
dignam
deferri
umbella
faces ar
optandu
ubi com
deferatu
tale ac t
quam ho
latræ c
per rece
tur vere
guis, u
JESU C

Tert
vari, de
præcipit
custode
te. Ac
lucque l
viter an
bus gest
mentem

I.

iam, licet
us sumptio
Thom. atti-
tamen de
media horu-
dabile con-
secundum
ariam con-

Venerabil
num genu
pietate est
i genu flexi
27. omni
uod de Sa-
que genu in
bra 9. Cur-
niele: Tri-
es adorabat
rei gratia
ique de ca-
sitis genit
exit utrum-
stemus uni-
cap. 21. su-

pastorum Ie-
num Eucha-
mos, quod
pastorum sub-
a non inu-
ulla hic ad-

Resp. Car-
n deferre ad
editi sume-
gratia tole-
n loco talis
aboleri. S
ve-

vero tunc demum, quando ad ægroti ædes ven-
tum est, aliquid ob stare intelligatur, quo minus
possit Sacramentum tuto accipere, ut si timeatur
vomitus, vel aliquod simile inconueniens: exhi-
beatur adorandum, sed non detur osculandum.
Doceatur autem infirmus, quo pacto spiritualiter
communicet, scilicet si fide viva, quæ per dile-
ctionem operatur, incensus, desiderio & voto
comedat illum panem cœlestem. Ita intelligimus,
quod in *Pastorali Mechl.* monetur, collato cum *Re-
sponsis Cardin.* His consonant, quæ S. CAROLUS
Actorum p. 4. de Visi. Infirm. præscripsit, propo-
nendum esse Sacramentum adorandum ægrotis, qui
deprehenditur non posse communicare, si ipse
ægrotus ita desideret; sed nec Sacerdos illud un-
quam deferat ad eum, quem sumere non posse
ante noverit.

Secundum. Rem Deo, tantoque Sacramento
dignam faciunt, qui Sacrosanctam Eucharistiam
deferri curant ad ægrotos per Sacerdotem, sub
umbella, indutum superpelliceo & stola, pluribus
faces ardentes aut lucernas præferentibus. Atque
optandum foret, ut in omnibus oppidis ac locis,
ubi commodè fieri potest, tali ritu & solemnitate
deferatur. Omni enim modo laborandum est, ut
tale ac tantum Sacramentum quam decentissime &
quam honorificentissime tractetur, utpote quod
latriæ cultu, pro more in catholica Ecclesia sem-
per recepto, est honorandum; ut in quo contine-
tur vere realiter, & substantialiter corpus & san-
guis, una cum anima & Divinitate Domini nostri
JESU CHRISTI, ac proinde totus Christus.

*Syn. Trid.
Sess. 13.
c. 5.*

Tertium. Ubi non possunt hæc singula obser-
vari, debet tamen Sacerdos (ut in Pastoralibus
præcipitur) esse vestitus superpelliceo & stola;
custode cum lumine & signo campanæ præeun-
te. Ac inter eundem ne vagos oculos huc il-
lucque leviter conjiciat, sed timide potius ac gra-
viter ambulet; cœlestemque illum, quem mani-
bus gestat, thesaurum fide portet, & linguam ac
mentem precando exerceat, quoad in ægrotan-

tis ædes ingrediatur. Psalmos proinde pœnitentiales, hymnos de sanctis. Sacramento, piisque alias preces recitabit, Clerico, aliisque etiam respondentibus. Ingressus vero domum, omnia observabit, quæ in suo Rituali præscribuntur.

Quartum. Cum & ratio postulet, & Concilii Trid. Sess. 13. canon. 7. totaque antiquitas velit, ut sacra Eucharistia ad infirmos deferatur honorifice: Parochus, five ob quarundam personarum frequenter, aut etiam quotidie communicare volentium devotionem; five ob itineris longitudinem, non debet hoc Sacramentum occulte deferre, sine lumine, & sine honore, nisi casus per Episcopum cognitis & probatis; ut cum per abrupta viarum, locaque tum periculosa, tum difficilia gradiendum est. Et quia, repentinis casibus advenientibus, non facilis est ad Episcopum recursus, illi, qui parochias habent ejusmodi difficultatibus obnoxias, non deberent expectare necessitatem, sed eam prævenientes opportune petere, quid eos agere velint Superiores in similibus itineribus. Nam quod proprio motu non debeant veterem Ecclesiæ morem immutare, & non honorifice deferre illum, qui omni honore dignissimus est, ex subjunctis colligere possunt. Sic decrevit Illustriss. D. Franciscus Bonhomius, in Reformationis Ecclesiasticæ Decretis: Duæ consecratae particulae (sive hostiæ) cum infirmis ministranda est Communio, in pyxide deferantur, & una infirmo exhibita, alteram ad Ecclesiam sub umbella, ut erit superpelliceo, orario (i. e. stola) & pluviæ indutus Parochus, cum eodem honore, & cereorum accensorum comitatu referat; nisi cum per aspera, adeoque difficilia loca est pertransigendum, ut vix Parochus ipse cum pyxide ad collum appensa, stola tamen & superpelliceo vestitus, possit accedere; tunc enim unam tantum particulam sub minori umbella cum duabus laternis, Clericoque item cum tintinnabulo, & vasculo aquæ benedictæ præeunte, deferre licebit. In reditu autem luminibus extinctis, & pyxide recondita, stola

super-

superpelliceo
in hisce
vari, a
xerunt.
sidentia
ad ægre
pelliceo
eunte;
ga Sac
mum.
(hæc S
dam E
volunt,
lumine,
scoporu
deferun
terdum
tuntur.
ri; ne
vasculu
luminis.
eundo,
aspera
casu Sa
tos san
Quis si
superpe
te; an
pyxide
præfere
nerum
dum est
dicio,
enim q
linensis
confort
Provinc
flores,
Corpor
nunqua
nati sto
indutus

ne poenitent
o, piasque
ne etiam re
omnia ob
untur.

, & Con
tiquitas ve
feratur ho
ndam perfe
e communi
tineris lon
tum occulte
e, nisi car
is; ut cum
culofa, tum
repentini
t ad Episco
ent ejusmo
erent expe
es opportu
eriores in
o motu non
mutare, &
mni honore
ere possunt
nhomius, in

Duae con
firmis min
erantur, &
iam sub un
i. e. stola)
dem honore
at; nisi cum
pertransien
de ad collum
vestitus, &
a particulam
is, Clerico
aque bene
reditu autem
lita, stola
super-

superpelliceumque exuat. Sed ne causetur aliquis, in hisce Belgii Provinciis talia non posse observari, addam ea, quæ Provinciales Synodi sanxerunt. Prima Camerac. cap. 3. de Pastorum Residentia: Venerabile Corporis Christi Sacramentum ad ægrotos non perferant Rectores, nisi stola & superpelliceo decenter ornati, lumine & campanula præeunte; quo populus admoneatur officii sui, tum erga Sacramentum, tum vero erga laborantem infirmum. Secunda Camerac. tit. 9. cap. 2. Improbatur (hæc Synodus) similiter abusum eorum, qui sanctam Eucharistiam ægris, qui morbum dissimulare volunt, seu alio quocumque prætextu, occulte sine lumine, & sine honore deferunt; nisi de expressa Episcoporum licentia id faciant. Sed & eorum, qui deferunt quidem cum lumine; sed sine lumine & interdum etiam sine sacra hostia ad Ecclesiam reveruntur. Præcipit itaque duas semper hostias deferri; ne Parocho ad Ecclesiam redeunte, populus inane vasculum adoret; & cum eodem honore præeuntis luminis. Parocho ipso non minus redeundo, quam eundo, stola & superpelliceo ornato; nisi forte per aspera & difficilia loca ipsi gradiendum sit. Quo casu Sacerdos, quo poterit decentiore modo ad ægrotos sanctissimam Eucharistiam deferat. Ita Syn. Quis sit ille modus, an, ut solum eundo stola & superpelliceo vestitus procedat, lumine præeunte; an ut sine superpelliceo, stola tamen indutas, pyxide ad collum appensa, & Clerico laternam præferente; an vero etiam sine lumine; pro itinerum longitudine simul & asperitate, definiendum est Ordinarii, seu ejus, cui commiserit, iudicio, magis quam privato ipsius Parochi. Sunt enim quidam, in hac re nimis licentiosi. Mechlinensis vero secunda Prov. Synodus, tit. 7. cap. 3. conformiter ad ea, quæ decreta fuerunt in prima Provinciali, cap. 8. de Sacrament. ita statuit: Pastores, & quicumque alii Sacerdotes, venerabilis Corporis Christi Sacramentum ad ægrotos aut alios, nunquam præferant, nisi decenter & reverenter ornati stola & superpelliceo, & Custos superpelliceo indutus lumen & campanulam sonantem præferat;

quo populus sui moneatur officii, tum erga Sacramentum, tum erga laborantem infirmum. Inque observetur, etiamsi infirmus frequentius ægritudine sua Viaticum salutis sibi deferri potest; alioquin pœna arbitraria punientur. Quando fieri potest, antequam sacra Eucharistia ad ægrotum deferatur, præmittatur confessio. Synod. Atreb. Francisci Richardoti, cap. 4. de Eucharistia: Feratur ægrotis, sed reverenter, ut decet, & a majoribus nobis traditum est. Quando autem feretur, volumus (ait Jo. Six Episc. in Syn. Audomar. cap. 5. tit. de Euchar.) non occurrari pyxidem a Paroco (nisi forte eo versetur loco, quo a sacrilegis hæreticorum injuriis metui possit) sed manifeste illam omni cum reverentia portari, & a custode superpelliceo induto ardentem faciem lucenve præferri, &c. His consentientes videri possunt Constitutiones Archiepiscopi Camerac. in Manuali an. 1622. edito, & Episcopi Atrebat. similiter in Man. anno 1623. impresso. Juxta quas, & omnino juxta veterem Ecclesiæ ritum, debitumque tanto Sacramento honorem, noverint se, tum coram Deo, tum coram hominibus reprehensibiles, siue sint religiosi, siue sæculares Sacerdotes, qui tam sunt temerarii & irreligiosi, ut tam venerabile Sacramentum ad ægrotos deferre audeant sub chlamyde vel toga, occulte sine lumine, sine honore, etiam intra oppidum. Videant autem ejusmodi Religiosi, quomodo possint evadere excommunicationem latam & reservatam in Manualibus Cameracensi & Atrebat ac antea in antiquis Decretis Cameracensi. tit. II. & rursus antea in Clementiani. tit. de Privilegiis, his verbis: Religiosi, qui Clericis aut laicis Sacramentum Unctionis extremæ, vel Eucharistice ministrare, matrimoniave solemnizare, non habita super his paracialis presbyteri licentia speciali; aut qui excommunicatos a canone, præterquam in casibus a jure expressis, vel privilegiis Sedis Apostolicæ concessis eisdem &c. absolvere præsumpserint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto, per Sedem Apostolicam duntaxat absolvendi.

Quintum. Quod in quibusdam locis usu veteri est receptum, expediret passim observari, scilicet, ut Sacerdos infirmum communicaturus, interroget coram comitibus domum ingressis: Num credat omnia, quæ S. Mater Ecclesia credit; an Christum pro nobis passum, mortuum, in Sacramento vere & realiter præsentem. Ita facere solitum sanctæ mem. *Leonardum Gorcomiensem* Pastorem, refert *Domin. Guil. Estius lib. 3. histor. Gorcom. c. 26.* Eam, inquit, disciplinam stricte observabat, ut nemini morituro, ne petenti quidem, solutis Viaticum præberet; nisi clare & diserte de eo Sacramento, hoc se credere, professio, quod catholica credit Ecclesia. Neque aliquando, secus ut faceret, ullis amicorum aut propinquorum ejus, qui ægrotabat, precibus adduci potuit. Idem jam olim ante B. Thomæ Doct. Angelici tempora fuisse consuetum, probat, quod de ipso morti vicino refertur. Allato enim ad eum augustissimo illo Sacramento, interrogatus est de more, num sincera fidei puritate Christum verum DEI Filium, ex Virgine natum, in illa hostia esse crederet? Ego vero, inquit cum multis lachrymis, credo, totoque pectore & mente verum Deum & hominem JESUM CHRISTUM æterni Patris & Virginis Matris filium amplector, confiteorque. Quæ habentur in *Pastorali Atrebat.* antequam infirmus communicate- tur, cum dicta consuetudine prorsus conveniunt. In *Cameracensi* vero similes interrogationes præscribuntur faciendæ ante Sacramentum Extremæ Unctionis, juxta vetustum Ecclesiarum morem; sed, quin pari vel majori ratione ipsas fieri conveniat in sacri Viatici sumptione, quis dubio locus? Vide novissima Manualia, *Camerac. & Atrebat.* Serviunt enim istæ interrogationes, tum ad fidem & devotionem excitandam, tum ad cautelam. Nam si Parochus infirmum communicaturus veniat, simulque confessionem ejus excepturus (quamvis enim per Synodos constitutum sit, ut Confessio prius audiatur, quam veniatur cum venerabili Sacramento; contingit tamen aliquando, id non posse servari) ex ea vero intelligat,

quod sit hæreticus occultus, nec velit hæresim abjurare, vel a petitione Sacramenti desistere quantumcumque monitus: quid aget? Ejusmodi Christi inimico Christum dare, horret animus; recusare vetat sigillum Confessionis. Fortassis persuadere conabitur, ut non petat: bene si persuadere non possit; tunc enim abire poterit, dicens comitibus quod nunc non petat, vel quid simile. Si vero non persuadeat, quid opus facto? Num interrogabit ægrotum, an sit bene dispositus? an credat quæ S. Mater Ecclesia credit? Ubi tales interrogationes non sunt consuetæ, suspicabuntur illi qui præsentem sunt, aliquid extraordinarium esse in isto infirmo, quod Parochum moveat ad faciendas nunc præter suum ordinarium, & visum labitur sigillum. Ubi autem sunt consuetæ; in se expediet post adhibitas occulte monitiones quas Spiritus S. suggeret. Custode & vicinis cubiculum (ut moris est) post confessionem ingressis, infirmum pro more interrogabit: An omnia credat, quæ sancta catholica Romana Ecclesia proficitur, & jubet nos credere? An Christum pro nobis passum & mortuum? An eum in Eucharistia præsentem? An in ea fide velit vivere & mori? Si ad aliquam istarum interrogationum taceat infirmus (quod ab ejusmodi solitum fieri dicitur) repetat Sacerdos interrogationem, nec desistat urgendo, monendo, ac dicendo: Non intellexisti quid interrogem? Interrogo, an credas hoc, &c. Dic aperte mentem tuam, quid trepidas? Si quantumcumque urgeat, perpetuo taceat infirmus, nec velit respondere; dicat Pater: Ego huc veni, ut illi ministrarem venerabile Sacramentum, & (quod ad me pertinet) paratus sum illi præbere, sed non videtur habere usum rationis. Ecce enim coram vobis interrogatus nihil respondet: itaque non dabo. Si vero ad interrogata respondit semper affirmative, quamvis corde ficto, debet ei dare Sacramentum, cogitet autem illud S. Bernardi: *Judicet Deus inter me & te*. Si neget, se credere aliquid eorum, quæ petita sunt: Tum Pastor; Quo modo? Non vis ergo credere,

credere,
meministi
iam non
canus?
riaris,
obstinat
conversu
ram hon
versione
S. Roma
rem, in
illi Sacra
&, quo
tur indig
in Pasto
ses Theo
lanus pro

Sexti
que inte
prehend
dere; n
lum diffi
neget,
nec, ni
crament
iosis, l
regulæ,
stretur i
usum, p
petieran
Pastoral
runt tan
non est

Septi
Sacrame
usu rati
debent;
amentia
expresse
tis est e

lit hære- credere, quod Ecclesia catholica credit? Non
 i defistere meministi Salvatorem Christum dicere: *Si Eccle-*
 ? Ejusmo- *siam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publi-*
 animus; nescis, quod si citra fidem Ecclesiæ mor-
 ortassis per- riaris, procul dubio damnaberis? Si perseverat
 ne si pers- obstinatus, nec vult fateri, quod interrogatur;
 s comitib- conversus Pastor ad præsentem dicat: Ecce mise-
 e. Si ven- rum hominem. Oremus Dominum pro ejus con-
 um interro- versione. Auditis, quod non vult acquiescere fidei
 ? an creda- S. Romanæ Ecclesiæ, sed præelegit suum erro-
 ales interro- rem, in quo & perseverat; quapropter non dabo
 buntur illi illi Sacramentum. His modis & sigillum servat,
 inarium e- &, quod sui officii est, agit, ne Sacramentum de-
 veat ad ea- tur indigno. Ista modo jam dicto tradita vidimus
 m, & vis- in Pastoralibus Bartholomæi ab Aula, quod Lovanien-
 nsuetæ; in- ses Theologi Henricus Gravius, & Joannes Mo-
 monitiones- lanus probarunt anno 1573. Decemb. 23.

Matth.
cap. 18.

Sextum. Quod si uncturus infirmum, similes-
 que interrogationes de more faciens, etiam de-
 prehendant, ipsum nolle consentanea fidei respon-
 dere; non inungat, dum vel unum fidei articu-
 lum diffitetur. Si vero ægrotus nec affirmet, nec
 neget, sed taceat; responsum urgeat Parochus,
 nec, nisi tale dederit, quale decet fidelem, Sa-
 cramentum ministret. De amentibus autem, fu-
 riosis, loquendi usu privatis servantur generales
 regulæ, ut Sacramentum Extr. Unctionis mini-
 stretur illis, qui antea, dum rationis haberent
 usum, piam animi significationem dederant, aut
 petierant inungi, aut fuerant bonæ famæ. Vide
Pastorale Mechlin. Illis vero, qui nunquam habue-
 runt tantum rationis usum, ut peccari potuerint,
 non est dandum *S. Thom. suppl. q. 32. art. 3.*

Septimum. Augustissimum etiam Eucharistiæ
 Sacramentum amentibus illis, qui perpetuo carent
 usu rationis, ne quidem in fine vitæ ministrari
 debent; aliis vero, si, antequam inciderent in
 amentiam, vel dum essent in lucidis intervallis,
 expresse vel implicite petierant, in articulo mor-
 tis est exhibendum, modo non timeatur pericu-
 lum

lum vomitus, vel expulſionis, vel alterius irreverentia. *S. Thom.* 3. p. q. 80. art. 9. *Sylveſt.* verbo *Eucharistia* 3. q. 5. *Paluda.* 1. n. 4. d. 9. *Domini Soto* d. 12. 1. Cap. *is qui*, 26. q. 6. Sed quia ſemper ſubest periculum alicujus indignitatis, et incommodi, ideo *Molanus* in ſua *Practica tract.* 4. c. 8. cenſet, non eſſe illis dandum. Certe conſiderandum eſt ſerio, num vere ſubſit periculum, & quod.

Oſtavum. Sacerdos ægrotum uncturus, præcedere debet indutus ſuperpelliceo & ſtola, accepto ſecum oleo infirmorum; præcedente Clerico, qui portet librum, crucem & lumen, ut in Synodis, & Paſtoralibus præſcribitur. Quando tamen ex difficultate itineris, aut ob aliquod periculum deferri poteſt venerabile Sacramentum ſine ſolemnitate; poteſt & iſtud, pyxide ſacri olei collo appenſa.



ius irreve
vest. verbo
9. Domini
d quia fer
nitatis, au
ica tract. 4.
erte confi
periculum,

urus, pro
stola, ac
dente Cle
umen, ut
ur. Quar
ob aliquod
cramentum
xide sa



EDI

EDICTUM DE SACRA ORDINATIONE.

CAROLUS S. R. E. Presb. Card. tit.
S. PRAXEDIS, Dei & Apost. Sedis gratia,
Arciepiscopus S. Ecclesiæ Medio-
lanensis.

Magna est Sacramenti Ordinis dignitas,
magnaque hujus dignitatis præstan-
tia, ac magni propterea ponderis
est, maximique momenti, sacros Ordines &
conferre, & suscipere; id quod cum sæpe
beatus Apostolus Paulus multis verbis do-
ceat; tum aliorum etiam Apostolorum exem-
pla monent; tum sacrosanctæ præterea Eccle-
siæ instituta plane declarant, quibus cautum
est, sacram Ordinationem solemniter haberi
certis statis quatuor anni temporibus oratio-
ni, & jejunio consecratis; tum id ipsum item
aperte significant sanctorum Patrum decreta,
& illa quidem multa de eorum, qui ordinis
Sacramento initiari volunt, vita, moribus,
genere, patria, ætate, institutione, loci edu-
catione, doctrina, instructioneque in lege
Dei, & cæteris virtutibus edita. Cum igitur
summa cura, summaque diligentia, ac solli-
citus plena vigilantia, plenaque prudentia
adhibenda sit in dispensatione divinorum mu-
nerum,

nerum, & cœlestium dignitatum, cujusmodi sunt in Ecclesia Clericorum, ecclesiasticorum, que hominum munera: nos sacram Ordinationem proxime solemniter celebraturi, ut ne Ordines aut indignis conferantur, aut vitio suscipientium dignitas Ordinum minuetur; hæc partim ex sacrorum Canonum jure, partim ex Pontificum sanctionibus, partim ex Patrum regulis, partim ex œcumenica Synodo Tridentina, partim ex nostris Provincialibus Conciliis sumpta, hoc nostro Edicto comprehensa, eo de genere toto monemus, statuimus, edicimus, ac promulgamus.

Ac primum quidem denunciamus ab omni sacra Ordinationis limine, & ingressu arcendos esse omnes & singulos, canonicis impedimentis irretitos, veluti minores natu, Sacramento Chrismatis non confirmatos, rudes, & ignaros, criminosos, solemniter pœnitentes, neophytos, ebrietati & gulæ deditos, impudicos, lapsos post Ordinem susceptum, perjuros, usurarios manifestos, infames, ratiociniis obligatos, servos, corpore vitiatos, insigniter deformes, illegitime natos, peregrinos & ignotos, bigamos, irregulares, quovis alio modo suspensos, interdictos, excommunicatos, amentes, morbo caduco laborantes, energumenos, non examinatos & probatos, furtim per saltumve promotos.

Si quis vero hujusmodi, vel alio quovis impedimento, etiam occulte illigatus teneatur, illud plane nobis saltem patefaciat, atquequam se sacris istis Clericalis militiæ mysteriis obtrudere audeat.

Por
quocum
non pat
li indu
& Ordin
natoribu
Scri
spensati
vel pen
que alic
ptas, V
das, ill
approba
beat,
examina
Cancell
jusmodi
dantur.
Qui
initiari
Ordinat
his liter
omnes,
nationis
suorum
que Ecc
in qua i
eos scil
sunt, b
ve aut
tionem
eorum
ligerter
Ordina
episcop

Porro sciat quisque sibi ad examen pro quocumque ordine accipiendo aditum aliter non patere, quam si decenti vestitu clericali indutus, & cum congrua pro sui status, & Ordinis ratione corona sese coram examinatore sistat.

Scriptas quoque ætatis, natalium aut dispensationis concessæ, beneficii ecclesiastici, vel pensionis, patrimonii, testificationesque aliquas decretis Provincialibus præscriptas, Vicario nostro generali recognoscendas, illiusque subscriptione signandas, ac approbandas quisque initiandus prius exhibeat, quam se examinandum sistat coram examinatore, qui & ipsi quoque a nostro Cancellario Archiepiscopali ante omnia huiusmodi testationibus certi, instructique reddantur.

Quicumque vel tonsura Clericali primum initiari, vel ad Ordines majores, statuta illa Ordinationis die per nos promoveri volunt, his literis edicimus atque significamus, ipsos omnes, & singulos mense ante statam Ordinationis diem, ad nos convenire, tum sua, suorumque parentum, patriæ, parochialisque Ecclesiæ, in cujus vicinia natus est, & in qua item habitat, nomina; tum præterea eos scilicet, qui sacrum Ordinem suscepturi sunt, beneficium ecclesiasticum, pensionemve aut patrimonium, aut sponsonem vel cautionem, cujus nomine titulove unusquisque eorum sacro Ordine initiandus est, recte diligenterque singula notata ad R. Canonicum Ordinarium, Cancellarium nostrum Archiepiscopalem afferre.

Omnes vero, tum eos ipsos, tum alios, qui Ordinibus etiam minoribus initiari volunt, si in urbe illi quidem sunt, feria secunda hebdomadæ Ordinationem proxime præcedentis; si vero Dioecesani, & alii, qui extra urbem habitant, ante quartam feriam hebdomadæ, in quam sacra Ordinatio incidit, ad nos examinis causa iterum convenire, significamus, atque edicimus.

Quo tempore omnis, quicumque vel primam tonsuram, vel Ordines minores, majoresve suscepturus est, ea singula, quæ mox infra Ordine præscribuntur, de se literis legitime testata nobis faciat.

Primo se legitimo matrimonio natum esse, aut ob natalium impedimentum secum super illo Ordine, quem suscepturus est, dispensatum esse.

Præterea se vel origine, vel beneficio ecclesiastico, quod in Diocesi nostra obtinet, vel decennali domicilio, vel alia ratione Diocesanum esse, aut familiarem nostrum, qui per triennium nobiscum commoratus sit. Tum a Parocho, & ludimagistro, eoque, quem in quovis studiorum genere audit, aut si in Seminario adscriptus est, ab illius Rectore loco Parochi obsignatas literas afferat, quibus de vitæ suæ disciplina, moribusque testatum fiat.

Doctrinæ item Christianæ scholas se frequentasse; id testimonii offerat, vel a Praefecto illarum, in parochiali vicinia sua constituto, vel ab eo, qui omnium id generis scholarum curæ præest.

Hæc

Hæc
ma ton
Se
In
versatur
Spe
plina p
a Paroc
in disci
Clerical
tantaten
Sacr
annum
Qui
dine ini
quæ sup
his, qu
De
proxim
De i
tis; idq
clerici,
ciatim e
diu, &
decente
De
Diocesi
ptum,
a se con
a Paroc
De
rum Pro
monium
Sacerdo
nes Cle
S. Ca

tum alios, Hæc præterea testimonia afferet, qui prima tonsura initiari voluerit :

Se sacro Chrismate confirmatum esse.

In Ecclesia frequentius religiosiusque versatum esse.

Spem esse, se in Clericalis Ordinis disciplina permanfurum. Hoc vero testimonium a Parocho, aut ab eo Sacerdote habeat, cui in disciplinam a nobis traditus est, postquam Clericalis Ordinis suscipiendi animum, voluntatemque nobis patefecit.

Sacram item Communionem crebro per annum sumpsisse.

Qui vero aliquo minore, majoreve Ordine initiandus est, testimonium præter ea, quæ supra præscripta sunt, afferat, etiam de his, quæ sequuntur :

De prima tonsura, Ordineve, quem proxime suscepit.

De illius Ordinis functionibus a se præstatis; idque testificationis habeat a Præfecto Ecclesiæ, cui adscriptus est. In qua vere ac speciatim exprimatur, quas functiones & quamdiu, & quam diligenter, & quam pie, & decenter, recte, riteque præstiterit.

De habitu Clericali ad Provincialium, Diocesanorumque, Conciliorumque præscriptum, post Ordinem proxime susceptum, a se continue gestato. Quam testificationem a Parocho afferat.

De confessione frequentiori ex Decretorum Provincialium præscripto; cujus rei testimonium obsignatum ab aliquo Confessario Sacerdote probato ad audiendas confessiones Clericorum habeat.

Hæc

S. Car. Instr. Past.

U

De

De sacra Communione, ut Decretis Provincialibus jussum est, crebrius sumpta. Hoc autem testatum offerat vel a Præfecto Ecclesiæ, in qua adscriptus est, vel ab alio Sacerdote, qui jussu nostro ministrarit.

Quicumque prima tonsura initiandus, aut alicui majorum Ordinum adscribendus est, ea præterea de se nobis testata faciat.

De se ex præscripta formula denuntiationes in Ecclesia Cathedrali, tum in propria Parochiali, tum in illa etiam, in cujus finibus postremo domicilium habuit, tum etiam ubi per nos denique jussum erit, publice die festo inter Missarum solemnias factas.

Qui sacrum Ordinem suscepturus est, præter cætera testetur ætatem, sanctione Tridentina præscriptam, annos scilicet viginti duos, si Subdiaconatum; viginti tres, si Diaconatum; viginti quinque attigisse, si Sacerdotium suscepturus est.

Censum item, vel Ecclesiasticum, vel laicalem, quem & pacifice possideri, & tantum esse vere constet, quantum ad vitæ ejus sustentandæ usum satis esse censuerimus; aut census loco sponsonem certa cautione factam ab aliquo, se, quæ ad vitæ cultum usu necessaria sunt, illi, qui Sacris initiandus est, suppeditaturum, saltem donec ei aliunde provisum sit; eaque donatio, sponsiove vera, ac sine fraude, dolove facta sit, ejusque tabulæ rite & recte confectæ.

De eo autem censu sponsonive factas esse publice die festo denuntiationes inter Missarum solemnias, tum in Cathedrali Ecclesia; tum in propria Parochiali; tum in illa etiam,

retis Pro. in cujus finibus postremo domicilium ha-
 apta. Hoc buit; tum denique ubi illas fieri per nos
 eto Eccle. jussum erit; tum omnino in Parochiali Ec-
 o alio Sa. clesia, intra cujus limites major ejus census
 it. five ecclesiastici, five alterius generis pars
 titiandus, posita est.

scribendus Quicumque vero Subdiaconus, aut Sa-
 a faciat. cerdos creandus est; id præter alia testifica-
 nuntiatio- tionis afferat, se de peccatis omnis antea-
 n propria vitæ in primis confessum, spirituales exer-
 cujus fini- citationes ad Decreti in visitatione apostoli-
 tum etiam ca editi, & nostræ Synodi provincialis quar-
 publice dic- tæ præscriptum præstitisse, temporis spatio
 as. per nos constituto, adhibito sibi duce & mo-
 urus est, deratore Viro religioso, a nobisque in pri-
 functione mis probato.

scilicet vi- Quicumque de vestitu Ecclesiastico, de
 ginti tres, frequenti Sacramentorum usu, de ecclesiasti-
 ttigisse, si cis functionibus, de vita, morum discipli-
 na, literas testificationis exhibiturus est, eas
 n, vel lai- recenter datas, aut renovatas, confirmatas-
 & tantum ve afferrat, ita scilicet, ut ne vetustiores
 æ ejus su- sint duobus mensibus ante statæ Ordinati-
 mus; aut- nis diem.

one factam Si vero quis a domicilio suo diu abfue-
 m usu ne- rit, quamobrem vetustiores testificationis
 andus est, literæ accipi debeant; recentiores simul, a
 ei aliunde quibus debet, afferat, eo loco datas, ubi
 hove vere, proxime moratus est; & si locus extra Dio-
 jusque ta- cesim est, ab ejusdem loci Episcopo obsigna-
 tas, vel communitas ejus auctoritate.

e factas el- Qui alienæ Diocesis est, hæc ab Ordi-
 inter Mi- nario suo habeat:

Ecclesia; Literas dimissorias de Ordine susci-
 illa etiam, piendo.

Literas testificationis de Ordine proxime suscipiendo.

Testimonium scriptum de statibus denuntiationibus Ordinis suscipiendi.

Testimonium de natalibus, aut de dispensatione legitima super defectu natalium.

Testimonium de functionibus præstitis.

Dispensationem super interstitio, si quando scilicet, non confecto illo temporis spatio, quo ex Concilio Tridentino in Ordine suscepto versari debet, ad alium majorem Ordinem pro Ecclesiæ suæ utilitate, ac necessitate Episcopus eum promovendum censuerit.

Testimonium comprobationis scientiæ per examen, aut literas facultatis de examine faciendi.

Testimonium item de vita, & morum honestate.

Testimonium præterea afferat, qui scilicet Ordinem sacrum suscepturus est, de patrimonio, vel de titulo, vel de censu, aut sponcione cautione.

Literæ vero dimissoriæ de Ordine suscipiendo, & testimoniales de præstitis functionibus, & de vitæ morumque honestate, ne vetustiores sint duobus tribusve mensibus, a die sacræ Ordinationis supputandis. Si vero alicujus diuturna absentia antiquiores etiam literas accipi probarive postulet; recentius datas, a quibus debet, inde afferat, ubi proxime commoratus est; sique extra Diocesis suæ fines locus est, illas ab ejusdem loci Episcopo obsignatas, aut ejus auctoritate communitas afferat.

proxime
s denun-
e dispen-
ium.
præstitis.
si quan-
oris spa-
in Ord-
um majo-
ritate, ac
ovendum
scientiæ
de exa-
& morum
qui scilicet
, de pa-
ensu, aut
line susci-
s functio-
estate, ne
mensibus,
ndis. Si
atiquiores
ulet; re-
de afferat
que extra
s ab ejus
ejus au-

Regularis, qui ad sacram Ordinationem
conveniet, primam tonsuram aut Ordines
suscepturus, caveat, ne obstrictus sit aliqua
culpa, impedimentove Canonico, supra de
aliis initiandis commonstrato.

Ipse quoque mense ante statam Ordina-
tionis diem ad nos conveniat, & nomen, cæ-
teraque supra de aliis ordinandis præscripta
ad Cancellarium Archiepiscopalem deferat.

Testata præterea hæc habeat :

Exercitationem frequentem functionum
illius Ordinis, quem proxime suscepit.

Frequentiorem confessionem, & sacram
Communione.

Progressionem in ecclesiastica disciplina.

Observantiam, & reverentiam erga Sa-
cerdotes & Superiores.

Loco tituli, censusve afferat testificatio-
nem præstitæ professionis regularis.

Testimonium item habeat de denuntiatio-
ne sui nominis publice in Ecclesia facta.

De ætate item, ut supra de aliis consti-
tutum est.

De transacto intervallo, post Ordinem
proxime susceptum a Tridentino Concilio
præscripto.

Afferant literas dimissorias a Superiore
de Ordine suscipiendo, quo eorum quis-
piam initiandus est. Quæ literæ ne vetu-
stiores sint duobus tribusve mensibus, a
die sacræ Ordinationis supputandis; nisi ob
absentiam Superioris, aliamve causam, eas
longiori tempore datas, renovatasve acci-
pi, probarive debere censuerimus.

Testimonium etiam subscriptum a Superiore suo, qui ostendat eum vita & moribus præditum esse, qui dignus sit, ut illi Ordini adscribatur, quo is initiari vult, sit vero hoc testimonium non antiquius duobus mensibus, uti in superioribus est declaratum.

Si vero diutius a monasterio abfuerit, hoc testatum afferat a Superiore monasterii, in quo proxime commoratus est.

Testificationem item de Ordine, qui proxime præcedit, jam suscepto.

Si vero statum tempus, præscriptum a Concilio Tridentino, quod interjectum esse debet inter susceptionem unius, & alterius Ordinis, nondum expletum est; tunc a suo Superiore scriptum afferat, quo testatum fiat, utile, ac necessarium Ecclesiæ suæ, monasteriove esse, secum dispensari super eo interstitio.

Quod si quis stata die non adfuerit; aut quæ ex præscriptis ad se pertinent, singula non bene, nec satis testata fecerit; sciât se ab Ordinatione, quæ stato eo tempore habebitur, exclusum fore.

Dominico autem promulgationis hujus edicti die, ob sacram Ordinationem, proxime futuram in singulis Parochialibus Ecclesiis processio de more agatur, Litaniis, ac supplicationibus publicis, in quibus unusquisque secum mente reputans, quam pauci operarii in messe multa sint, hoc Deum toto corde exoret, ut, qui Dominus est messis, ipse mittat operarios in messem suam, lumenque nobis præbeat in iis deligendis, quos Ordinibus adscribamus; tum, quos elegerimus,

mus,

mus, ope divina illi adjuti in sanctitate, & justitia ei serviant, ejusdem gloriam omnibus in rebus sibi proponentes. Quod ut eo nomine Deum populus supplex sæpius oret, id illum singulis diebus Dominicis per mensem antestitam sacrae Ordinationis diem crebra cohortatione Parochi inter Missarum solemnias præmoneant. Dominico præterea die, illam proximè præcedente, pastorales etiam nostras litteras de scripto accurate iterum recitent; tum diligenti etiam admonitione populum ad illud excitent, ut non modo supplicationes, ob eam causam nostro Concilio provinciali secundo decretas, pie religioseque tunc obeat, sed illis ipsis statim, qui sequuntur, sacrae Ordinationis diebus, frequens in oratione, pure, sancteque versetur; tum qua die sacra Ordinatio habebitur, qui in urbe sunt, in Metropolitana Ecclesia frequentissimi præsentibus adsint, huic Ordinationis officio studiosius attentius, ut a Deo, Sanctorum ope, iis fidelium precationibus impetrata, & nos Ordines iis conferamus, quos utiles operarios Ecclesia Dei postulat, & qui Ordines suscipiunt, in dies progressus majores in vitæ, morumque sanctitate, religione, doctrina, atque prudentia faciant; iisque virtutibus, adjutrice divina gratia aucti, cum exemplum pie, sancteque agendi laicis perpetuo præbeant, tum Deo in primis, cui in ministerium dicati sunt, grati ministri, pro populo intercedentes, cœlestia divinæ gratiæ, misericordiæque munera uberius impetrent; ipsique digni sint donis, & privilegiis, quæ singularia, & Deus, & Ecclesia ministris suis benigne concessit.

IN.

INDICTIO

DIEI SACRÆ ORDINATIONIS.

CAROLUS S. R. E. Presbyter Cardinalis
 tituli sanctæ PRÆXEDIS, Dei & apostolicæ
 Sedis gratia, Archiepiscopus S. Eccle-
 siæ Mediolanensis, &c.

AUXILIANTE Domino Deo ac Salvatore
 nostro Jesu Christo, ex sanctæ matris
 Ecclesiæ instituto, sacram Ordinationem in
 nostra Metropolitana Ecclesia solemniter ce-
 lebraturi sumus proximis statis quatuor tem-
 poribus, die scilicet sabbato mensis N. pro-
 xime futuri. Quare edictum, ut omnibus,
 ad quos spectat, notum sit; intra Missarum
 solemnias in nostra Metropolitana Ecclesia,
 de suggestu, cum nostris pastoralibus eo de
 genere editis, & his etiam nostris, indictio-
 nis die sacræ Ordinationis literis, legi; at-
 que in ejus item valvis, ut moris est, affigi,
 & quo præterea pervulgatius sit, a Pa-
 rochis omnibus, & singulis, tam in urbe,
 quam in Dicecesi, die Dominico proximo,
 postquam has Archiepiscopales literas acce-
 perint, hoc idem fieri mandamus.

Omnes vero, & singuli, quicumque vel
 clericali tonsura, vel aliquo Ordine initian-
 di sunt, ut omnia & singula præstent, atque
 exequantur, quæcumque edicto illo nostro
 de sacra Ordinatione, unicuique, pro Or-
 dinis suscipiendi ratione præscripta sunt,
 his nostris literis edicimus, atque mone-
 mus. Dat. Mediolani, & ex ædibus Ar-
 chiepiscopalibus, Die

APPEN-

A P P E N D I X

COMPLECTENS NOVAS

S. CAROLI BORROMÆI
INSTRUCTIONES

DE

SACRAMENTO POENITENTIÆ,

I T E M

DE

V I S I T A T I O N E

A C

C U R A I N F I R M O R U M.

N U N C P R I M U M

E X

SACRAMENTALI AMBROSIANO.

I N

ACTIS ECCLESIE MEDIOLANENSIS

C O N T E N T O

D E S U M P T A S.



SA
P
RUBR

Quid
hort



sed quan
sapius, p
ras, sed f
nitentian
hil nobis
scelerum
vari; co



D E
SACRAMENTO
POENITENTIÆ.

RUBRICÆ, SEU INSTRUCTIONES.

*Quid Parochus generatim doceat,
horteturque populum sibi commissum.*



Parochus fideles sibi commissos,
quantum potest, sæpe horte-
tur, ut ad Pœnitentiæ Sacra-
mentum, non solum cum ex
præcepto Ecclesiæ tenentur;
sed quam frequentissime accedant. Moneat
sæpius, pœnitentiæ quidem radices esse ama-
ras, sed fructus suavissimos. Doceat, per pœ-
nitentiam nos in Dei gratiam restitui, quo ni-
hil nobis debet esse optatius; animam quovis
scelerum pondere oppressam per eam suble-
vari; conscientiæ pacem & tranquillitatem,
quæ

quæ omnes superat voluptates, tribui. Proinde his, aliisque fructibus propositis, & ex doctrina præsertim Catechismi Romani explicatis, studeat, quotiescumque se occasio offerat, fideles ita permovere, ut ad tantum remedium beneficiumque animæ suæ comparandum frequenter sese excitent; idque ex præparatione fiat, quæ tantis fructibus digna sit; ita ut in spiritu humilitatis, & amaritudine animæ suæ, peccator quisque sua possit peccata de flere, & confiteri.

Ante Quadragesimam moneat fideles Parochiæ suæ, qui confessionis frequentem usum non habent, quemadmodum decreto Concilii Provinc. V. jubetur; ut se ad confessionem parent, neque eam differant in potestremos Quadragesimæ dies.

Tit. quæ
ad Sac.
Pœn. pert.

Moneat oportune se se sacra confessione munire illos, qui eo proficiscuntur, ubi Confessarii copiam habituri non sunt; item si rem arduam & difficilem sint acturi; quod idem transacta re facere, ad gratias Deo purius agendas hortetur; quibus de rebus in Concilio sexto præscriptum est.

Prov. 6.
tit. de Sac.
Pœn.

Quomodo se comparet, & ne auctoritatis suæ fines transeat.

Animadvertet Parochus, & Confessarius, ne, dum hoc Sacramento vulneribus aliorum medetur, ipse telo peccati se configat. Quamobrem caveat, ne mortifero peccato inquinatus, ad Sacramenti ministracionem accedat; neque item censura ecclesiastica, aut Canonico impedimento irretitus.

Immo

Immo
pœnitent
quoque a
dire poss
modo dif
virtute, p
loque sa
erit, tan
tis Dei.

Quo
tatem sel
iple tacit
cem ipse
ministerii
tentissima
audienda

Quo
incesso, n
ris, nequ
ro in eju
non dece
tum, q
Dei.

Intim
ter de se
spectu cu
nisterium
animo us
abjiciat,
nem aud
Ad a
mani glo
riositate,
ductus;
dio infla

Immo vero ita sancte vivere studeat, ut poenitentes non verbis solum, sed exemplis quoque ad virtutum christianarum officia erudire possit; neque ejus dicta a factis ullo modo dissentiant. Quanto enim magis omni virtute, præcipueque charitate paterna, zeloque salutis animarum ipse præcellentior erit, tanto aptius erit instrumentum bonitatis Dei.

Quo magis autem ad omnem vitæ bonitatem sese excitet, cum sæpenumero secum ipse tacita meditatione cogitabit, cujus vicem ipse gerat, & quam sanctæ sint suscepti ministerii sui partes; tum vero id omne attentissima contemplatione reputabit, cum ad audiendam confessionem vocabitur.

Quo tempore ita se geret, ut neque in incessu, neque in gestu, motuve alio corporis, neque etiam in vestitu videatur, nec vero in ejus voce quidquam audiat, quod non deceat virum gravem, atque adeo sanctum, quique meminerit, se tenere locum Dei.

Intime vero, atque in corde suo humiliter de se sentiet, ita ut tamquam in Dei conspectu cum reverentia & timore sancto ministerium audiendæ confessionis peragat: & animo usque adeo se demittat, sanctæque abjiciat, ut poenitentes, quorum confessionem audit, se meliores putet.

Ad audiendas porro confessiones, non inani gloria, non lucri cupiditate, non curiositate, non denique ullo humano affectu ductus; sed salutis fidelium procurandæ studio inflammatus accedet.

Nec

Nec propterea quem pœnitentem subterfugendi laboris causa rejiciet, ne nutu quidem, nedum verbis; immo se paratum semper, promptum, facilem, humilemque præbebit.

Ita etiam se constanter geret, ut nullius metu, aut gratia, Officio suo desit.

Caveat Curatus, ne iis temporibus, quibus confessiones frequentiores esse solent, præcipue per octo dies ante Natalem Domini, & a Dominica de Lazaro usque ad Resurrectionis octavam, etiam alio ad funera, & alia sacra officia vocatus, illud audiendæ confessionis munus in sua Ecclesia sine causa necessaria prætermittat, aut ullo modo differat.

Et quoniam confessionis minister, judicis, & medici simul personam gerit; ut & quod ad judicem attinet, ex variis peccatorum generibus, quæ gravia, quæ levia sint, quove modo corrigenda, pro cujusque hominis ordine & genere judicare possit; & tamquam medicus ea remedia ægroto adhibeat, quæ ad illius animam sanandam, & in posterum contra vim morbi muniendam aptiora videantur, opus est, ut is tum scientiam atque eruditionem, tum prudentiam studeat sibi, quantam potest, comparare; tum ex divina gratia, quam assidua precatione supplex a Deo petat; tum ex auctoribus probatis, qui eam materiam pie, pleneque tractarunt.

In primis bene cognita habeat, quæ monitis seu instructionibus in hac Ecclesia editis ad Confessariorum usum continentur.

Sacra-

Sacra
recte nos
qui effec
partium
Quæ
cognosca
præsertim
confessio
di onus
Censu
get, &
Casus
ita ut rec
Pontifici
in Bulla C
te tempor
Differ
lium etiam
nes pœni
gi explic
Memo
sio sit iter
Cogn
omnis de
tequam a
quanta fin
nis suæ; i
bus pecc
tum etiam
prætergre
Paroc
audiat,
cultatem
nodi XI.

Sacramenti igitur hujus doctrinam omnem recte nosse studebit; ita ut, quæ illius ratio, qui effectus, quæ illius partes, quæ earum partium vis & natura, perite intelligat.

Quæ peccata mortalia, & quæ venialia cognoscat. Peccati circumstantias sciat, quæ præsertim mutant peciem peccati; & quæ in confessione explicandæ sunt; quæ restituendi onus inducant.

Censurarum rationem & vim recte intelliget, & quibus criminibus annexæ illæ sint.

Casus reservatos in promptu habebit; ita ut recte sciat, qui Jure Canonum Summo Pontifici, qui rursus Episcopo, qui præterea in Bulla Ccenæ Domini, quique pro varietate temporum Episcopo reservati sint.

Differentiam satisfactionum poenitentiarum etiam probe noscet, ac præterea Canones poenitentiales, ut infra, ordine Decalogi explicatos.

Memoria tenebit casus, quibus confessio sit iteranda.

Cognitum etiam habere Confessarius omnis debet, ac præterea animadvertere, antequam ad audiendas confessiones accedat, quanta sit auctoritas potestasque jurisdictionis suæ; ita ut cum norit, & quos, & a quibus peccatis, censurisque absolvere possit; tum etiam caveat, ne facultatis suæ fines prætergrediatur.

Parochus quisque ne eorum confessiones audiat, qui alienæ Parochiæ sunt, nisi facultatem ejus rei habeat ad præscriptum Synodi XI.

Excommunicationis latæ sententiæ prænam recordentur Confessarii, quam subire eos decretum est in Concilio quarto, quod sine Episcopi facultate hoc Sacramentum ministrant; quique aliquem absolvere audeant a casibus Archiepiscopo reservatis sine ipsius facultate, ut in quinto Concilio decretum est.

Ne obliviscantur item excommunicationis illius, cui in Synodo undecima subiecti sunt ii, qui socios criminis audent absolvere.

Item decretum aliud memoria teneant, factum in eodem Concilio quinto in hæc verba:

Ne facultatum, privilegiorumve jure, quæ cuicumque, etiam Rosarii, & Cruce signatorum scholæ, confratriæ, collegiove, etiam laicorum, quæve collegis, confratribusve in eo adscriptis ante vel post Concilii Tridentini confirmationem concessa sunt, Confessarius, cujusvis ordinis sit, ab iis casibus, quos sibi Episcopus in sua Diocesi reservaverit, penitentes sine illius facultate absolvat. Si contra fecerit, suspensionem a divinis ipso facto incurrat.

Tit. ut
sup. S.
Quo super
rioribus.

Quod item fieri prohibitum est, etiam ex indulgentiarum literis, quæ Ecclesiis concessæ sunt, Concilio Provinciali sexto.

Quæ Parochus speciatim doceat, horteturque facere penitentes in Sacramento Penitentiae.

Pœnitens antequam ad Parochum, Sacerdotemve, cui peccata confiteatur, accedat, multitudinem, & gravitatem peccatorum, quibus se irretitum esse sentit, vehementer

menter i
miserico
posita fi
cifixi, y
peccatis
humilian
tionem.
Prim
ad memo
ne excita
tionem.
Et qu
objection
in le exci
rehe-men
Et qu
net, sibi
cujus sing
suam acc
Singu
perpenda
quæ con
opere ad
si quid d
Aliud
inibit ex
lis, quæ
aut opere
At v
tæ ratio
rochus C
prout opi
Cum
tis capit
mit dilige
S. Car.

menter intime dolebit ac deplorabit, Deique
 misericordiam omni prece flagitabit. Pro-
 posita sibi ob oculos sanctissima Christi Cru-
 cifixi, vel alia pie imagine, cor suum pro
 peccatis remittendis effundet, excitans, &
 humilians spiritum vehementer ad compun-
 ctionem.

Primo peccata omnia præsertim graviora
 ad memoriam revocabit; qua in recordatio-
 ne excitabit devotionem, & cordis compun-
 ctionem.

Et quo magis & contemptum sui ipsius,
 abjectionem, humilitatemque, ac devotionem
 in se excitet, recenset gemens peccata, quæ
 vehementius suam conscientiam angunt.

Et quo diligentius conscientiam exami-
 net, sibi proponet ob oculos decalogum, ad
 cujus singula præcepta se, mores, vitamque
 suam accurate contemplantur.

Singulaque præcepta ita examinabit, ut
 perpendat, atque adeo videat sigillatim, si
 quæ contra unumquodque præceptum, vel
 opere admiserit, commiseritve, aut rursus
 si quid de eo omiserit.

Aliud præterea examen conscientia suæ
 inibit ex septem peccatis capitalibus singu-
 lis, quæ item aut cogitatione, aut verbo,
 aut opere commiserit, aut omissione etiam.

At vero omnem examinandæ conscien-
 tiæ rationem fideles, præsertim rudes Pa-
 rochus Confessariusve aliquando docebit,
 prout opus esse viderit.

Cum igitur poenitens & singulis nota-
 tis capitibus conscientiam suam, quanta po-
 nit diligentia, examinaverit; desiderio con-
 S. Car. Instr. Past. X se

sequendæ remissionis peccatorum accensus, ad Confessarium vices Christi gerentem accedet, cui omnia & singula peccata, quæ in memoriam venerint, fideliter, & integre exponet.

Accedet autem ad confessionem habitu demisso, & humili, ac nullo plane ornato, & depositis armis. Si vero clericalis ordinis, sine superpelliceo.

Ad pedes Confessarii genua ambo flectet, nullo supposito pulvinario, nisi aliud necessitas postulat.

Decenter se toto corporis habitu & figura ita componet, ut instar supplicantis sit.

Erit capite aperto, vultu demisso, manibus junctis & supplicibus.

Faciem Sacerdotis non spectabit, ut meminerit, se non coram homine peccatore, sed coram Deo altissimo esse; ut agnoscendo, & confitendo offensas, humiliter veniam petat.

Mulier autem penitus ita capite velato erit, ut velum densum caput operiens, demissum sit usque ad supercilia.

Quæ in ministracione Sacramenti Pœnitentiæ Parochus & Confessarius observet.

Ad audiendam confessionem cum accedit, ante brevi precatione, qua divinæ gratiæ lumen in eo ministerio rite peragendo sibi postulet, tacitus utetur; ac præterea preces adhibere poterit, quæ infra notatæ sunt.

In Ecclesia, non autem in privatis ædibus confessiones audiat, nisi ex causa necessaria, vel urgenti; quæ cum inciderit, studeat tamen in oratorio, aut certe decentissimo loco id præstare.

Habebit igitur in Ecclesia sedem confessionalem ad præscriptum, in qua sacras confessiones excipiat; duas vero, ubi quingentarum animarum cura geritur; plures, ubi plures sunt Confessarii. Quæ sedes confessionales, patenti & conspicuo Ecclesiæ loco, non autem in Ecclesiæ, aut cappellæ alicujus angulis constitutæ sint.

Affixa hæc sint cuique confessionali: sacra imago; litera diei Cœnæ Domini illius anni; tabula casuum reservatorum; orationes dicendæ ante confessionem; formula absolvendi.

Mulieres ante solis ortum, vel post ejus occasum confitentes in Ecclesia ne audiat; neve ullo modo extra sedem confessionalem; & medio inter eum & mulierem intersepto.

Superpelliceo, & stola violacei coloris utetur; nec vero unquam stans, sed sedens audiet, & absolvet, cujuscumque gradus sit poenitens; neque dum poenitentem audit, inde discedet alio vocatus, nisi necessaria causa. Dum vero audit, non alio, neque oculis, neque animo menteve vagabitur; sed ad poenitentis confessionem attentus erit, illiusque peccata una cum eo intime dolebit; memor sanctissimorum Patrum, ac præsertim beati Ambrosii, qui poenitentium confessionibus audiendis lac-

chrymas perpetuo profudit, eorum culpas simul dolendo.

Vultu, & oculis ita compositis se in sedili confessionalis habebit, ut re vera ostendat, se de poenitentis salute paterne sollicitum; ita tamen ut nullo penitus signo inspectantibus indicare possit, se gravitate fortasse sceleris alicujus commoveri.

Ante Confessionem Parochus Confessoriusve perquiret generatim statum poenitentis, si eum minime norit. Tum hæc inter cætera:

Quamdiu est, quam confessus non sit.

An poenitentiam impositum præstiterit.

An examinandæ suæ conscientiæ, antequam ad Confessionem accesserit, diligentiam, prout opus est, adhibuerit; alioquin differenda esset Confessio.

Parochus item interrogabit, an suæ sit Parochiæ, si dubitet.

Si Confessarius nihil impedimenti obstare viderit, ad Confessionem veniendum erit, quæ ut fructuosior sit, recte faciet Confessarius, si brevi, & efficaci aliqua monitione prius poenitentem præparabit, & accendat ad pie confitendum.

Confessarius quisque antequam Confessionem audiat, efficiat, ut poenitens ipso audiente recitet orationem Dominicam, Salutationem angelicam, symbolum fidei, & Decalogum, ad præscriptum Concilii Prov. V. nisi ejus recitationis certis personis aliquando remittendæ facultatem habeat, ut VI. Prov. Concilio, & Dioecesano XI. permittitur; cum iis vero, qui ea capita recitare

tare nef
agat ad p
At v
dam hor
dei artic
derit, e
intellige
tantes ta
Test
tradat ii
Regulari
fionis a
Synodo
Poen
confiteb
rius adju
Poste
peccata
calogi p
libus (si
viderit)
præcepta
tutes Th
Extr
tur in C
Prud
nibus; r
que sexu
quam an
aperiat,
quorum
fecerunt
mari pos
interroga
tantia ce

in culpa tate nesciunt, aut difficile discere possunt, agat ad præscriptum eorundem Conciliorum.

At vero omnino perquirat, si rudes quidam homines ad Confessionem accedentes fidei articulos ignorent, &, si opus esse viderit, eos doceat; ita ut explicite eos & intelligenter sciant, non autem quasi recitantes tantum.

Confessio. Testimonium ejusdem recitationis ne tradat iis, qui non recitarint; cum etiam poenitent. Regularibus falsum dantibus poena sit suspensionis a munere audiendi Confessiones, ex Synodo XI.

S. Regularibus autem.

Poenitens ipse omnia & singula peccata confitebitur; eumque confitentem Confessarius adjuvabit, prout opus esse viderit.

Postea eundem ipse interrogabit, an alia peccata recordetur; demum de singulis Decalogi præceptis, de septem peccatis capitalibus (si tamen expedire pro ratione personæ viderit) item de omiſſis, & commissis circa præcepta Ecclesiæ, opera misericordiæ, virtutes Theologicas, usum quinque sensuum.

Extra materiam peccatorum non vagabitur in Confessione.

Prudens cautusque erit in interrogationibus; ne, rudibus præsertim, atque utriusque sexus junioribus, ad novum, & nunquam antea attentatum scelus occasionem aperiat, atque det; hi tamen de peccatis, quorum nullam in Confessione mentionem fecerunt, & in quibus probabiliter existimari possunt deliquisse, prudenti cautione interrogandi erunt; ne aut pudore, aut ignorantia celent peccata.

Studeat semper exquirere, si quid poenitens norit, quod ad sanctæ Inquisitionis officium sit deferendum.

Si censura aut peccato poenitens sit irritus, a quo ipse non possit absolvere, ne tamen eum rejiciat, sed potius juvare studeat. Qua in re, cum liceat eum, a quibus potest absolvere, & pro reservatorum absolutione mittere ad eum, qui habet absolvendi facultatem; videbit tamen, utrum animæ illius magis consulatur, si ipse absolvendi facultatem impetret coram, si fieri possit; alioqui per literas saltem, idque caute, quantum fieri possit, ut ita poenitentem uno tempore ab omnibus peccatis absolvat.

Caveat, ne excommunicatum prius absolvat a peccatis, quam ab excommunicatione sit absolutus.

Videat diligenter, ne quem absolvat, qui vel odium, inimicitiamve deponere nolit; vel restituere pro facultate recusset alienum; vel a statu peccati mortalis paratus non sit discedere, occasionemve similis peccati vitare; qua de re doctrinas probatas studeat recte cognoscere, & secundum eas sese gerere.

Observet, si quod peccatum mortale in Confessionibus præteritis studiose subticuit, ut iterari sit opus.

In eo maxime cautus sit absolvendo, cui cum facultas adsit aliena restituendi, vel legata pia persolvendi, idque jam alias in Confessione promiserit, præstare tamen neglexerit.

Pec-

Pec
maximo
scandalo
dus, q
biis, &
testis;
amicitia
Ant
solution
propter
contritio
ratumqu
se est,
abstiner
iis satis
animo a
hortatio
mas gra
gratiæ p
quo adj
sistere p
Si v
habere
dere co
Deum i
eum pe
jutrice
precetu
trito co
Quo
nec ver
positum
peccato
fessor a
consiliis

Peccata quædam magis usitata, & quæ maximo sunt fidelibus populis damno, & scandalo, studiosius persequatur: contra-ctus, quibus usura palliata inest, ut in cambiiis, & venditionibus multis; crimen falsi- testis; choreas, & spectacula; venereas amicitias, & ejusmodi.

Antequam pœnitentiam imponat, & ab- solutionem tribuat pœnitenti, videbit, an propter Deum veram peccatorum suorum contritionem habeat, anque certum delibe- ratumque ei sit, in posterum, quantum in se est, divina gratia adjuvante a peccatis abstinere; &, quæ antea commiserit, pro- priis satisfactionem persolvere. Quod si ita animo affectum viderit, monebit, valdeque hortabitur, ut pro tanto beneficio maxi- mas gratias Deo agat, ab eoque cœlestis gratiæ præsidium petere numquam desinat, quo adjutus, pravis cupiditatibus facile re- sistere possit.

Si vero talem contritionem illum non habere intellexerit; illius desiderium accen- dere conabitur, hoc admonens, propter Deum ipsum usque adeo, quantum potest, eum peccata dolere oportere, ut saltem ad- jutrice divina gratia, quam a Deo intime precetur, ex Sacramentique virtute, ex at- trito contritus fiat.

Quod si pœnitens nullam contritionem, nec vero saltem attritionem, aut neque pro- positum abstinendi in posterum ab aliquo peccato mortali ostendet; eum minime Con- fessor absolvat; sed tamen eum salutaribus consiliis, & bonis operibus præscribendis

juvet;

juvet; quod idem præstet, si ante Confessionem id animadvertit; cavendo, ne quemquam asperius tractans, culpa sua inducat, ut vel desperet, vel a Confessione abhorreat.

Caveat autem omnino, ne verbo, aut signo, aut alio quovis modo aliquatenus prodatur peccatorem; sed si prudentiori consilio indigerit, illud absque ulla expressione personæ caute requirat; quoniam qui peccatum in poenitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit revelare, non solum a Sacerdotali officio deponendum, verum etiam ad agendam perpetuam poenitentiam in arctum monasterium detrudendum esse, Canone decretum est.

Confessionis testimonium signatum ne dare omittat peccata confessis in Pascha, ut de ea Parochis constet.

Item ægrotationis tempore, ut possit medicis ostendi. Quod qui non fecerit, eum, si Regularis sit, suspensionem; si alius, multam etiam pecuniariam subire Synodo XI. decretum est.

S. Quod si quis.

Confitentium nomina & cognomina Paschæ tempore in librum certum appposito die referat, ut is possit petenti Archiepiscopo ostendi.

Ne quid accipiat in sacra huiusmodi ministrations, neve arcam aut vas aliquod habeat ad eleemosynam hac de causa etiam dissimulanter excipiendam.

Si quid pecuniæ dare poenitens ad satisfactionis, vel poenitentiae opus debeat, id ne sibi Confessarius sumat, etiam si erogandum sit in Missæ sacris faciendis.

De

De Coh

Confes

tort

nem; ne

quoties

que illi

hortation

adhibebi

hensione

Hæc

bitur in

quod ex

nere se j

Bene

las dem

viderit p

& omnin

etiam ex

In p

Confessi

quentet.

Quo

præsidu

quid de

mysterii

tima pie

universæ

& facto

eo tota

cordiam

men præ

tus recte

in via m

De Cohortatione & Monitione Confessoris ad pœnitentem.

Confessione audita, perpendens peccatorum, quæ ille admiserit, magnitudinem; nempe qualia sint, quam gravia, & quoties peccarit; pro eorum gravitate, proque illius, qui commiserit, conditione, cohortationes, monitiones paterna charitate adhibebit, atque correptiones etiam, reprehensionesque graves, prout opus esse viderit.

Hæc porro pœnitentem valde cohortabitur in Domino; ut in officii, aut artificii, quod exercet, aut ordinis statusve sui munere se iuste recteque gerat.

Bene, ac christiano more vivendi regulas demonstrabit, prout opportunum esse viderit pœnitenti, præsertim patrifamilias; & omnino pro personæ illius ratione; idque etiam ex libellis eo de genere editis.

In primis, ut sanctissima Sacramenta, Confessionem & Communionem devote frequentet.

Quotidie, mane saltem vespereque ad præsidium orationis confugiat, in qua aliquid de passionis Domini nostri, vel aliis mysteriis meditetur, supplexque omni intima pietate Deum adoret, ei de beneficiis universe, speciatimque acceptis gratias agat, & facto brevi conscientiæ suæ examine, ab eo tota mente, totoque corde petat misericordiam ac veniam erratorum suorum; & lumen præterea, ac virtutem, qua ipse adjutus recte ambulet, atque adeo progrediatur in via mandatorum divinæ legis.

Docebit etiam optimum fore, si aliquem ex Sanctorum numero patronum coelestem deligat, præcipue beatissimam Virginem Mariam Matrem Dei, cujus intercessionem quotidie imploret.

Sancti etiam, cujus nomen habet, exempla virtutum imitari studeat; & quorum Sanctorum dies festi coluntur, cum eorum celebritas anniversaria agitur, ab uniuscujusque illorum vita aliquam virtutem præcipuam discat, quam sibi quoque proponat ad imitationem.

Et vero pietatis christianæ officia, atque opera charitatis, ut maxime potest, sollicite amplectatur.

Peccata vero, atque adeo omnem peccandi occasionem fugiat; hisque fugiendis ipse poenitenti remedia salutaria demonstrabit.

Eundemque præterea adhortabitur, ut malorum consuetudinem devitans, bonorum, pieque agendi studiosorum non solum familiaritate, sed consilio utatur.

Poenitentem, ut affectum esse animadvertit, ita opportune, salutariterque monebit: Afflictum ad patientiam hortabitur exemplo Christi Domini, & Sanctorum ejus. Si quem æterni supplicii commemoratione vehementer angi viderit, eum in spem divinæ bonitatis, & misericordiæ infinitæ eriget. Alium, qui gravissime peccarit, si neque contritum, neque attritum viderit, metu divinæ justitiæ perterrefaciet, cum eodemque agat ut supra; ægrotum vero consolabitur, ut demonstratum est in ea parte, quæ est de visitatione infirmorum.

Omni-

Omni
dere vi
diligent
stantias
telligat,
& cujus
fis expe
tum.

Quar
forma S
illis ver
Confessa
suo loco

De m

In Poen
dentia
Habe

sexus, &

Vide

est, ear

præjudic

tentem i

vel occa

nitentis.

aliquod

tens nin

duz red

net, q

Proinde

illum in

poeniten

quin ear

aliquem
celestem
virginem
effusionem
t, exem-
quorum
n eorum
uniuscu-
m præci-
proponat
ia, atque
, sollici-
nem pec-
fugiendis
monstra-
bitur, ut
onorum,
am fami-
imadver-
nonebit
exemplo
Si quem
tehemem-
æ boni-
. Alium,
ontritum,
e justitiæ
ut supra;
monstra-
isitatione
Omni-

Omnino more periti medici sciet infun-
dere vinum & oleum vulneribus sauciati,
diligenter inquirens & peccatoris circum-
stantias, & peccati, quibus prudenter in-
telligat, quale debeat ei præbere consilium,
& ejusmodi remedium adhibere, diver-
sis experimentis utendo ad salvandum ægro-
tum.

Quamquam autem absolutio, quæ est
forma Sacramenti poenitentiae, consistit in
illis verbis. *Ego te absolvo*, debet tamen
Confessarius alia quoque addere, ut infra
suo loco in ordine notata sunt.

De modo imponendæ Poenitentiae.

In Poenitentia imponenda adhibebit & pru-
dentiam, & pietatem, & justitiam.

Habebit rationem status, conditionis,
sexus, & ætatis.

Videbit, ne ei, qui in aliena potestate
est, eam poenitentiam injungat, qua vel
præjudicium afferatur illius juri, qui poeni-
tentem in potestate habeat; neve eam, qua
vel occasio detur spiritualis ruinæ; vel poe-
nitentis, alteriusque peccatum detegi, vel
aliquod scandalum suboriri, vel ipse poeni-
tens nimium deterreri, remissusve & tepi-
dus reddi possit. Quamobrem talem impo-
net, qualem ab eo præstari posse judicet.
Proinde aliquando, si ita expedire viderit,
illum interroget, an possit, anve dubitet
poenitentiam sibi injunctam peragere; alio-
quin eam mutabit, aut minuet.

Considerabit item animum mentemque poenitentis, ac fletum, gemitum, & lachrymas intimi doloris indices.

Cum hæc Parochus, pro prudentia, charitateque sua spectabit, tum verò maxime videbit, ut ne pro peccatis gravibus levissimas poenitentias imponat; id quod & Confessoribus, & poenitentibus periculosum est; cum id a sacris Literis & a Conciliorum decretis, & a SS. Patrum sententia alienum sit: nam divinæ Literæ ab iis, qui poenitentiam

Matth.
8. & 4.
Luc. 3.
Joel. 2.

agunt, hoc efflagitant, ut fructus dignos poenitentiae faciant; utque ad Dominum convertantur in jejunio, fletu, & p[er]tactu. Et vero qui peccatis gravibus leves quosdam poenitentiae modos imponunt, hi (Canon inquit) consuunt pulvillos, secundum propheticum sermonem, sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universa

Sess. 14.
c. 8. de
Sac. Poenit.

etatis ad capiendas animas. Immo Concilium Tridentinum docet, alienorum peccatorum participes fieri eos Confessores, qui, dum cum poenitentibus indulgentius agunt, levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungunt.

Sess. 24.
c. 8. de
de ref.

Si quis igitur graviter, publiceque peccarit; cum publicam poenitentiam restituentem esse sacra Tridentina Synodus decernat, ei publicam pro ratione criminis imponet.

Si cui autem, cum publice offenderit, poenitentia publica imponenda est, is ab ea longe refugiat; ne desistat propterea persuadere, ut suscipiat; si minus persuasionibus potest, consulat Archiepiscopum.

In peccati gravitate perpendet item, quoties admiserit; nam si quis in eodem peccati genere sæpius offenderit, dignus est, qui graviore poenitentia afficiatur.

Poenitentis præterea culpas graves perpendenti, sibi ob mentis oculos proponet Canones poenitentiales, qui lumen & sibi, & poenitenti quoque afferant, quo videant, quemadmodum pro peccati ratione, poenitentia & imponenda, & suscipienda sit.

Eorum Canonum tamen poenitentias, ut tempora ferunt, pro charitate & prudentia sua minuet, prout peccati, & peccatoris circumstantiæ requirent, in quibus præter eas, quæ paulo ante demonstratæ sunt, rationem etiam habebit contritionis ejus, qui peccavit.

Demonstrabit tamen iis, qui gravius peccarint (quo magis scelerum suorum magnitudinem agnoscant) quanta ipsis poenitentia ex Canonum regulis imponenda esset; nec vero putent sua peccata levia esse, quia parva illis poenitentia data est; sed hoc factum esse, ne eam, quæ pro culparum ratione injungenda erat, deferant cum periculo salutis suæ. Proinde poenitentes ideo hortandi erunt, ut præter poenitentiae opera imposita, plura etiam alia præstare conentur.

Injunget præterea poenitentiam pro culpæ, & personæ ratione; ita ut superbis humilitatis opera; carnis voluptatem sectantibus, jejunia, abstinenciam, cilicii gestationem, aliamque corporis macerationem, pro peccati gravitate indicat; in oratione negligentibus, ut singulis diebus mane saltem,

tem, & vespere orationi vacent; feria secunda, & aliis certis feriis pro defunctis orant; certis item definitisque diebus, devote visitent stationales, & præcipuæ devotionis Ecclesias, & altaria; præsertim in Quadragesima, & in Adventu.

Mundi pompas, choreas, aliaque opera Satanæ confectantibus, eam pœnitentiam imponet, ut in hebdomada mane certis diebus (id quod in singulos dies etiam faciendum esse gravissime beatus Chrysostomus monet) sancta meditatione sibi proposita, solemnem illam sponsonem, quam per compadres in baptismo sancte fecerunt, redintegrent, intime Deum precando; in qua precatione, firmo stabilique animi proposito statuunt, se Christo Domino adhærere, renunciareque iterum atque iterum sæculi pompis, operibus tenebrarum, & diabolo in primis; cui adversarios esse & professi sunt, & profitentur perpetuo.

Pœnitentiæ genera.

Atque hæc quidem pœnitentiæ genera sanctis viris acceptata, ecclesiasticæque disciplinæ interpretibus, pro peccatorum ratione adhiberi poterunt.

Ut pœnitens vestium sericarum usu, auri ornamento, conviviorum apparatu, veneratione, aliquo certo tempore abstineat.

Ut egentibus hominibus cibum suppeditet, ac ministret; pedes item lavet.

Ut peregrinos pro facultatum ratione hospitio excipiat.

Ut

Ut in publica domo hospitali, locove pio aliquot dies operam navet.

Ut visitet, qui in carcere sunt, eosdem consoletur, & cum per facultates potest, aliat certo præstituto tempore.

Ut se per aliquot dies in monasterium aliquod, aliumve semotum locum abdat, ubi poenitens vivat.

Ut aliquot diebus carne, aut vino item abstineat.

Ut certis diebus, præsertim feria quarta, sexta, & sabbato jejunet, vel etiam vescatur solum pane, & aquæ potu utatur.

Ut certo aliquo tempore non equitet.

Ut, si facultates suppetunt, certam pecuniæ, aut frumenti, aut vini quantitatem in eleemosynam pauperibus Christi conferat.

Ut genibus flexis, aut etiam brachiis extensis in modum crucis, certo tempore, & hora præfinita, ante crucem, aliamve sacram imaginem in Ecclesia oret.

Ut humi aliquamdiu jaceat, cubetve.

Ut flagella certis præscriptis diebus sibi adhibeat.

Ut cilicium aliquot dies induat.

Ut religiosam aliquam peregrinationem suscipiat, sancteque conficiat.

Ut statos psalmos poenitenciales, aliasque poenitenciales preces pie recitet aliquot dierum spatio.

Ut certas Ecclesias, puta stationales, vel præcipuæ devotionis visitet.

Ut

Ordo

*Ordo ministrandi Sacramentum
Pœnitentiæ.*

Confessarius superpelliceo, & stola violacei coloris indutus, prius genuflexus oret, ut tanto possit ministerio satisfacere; tum has quoque preces adhibeat pro opportunitate.

Ÿ. Cor mundum crea in me Deus &c.
ut supra pag. 202.

Tum sedet, ut præscriptum est. Pœnitens autem humili habitu, positus humilibus, junctis in modum supplicis manibus, se ad Confessionem parat.

Confessarius perquirat de illius statu, & interrogat, quæ supra sunt præscripta.

Cum ad Confessionem veniendum est, pœnitens primum munit se signo crucis dicens:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Deinde benedictionem ab eo petit his verbis:

Benedicite Pater. Tum Confessarius inquit:

Dominus sit in corde tuo, & in labiis tuis, ut digne, & competenter consteatis omnia peccata tua.

Deinde pœnitens dicit orationem Dominicam, Salutationem angelicam, symbolum Apostolorum, & Decalogum, cum ex supra explicatis debet.

Tum recitat Confessionem generalem usque ad ea verba: *Ideo precor*; percutitque pectus ad ea verba: *Mea culpa &c.*

Con-

entum

tola vio
genufle
rio satis
adhibea

Deus &c

ft. Poe
itis humi
olicis mastatu, &
ipta.
dum est
crucis di

& Spiritus

petit his

farius in

in labiis
confitearisem Domi
ymbolum
um ex suralem us
ercutitque
&c

Con-

*Confiteor Deo omnipotenti; beatæ Mariæ
semper Virgini; beato Michaeli Archangelo;
beato Joanni Baptistæ; sanctis Apostolis Pe-
tro, & Paulo; beato Ambrosio Confessori;
omnibus Sanctis; & tibi Pater, quia peccavi
nimis cogitatione, verbo, & opere; mea cul-
pa, mea culpa, mea maxima culpa. Quam
li memoriter nescit, adjuvante, suggerente-
que Confessore id præstet, & si opus est,
etiam vulgari sermone.*

*Peccata sua exinde confitetur, adjuvan-
te, quotiescumque opus est, Sacerdote;
qui demum interrogat, an alia recordetur,
& ejus conscientiam perfectius examinat,
prout conditio personæ postulat; & ad do-
lorem & contritionem efficacibus verbis in-
ducere conatur.*

*Postremo poenitens accusat se de obli-
tis, & dicit reliquum Confessionis generalis:
Ideo precor beatam Mariam semper Vir-
ginem; beatum Michaelem Archangelum;
beatum Joannem Baptistam; sanctos Aposto-
los Petrum & Paulum; beatum Ambrosium Con-
fessorem; omnes Sanctos; & te Pater, orare
pro me ad Dominum Deum nostrum. Deinde
poenitentiam, absolutionemque humiliter
petit.*

*Poenitentiam Confessarius imponit; re-
media peccatorum tradit; mox, si tunc ab-
solvendus est, dicit primo distinctis verbis,
ut a poenitente audiatur, capite aperto, &
manibus junctis:*

*Misereatur tui omnipotens Deus, & dimis-
sis omnibus peccatis tuis, perducatur te ad vi-
tam æternam. Poenitens respondet: Amen.*

S. Car. Instr. Past.

Y

Dein-

Deinde signum crucis dextera formans
versus pœnitentem dicit :

Indulgentiam, absolutionem † & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. Pœnitens respondet: Amen.

Deinde caput operit, manu dextera super caput pœnitentis elevata & extenta absolvit hac formula; & dum dicit: *In nomine Patris, &c.* crucis signum dextera format versus pœnitentem:

Dominus noster Iesus Christus te absolvat; & ego auctoritate ipsius, qua fungor, absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, si quod incurristi, quantum ego possum, & tu indiges.

Deinde ego te absolvo a peccatis tuis, in nomine Patris, † & Filii, & Spiritus sancti.

Tum Sacerdos capite aperto, & manibus junctis dicit:

Passio Domini nostri Iesu Christi; merita beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum; & quidquid boni feceris, & mali sustinueris; sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Pœnitens respondet: Amen.

Et Confessarius dicit, *Vade in pace, & noli amplius peccare.*

Neque omittit vitæ præcepta tradere, & omnino salutis pœnitentis consulere, ut supra explicatum est.

De Absolutione ab Excommunicatione.

Si certum sit aliquem incurrisse excommunicationem, & absolutionem debita pietate

formans tate postulet; si Confessarius absolvendi facultatem habeat, eum forma a jure præscripta absolvet, his servatis:

Primo, ut in magnis saltem criminibus excommunicatus juret parere mandatis Ecclesiæ super eo, de quo est excommunicatus.

Deinde, ut pro offensa, aut damno parti satisfaciatur, si, & quatenus tenetur satisfacere; & si non potest in præsentia, promittat, & caveat cautione saltem juratoria.

Postremo eum absolvet. Cujus absolutio- nis quamvis non sint determinata verba, hac tamen infra descripta usitata formula & ratione utetur.

Sed mulierem absolvendam numquam humeros nudare jubebit, neque absolvens verberabit.

Neque etiam virum secreto confitentem, si sit in præsentia alterius. Si vero in occulto sit, aut forte absolutio danda sit in foro exteriori, omnia servabuntur.

Absolvendi ratio.

Pœnitentem igitur utroque genu flexo, & manibus simul junctis, humerisque paululum nudatis, virga, aut funiculis percutit, dicendo Psalmum quinquagesimum: *Miserere mei*, aut alium ex pœnitentialibus, cum *Gloria Patri* &c.

Deinde dicit: *Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison. Pater noster, &c.* Secreto.

¶. *Et ne nos inducas in tentationem.*

¶. *Sed libera nos a malo.*

Ps. Saluum fac seruum tuum.

R. Deus meus sperantem in te.

Ps. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Ps. Esto ei Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

Ps. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor noster ad te perveniat.

Ps. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Deus, cui proprium est misereri semper & parcere; suscipe deprecationem nostram, ut hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena constrinxit, miseratio pietatis tue clementer absolvat. Per Dominum nostrum, &c.

In qua oratione mutandum est genus, prout quis mas est, vel foemina.

Quibus peractis eum absolvit hac formula:

Ego absolvo te a vinculo excommunicationis, & restituo communioni fidelium. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Si quando committatur Confessario absolutio suspensionis, vel interdicti, quamvis nulla sint verba constituta; hac formula utitur:

Ego absolvo te a vinculo suspensionis, vel interdicti. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

CANONES POENITENTIALES.

Quorum cognitio Parochis, Confessoribusque necessaria est, dispositi pro ratione ordineque Decalogi.

Patres docuerunt, quam necessaria admodum sit Sacerdotibus, qui in audiendis Poenitentium Confessionibus versantur, Canonum poenitentialium scientia. Etenim si omnia, quæ ad poenitendi modum pertinent, non prudentia solum ac pietate, sed iustitia etiam metienda sunt: certe norma hæc e Canonibus poenitentialibus sumatur oportet. Sunt namque ii quasi regulæ quædam, quibus cum ad culpæ commissæ gravitatem recte discernendam; tum ad imponendam pro illius ratione veram poenitentiam Sacerdotes Confessarii ita diriguntur, ut, ubi singula, & quæ ad peccati magnitudinem, & quæ ad poenitentis statum, conditionem, ætatem, intimumque cordis contriti dolorem pertinent, accurate perpenderit; tum deum poenitentiam iudicio ac prudentia sua moderentur. Atque hæc quidem, omnisque alia, quæ multiplex est, hujus necessariæ cognitionis ratio a Patribus explicata facit, ut, quemadmodum loco suo supra dictum est, Canones poenitentiales pro Decalogi ratione dispositi, in ultimam hujus libri partem referantur, unde aliqua eorum notitia ab ipsis Confessariis Sacerdotibus sumi possit.

PRÆCEPTUM I.

*Dominum Deum tuum adorabis, &
illi soli servies.*

CANONES POENITENTIÆ.

*Si quis contra hoc præceptum aliquo
modo peccarit.*

Pœn. R. **Q**ui a fide catholica desciscens, intimo,
tit. 7. c. 4. summoque prævaricationis suæ dolo.
Syn. Elib. re affectus ad Ecclesiam redierit, pœniten-
c. 22. *Anf.* tiam aget annis decem. Quo temporis spa-
lib. 11. c. tium decurso ei Communio præstari debet.
120.

Pœn. Bed. Qui dæmoni immolaverit, in pœniten-
cap. 9. tia erit annis item decem.

Bur. lib. Qui more gentilium elementa coluerit;
19. qui vel segetibus faciendis, vel ædibus
Pœn. R. c. exstruendis, vel arboribus conferendis, suam
24. quiren
Syn. Laod. vel nuptiis contrahendis, inanem signorum
fallaciam observaverit: pœnitentiam aget
annos duos feriis legitimis.

Bur. ibid. Qui ritu paganorum observavit Calendas
Syn. Load. Januarii, in pœnitentia erit annos item
c. 72. duos per legitimas ferias.

Pœn. Rab. Qui festa gentilium celebravit, pœ-
c. 24. nitentiam aget item annos duos legitimis
Bur. ibid. feriis.
Pœn. Rab.

c. 25. *Bur. ibid.* Qui feriam quintam in honorem Jovis
honoraverit, pœnitens pane & aqua victi-
tabit dies quadraginta.

Qui conviviis gentilium, & escis im- *Poen. Rab.*
molaticiiis usus erit, publicam poenitentiam c. 25.
bis, & aget.

Qui comederit de idolotitho, poeni- *Bur. lib.*
tens victitabit pane & aqua dies triginta. 19. tit. de
sap.

Qui cum Judæo cibum sumpserit, poe- *Syn. Elib.*
nitens erit dies decem, pane & aqua vi- c. 55.
citans. *Poen. R.*

Qui auguriis, & divinationibus servie- *Bur. lib.*
rit, quive incantationes diabolicas fecerit, *Poen. Rab.*
poenitens erit annos septem. tit. 6. c. 2.
Bur. L. 10.

Mulier incantatrix poenitentiam aget c. 8.
annum; vel ut alio Canone cavetur, annos *Ivo p. 11.*
septem. c. 36.

Qui herbas medicinales cum incantatio- *Poen. R.*
nibus collegerit, poenitentiam aget dies c. 2.
viginti. *Poen. Rab.*
ibid.

Qui magos consuluerit, quive domum *Poen. Rab.*
suam induxerit, aliquid arte magica ex- tit. 6. c. 11.
quirendi causa, in poenitentia erit annos *Bur. l. 19.*
quinque. cap. 269.

Qui ædes magicis cantionibus lustrat, *Syn. An-*
aliudve tale admittit, & qui ei consentit, *cyr. c. 23.*
quive consulit, in poenitentia erit annos
quinque.

Qui tempestatum immissor erit, poeni- *Poen. R.*
tentiam aget annos septem, tres in pane tit. 6. c. 23.
& aqua. & 20.

Qui vero crediderit, particepsve fue- *Poen. Bed.*
rit, annum unum per legitimas ferias. c. 7.
Anf. l. 11.
c. 120.

Pœn. R. Si quis ad fascinum præcantaverit, poenitentiam aget Quadragesimas tres in pane & aqua.
Syn. Cab. c. 5.

Ivo p. II. c. 24. Si quis ligaturas, aut fascinationes fecerit, poenitens erit annos duos per legitimas ferias.

C. 1. de fort. Si quis fortilegus erit, poenitentiam aget dies quadraginta.

Pœn. R. tit. 6. c. 7. c. 1. de fort. Si quis in codicibus, aut in tabulis forte ducta res futuras requisierit, poenitens erit dies quadraginta.

C. 1. de fort. Respiciens furta in astrolabio, annis duobus.

Pœn. R. tit. 6. c. 6. Anf. lib. 11. c. 146. Si quis aliquid comederit, aut biberit, aut super se portarit ad evertendum iudicium Dei, poenitentiam aget ut magus.

Pœn. R. tit. 6. c. 5. Anf. lib. 11. c. 146. Si quis Clericus, vel Monachus, postquam Deo voverit, ad sæculum redierit, poenitentiam aget annos decem, quorum tres in pane & aqua.

PRÆCEPTUM II.

Non assumes nomen Dei tui in vanum.

CANONES POENITENTIÆ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Pœn. R. tit. 2. c. 6. q. 1. c. 18. Quicumque sciens pejeraverit, quadraginta dies in pane & aqua, & septem sequen-

it, pœ. sequentes annos pœniteat, & numquam Tart. l. 5.
in pane sit sine pœnitentia, & numquam in testimo- c. 5.
nium recipiatur; & post hæc Communio-
nem percipiat.

ones fe. Si quis sciens pejerat in manu Episcopi, Pœn. Bed.
r legiti. vel Presbyteri, vel Diaconi, vel in Cruce c. 22. q. 5.
itentiam consecrata, altariue, pœnitentiam aget an- c. 2.
nos tres: in cruce non consecrata, annum
unum.

ulis for. Qui perjurium in Ecclesia fecerit, pœ- Pœn. R.
pœnitens nitentiam aget annos decem. tit. 2. c. 2.

, annis Qui sciens pejerat Domini impulsu, pœ- Pœn. Bed.
nitens erit Quadragesimas tres, & ferias c. 9.
ut bibe. legitimas. Dominus autem, quia præcepit, Pœn. R.
rtendum quadraginta dies in pane & aqua, & sep- tit. 2. c. 1.
ut ma. tem sequentes annos. Bur. lib. 12. c. 4.

s, post. Si quis sciens pejeraverit, aliosque Pœn. R.
redierit, in perjurium induxerit, pœnitens erit tit. 2. c. 9.
quorum dies quadraginta in pane & aqua, & se- Bur. l. 19.
ptem sequentes annos, & tot perjuria
jejunabit, quot homines in perjurium in-
duxerit.

f. Si quis suspicatus se ad perjurium indu- Pœn. R.
ci, ex consensu jurat, pœnitentiam aget tit. 2. c. 4.
ui in dies quadraginta, & septem annos sequen- Pœn.
tes, & nunquam sine gravi pœnitentia Theod.
erit. Bur. l. 12. c. 11.

Æ. Si quis per cupiditatem perjurium fe- Ivo par.
aliquo cerit, carinam in pane & aqua jejunet, 12. c. 68.
&, quamdiu vivit, omnes sextas ferias: Pœn. R. tit. 2. c. 8.
item Bur. l. 19. tit. de per-
jur.

quadra-
& septem
sequen-

Pæn. R. ibi. Si quis per cupiditatem pejeraverit, om-
Ivo par. nes res suas vendet, & pauperibus distri-
12. c. 60. buet, & monasterium ingressus jugi se pœ-
Tart. lib. nitentiæ subdet.
c. 6.

22. q. 1. c. Si quis coactus, necessitateque aliqua
si quis. impulsus perjurium commiserit, in pœniten-
Pæn. R. tit. 2. c. 2. tia erit Quadragesimis tribus: item
Bur. lib.

12. c. 60. Si quis coactus pejeraverit, pœnitens
Ivo p. 12. quadraginta diebus pane & aqua victitet,
c. 63. ac præterea omnibus sextis feriis.

Pæn. R. Si quis seductus ignorans, & postea
ibi. c. 3. cognoscit, pœnitentiam aget annum unum,
Bur. l. 19. vel Quadragesimas tres, vel dies quadra-
Pæn. Bed. ginta.
c. 9.

C. si quis Qui compellit alium, ut falsum juret,
f. 22. q. 5. quadraginta dies in pane & aqua, & sep-
 tem annos in pœnitentia erit.

Pæn. R. Si quis iusjurandum, quo Regi & Do-
tit. 2. c. 7. mino suo se adstrinxerit, violaverit, in
Ans. lib. monasterio pœnitentiam aget omnibus die-
11. c. 68. bus vitæ suæ.
22. q. 5.
c. 19.

Syn. Her. Si quis se jurejurando obstrinxerit, ut
c. 7. cum aliquo litiget, nec pacem cum eo re-
Pæn. R. tit. 2. c. 11. conciliet, pœnitentiam aget dies quadra-
22. q. 1. ginta in pane & aqua, per annum a sacra
c. 10. Communionem segregatus, ad charitatem ve-
Bur. l. 19. ro celeriter redeat.
Rab. c. 20.

22. q. 1. Si quis per capillum Dei, aut per caput
c. 10. ejus juraverit, si semel nesciens fecerit, pœ-
Pæn. R. tit. 2. nitens aqua & pane septem dies victitet; si

secun-

erit, om. secundo, ac tertio monitus idem fecerit, *Ans. lib.*
 us distri- dies quindecim. *11. c. 6.*

gi se pœ- Si per cœlum, aut per aliam aliquam *Ivo par.*
 creaturam, dies item quindecim. *12. c. 326.*

ne aliqua Si quis blasphemat, tamdiu pœnitens *Ex Pœn.*
 pœnitent- erit, quamdiu impœnitens permanfit. *ant.*

pœnitens Si quis Deum, vel beatam Mariam *C. 2. de*
 victitet, Virginem, vel aliquem Sanctum publice *maled.*

blasphemaverit, pro foribus Ecclesiæ diebus
 Dominicis septem, in manifesto, dum Mis-
 sarum solemniam aguntur, stet, ultimoque
 & postea ex illis die sine pallio, & calceamentis,
 um unum, ligatus corrigia circa collum, septemque
 s quadra- ligatus corrigia circa collum, septemque
 præcedentibus feriis sextis in pane & aqua
 um juret, jejundet, Ecclesiam nullo modo tunc ingres-
 , & sep- surus; singulis item septem illis diebus do-
 minicis, tres, aut duos, aut unum paupe-
 rem pascat, si potest; alioquin alia pœni-
 gi & Do- tentia afficiatur; recusans, Ecclesiæ ingressu
 verit, in interdicatur; in obitu, ecclesiastica sepul-
 nibus die- tura careat. Dives a Magistratu mulctetur
 pœna solidorum quadraginta, alioqui tri-
 ginta, seu viginti.

ixerit, ut De hoc detestabili peccato extat sanctio
 um eo re- Leonis Decimi Pontificis in Concilio Late-
 s quadra- ranensi sessione nona.

um a sacra-
 titatem ve-

per caput
 cerit, pœ-
 victitet; si
 secun-

P R Æ C E P T U M III.

Sabbata sanctifices.

[CANONES POENITENTIÆ

*Si quis contra hoc præceptum aliquo
modo peccarit.*

Bur. l. 19. Qui opus aliquot servile die dominico, festove fecerit, poenitentiam aget tres dies in pane & aqua.

Ex Poen. ant. Qui die dominico opus terrenum fecerit, qui navigarit, aut equitarit, dies septem poenitentiam aget.

Ex Poen. vet. Si quis per contemptum in Dominica jejunaverit, poenitens erit hebdomadam unam; si iterum, dies viginti; si præterea tertium, dies quadraginta.

Poen. R. tit. 7. c. 1. Si quis ante Ecclesias, vel die festo, saltationes (quas ballationes vocant) fecerit; emendationem pollicitus, poenitentiam aget annis tribus. In græco codice: Clericus deponatur, laicus excommunicetur.

Bur. lib. 19. tit. de irr. Si quis pransus Missæ interfuerit, poenitens erit dies tres in pane & aqua.

Bur. ibid. c. seq. Si quis sacram Communionem sumptum, poenitentiam aget dies decem in pane & aqua.

Bur. ibid. c. seq. Si quis in Ecclesia confabuletur, cum divina fiunt, poenitens erit dies decem in pane & aqua.

III. Si quis festa Paschæ, Pentecostes, Na- *Bur. ibid.*
 talis Domini (nisi infirmitate impediēte) *tit. de Sac.*
 alio loco celebrarit, quam ubi domicilium
 habet, poenitens erit dies item decem in
 pane & aqua.

aliquo Si quis jejunia a sancta Ecclesia indicta *Pæn. R.*
 violarit, poenitentiam aget dies viginti in *tit. 7. c. 11.*
 pane & aqua. *Bur. l. 19.*

dominico, In Quadragesima, carne sine inevitabili *Pæn. R.*
aget tres necessitate vescens, in Pascha non commu- *tit. 7. c. 7.*
um fecerit nicet, ac præterea a carne abstineat. *Syn. Tbl.*
dies sep- *8. c. 9.*

Qui in Quadragesima jejunium viola- *Ex judi-*
 verit, pro uno die poenitentiam aget dies *cio Can.*
 septem.

Dominica Si quis jejunium quatuor temporum non *Pæn. ibid.*
domadam custodierit, poenitens erit dies quadraginta *Bur. ibid.*
præterea in pane & aqua.

ie festo, Qui neglexerit in quatuor his solemni- *Pæn. R.*
(t) fecerit tatibus, die Cœnæ Domini, in Pascha, *tit. 7. c. 10.*
poenitentiam Pentecoste, & in Natali Domini sacram *Bur. l. 19.*
e: Clerici Communionem sumere, aget poenitentiam
etur. in pane & aqua dies viginti.

PRÆCEPTUM IV.

Habeas in honore parentes.

CANONES POENITENTIÆ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo
modo peccarit.

ur, cum Qui parentibus maledixerit, quadragin- *Pæn. Th.*
decem in ta dies poenitens sit in pane & aqua. *Bur. l. 19.*

Qui

Pœn. R. Qui parentes injuria affecerit, tres an-
tit. 4. c. 12. nos.

Bur. l. 19. Qui percusserit, annos septem.
c. 94.

Qui expulerit, tamdiu pœnitens, quam-
diu in impietate permanferit.

Pœn. R. Si quis contra Episcopum pastorem &
tit. 6. c. 17. patrem suum infurrexerit, uno in loco,
24. q. 3. c. monasteriove pœnitentiam aget omnibus
22. diebus vitæ suæ. Addit Gratianus, ut in
Syn. Tung. primis omnia bona eius proscriptione pub-
c. 5. licentur, deinde in uno monasterio &c.

Gr. 24. Eadem pœnitentia afficiatur, qui con-
q. 3. c. 22. tra Presbyterum.

Pœn. R. Si quis contra Episcopum pastorem &
tit. 6. c. 18. patrem suum conspiraverit, gradu suo amo-
Syn. Calc. vebitur. Idem si insidias tetenderit.
c. 18.

Pœn. Rab. Si quis in eo conspiraverit, ut Episcopi
c. 19. doctrinam, vel præcepta irrideat, vel sub-
Pœn. R. fannet, ager in pane & aqua pœnitentiam
tit. 6. c. 19. dies quadraginta.
Bur. l. 19.

Qua pœnitentia etiam afficiatur, si quis
ita conspiraverit, ut ejus ministrorum præ-
cepta contemnat.

ibidem. Si quis item Presbyteri, Parochie sui
præcepta irriferit, pœnitens item erit dies
quadraginta in pane & aqua.

P R Æ C E P T U M V.

Non occides.

CANONES POENITENTIAE.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Qui Presbyterum occiderit, poenitentiam *Pæn. R.*
 agat annos duodecim: item *tit. i. c. i.*
Syn. Mog.

Si quis Sacerdotem voluntarie occide- *c. 24.*
 rit, carne, & vino abstineat cunctis diebus *Pæn. R.*
 vitæ suæ. Quotidie, exceptis festis, domi- *c. 2. 34.*
 nicisque diebus, jejundet; non equitet, non *Bur. lib.*
 arma ferat, non Ecclesiam ingrediatur quin- *6. c. 8.*
 que annis; sed pro ejus foribus stet. *Ivo par.*
10. c. 137.

Post quinque annos Ecclesiam ingredia- *Mag. sub*
 tur licet; nondum vero communicet, sed *Ambr. c.*
 inter audientes sit. Decimi anni cursu con- *16.*
 secto, communicet, & equitet licet. *Trib. c. 4.*

Qui vel ipse, vel de eius consilio, ali- *Bur. l. 19.*
 quem ecclesiastici ordinis hominem, aut *& lib. 17.*
 Psalmistam, aut Ostiarium, aut Lectorem, *Pæn. R.*
 aut Exorcistam, aut Acolythum, aut Sub- *tit. i. c. 34.*
 diaconum, aut Diaconum, aut Presbyte- *Syn.*
 rum occiderit; per singulos ordines singu- *Vorm. c.*
 lariter poenitentiam agat: pro Psalmista ca- *16.*

linam unam, nempe quadraginta dies in
 pane & aqua; pro Ostiario itidem; pro
 Lectore itidem; pro Exorcista similiter; pro
 Acolytho similiter; pro Subdiacono simili-
 ter; pro Diacono similiter. Quapropter om-
 nis, qui interfecerit voluntarie Presbyte-
 rum,

rum, ita pœnitere debet, ut octo homicidia commissa, & nunquam debet esse sine pœnitentia.

Ivo par. Si quis Presbyter Presbyterum occide-
rit, pœnitentiam aget annos viginti octo.

Ivo ibi- Si quis Presbyterum armis contra se
dem c. 15. irruentem occiderit, pœnitens erit annos
decem.

Pæn. R. Si quis patrem, aut matrem, fratrem,
tit. I c. 13. aut sororem occiderit, toto vitæ suæ tem-
Greg. II. pore non suscipiat Corpus Domini, nisi in
in Ep. 8. obitu; abstineat a carne, & vino, dum vi-
Ad Bon. xerit; jejundet secunda, & quarta, & sexta
Mog. feria: item
Anf. lib.

II. c. 51.
Pæn. R. Si quis parricidium fecerit, id est, pa-
tit. I. c. 22. trem, aut matrem, fratrem, sororem, pa-
Syn. truum, amitam, aut materteram occiderit:

Vorm. c. si casu, neque per iram fecerit, ut homici-
30. dii sponte commissi pœnitentiam aget; si

Bur. l. 19. sponte, & iratus, præ foribus Ecclesiæ
Ivo ibid. 163. 164. per annum stabit Deum orans. Anno per-

& c. 173. acto, in angulo Ecclesiæ per annum item
ex Ep. stabit. Quibus peractis, si pœnitentiæ

Nicolai fructus in eo conspicietur, sacra Commu-
Papæ. nionis particeps fiet. Carne abstinebit tota

vita; quotidie jejunabit præter dies festos;
a vino, cerevisia, mellita abstinebit dies
hebdomadæ tres. Pedibus, quocumque
ierit, iter faciet; armis nunquam utetur,
nisi contra paganos; uxorem si non habet,
nunquam ducet: item

Pæn. R. Qui voluntarie genitorem suum, aut ge-
nitricem occiderit, extra patriam septem

annis

annis
morter
Si auto
niteat
Qu
suam,
occide
fius te
nis pœ
suum,
suam,
amitam
filiam
confob
occider
mam;
nis ine
annis
ta, no
teat.
tis pœ
ut ma
sancto
in Chr
minan
que an
fiat; t
pœnite
pœnite
occider
sive pri
crum
rum;
lens, c
S. C.

homici- annis exul fiat; tunc demum usque ad *Ans. lib.*
 esse sine mortem cum fletu, & gemitu poeniteat. *II. c. 48.*
 Si autem nolenti accidit, decem annis poe-
 niteat iudicio Sacerdotis.

Qui voluntarie filium suum, vel filiam
 suam, vel germanum, aut germanam suam
 occiderit, quinque annis extra metas ip-
 sius terræ exul fiat; deinceps viginti an-
 nis poeniteat. Qui vero voluntarie avum
 suum, vel aviam suam, vel nepotem
 suam, vel patrum, aut avunculum, seu
 amitam, sive materteram, aut filium, vel
 filiam germani sui, aut germanæ, seu
 consobrinum suum, sive consobrinam suam
 occiderit, id est, a tertia usque ad septi-
 mam; si vero tertia fuerit, duodecim an-
 nis inermis poeniteat; si quarta, undecim
 annis poeniteat; si quinta, decem; si sex-
 ta, novem; si septima, octo annis poeni-
 teat. Si autem nolens; arbitrio Sacerdo-
 tis poeniteat. Qui voluntarie patrem suum,
 aut matrem, vel filium, aut filiam de
 sancto lavacro, seu fratrem, sive sororem
 in Christo, aut Dominum suum, vel Do-
 minam, seu uxorem suam occiderit; quin-
 que annis extra metas ipsius terræ exul
 fiat; tunc demum quindecim annis inermis
 poeniteat. Si vero nolens, septem annis
 poeniteat. Qui vitricum suum voluntarie
 occiderit, aut novercam, seu privignum,
 sive privignam, vel socerum suum, aut so-
 crum suam, seu generum suum, sive nu-
 rum; decem annis poeniteat. Si vero no-
 lens, quinque annis poeniteat.

S. Car. Instr. Past.

Z

Qui

Ivo par. Si quis filium non sponte occiderit,
10. c. 165. ut homicidii sponte commissi pœnitentia
Syn. Trib. afficietur.

c. 53.

Ivo par. Quæ mulier filios suos necarit; per
10. c. 187. æta septennali pœnitentia in monasterium
 detrusa, monasticam vitam perpetuo regu-
 lariter aget.

Pœn. R. Si qua mulier post partum filium, fi-
tit. I. c. 26. liamve sponte interfecerit, pœnitentiam
Bur. l. 19. aget annos duodecim; & nunquam erit
 sine pœnitentia.

Paupercula si ob difficultatem nutrien-
 di id commiserit, annos septem.

Pœn. R. Si qua mulier sponte abortum fecerit,
tr. I. c. 33. pœnitentiam aget tres annos; si nolens,
Bur. lib. Quadragesimas tres: item
17. c. ult.

Ans. Mulier partum suum perdens voluntarie
Pœn. Bed. ante quadraginta, dies pœnitens erit an-
c. 4. num; si vero post quadraginta dies, an-
 nos tres; si vero postquam editus est in
 lucem, tanquam homicida.

Pœn. R. Quæ sceleris occultandi causa filium
c. 27. 28. necarit, pœnitentiam aget annos de-
Bur. l. 17. cem.
c. 53.

Ivo par. 9. Qui nolens filium oppresserit, si post
c. 103. & p. baptismum, pœnitentiam aget dies qua-
10 c. 183. draginta in pane & aqua, oleribus, ac
Pœn. R. leguminibus; abstinebit ab uxore dies
lib. I. c. 29. totidem. Deinde pœnitens erit tres an-
Bur. lib. nos per legitimas ferias; tres præterea
17. c. 58. Quadragesimas in anno observabit.
& lib. 19. ante baptismum, quadraginta dies ut su-
 pra,

occiderit, pra, & quinquennii præterea poenitentiam explebit.

Cujus parvulus sine baptismo per negligentiam moritur, tres annos poeniteat; tit. i. c. 31. *Pæn. R.*
 unum in pane & aqua. Infans infirmus & paganus commendetur Presbytero; si moritur absque baptismo, depositus, & si per negligentiam parentum fuit, annum unum poeniteat. *Ans. l. ii. c. 41. 42. Pæn. Bed. c. 2.*

Cujus filius sine confirmationis Sacramento moritur, parentes, quorum negligentia id factum est, poenitentiam agent annos tres. *Ex Pæn. Theod.*

Si quis explendæ causa libidinis, vel odii meditatione, ut non ex eo soboles nascatur, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non posset generare, aut concipere, homicida teneatur. *Pæn. R. tit. i. c. 32. Bur. l. 17. c. 57. c. ult. de hom.*

Occidisti uxorem tuam, legitimo matrimonio sociatam, sine causa mortis; non tibi resistentem, non insidiantem quoquo modo vitæ tuæ, non invenisti eam cum alio viro nefariam rem facientem; sed incitatus a diabolo, impio inflammatus furore, latrocinii more, atrocior & crudelior omni bellua, eam gladio tuo interemisti. Et nunc post mortem ejus addis iniquitatem, filiorum tuorum improbe prædo; qui matri non pepercisti, & filios tuos ideo orphanos fecisti, ut superinduceres mortis causam post mortem. Et per unum homicidam, & re-

probum testem incusare vis mortuam; hoc nec Evangelium, nec ulla divina, humanaque lex concedit, ut unius testimonio etiam idoneo aliquis condemnetur, vel iustificetur: Quanto magis per istum tam flagitiosum & scelestum, nec illa viva debuit condemnari, nec tu poteris post ejus mortem excusari. Prius causa criminis subtiliter erat investiganda; & tunc si rea fuisset inventa, secundum legis tramitem debuit excipere ultionis vindictam. Nam & si verum (quod absit) fuisset, sicut ille adulter mentitus est, post septem annos poenitentia peracta dimittere eam per approbatam causam poteras, si voluisses; occidere eam nullatenus debuisti.

Duo consilia proponimus tibi; accepta tecum deliberatione duorum elige, magis quod placeat, & miserere animæ tuæ, & tu hic in isto angusto tempore positus, ne sis tu ipse tuimet homicida, & in æternum pereas. Relinque hoc malignum sæculum, quod te traxit ad tam immanissimum peccati facinus; multorum fratrum precibus adjutus, observa cuncta simplici animo, quæ tibi ab Abbate fuerint imperata, si forte ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis. Istud consilium, ut certissime scias, levius, ac salubrius est, ut sub alterius custodia lugeas deslenda peccata. Secundum autem consilium tale est. Arma depone, & cuncta sæcularia negotia dimitte. Carnem, & sagimen omnibus die-

diebus
die Re
talis D
& aqu
ribus
& ora
omni t
mellita
nisi in
rem ne
adulter
in per
balneo
sam tu
non ag
quam
aliis ch
ingredi
bus te
nioni S
cunctis
exultim
pro vi
ut acci
alia mu
dus tar
si hæc
dicta su
te perf
de im
tuorum
cundum
resolvat
peccati
qui ean

m; hoc diebus vitæ tuæ non comedas, excepto
 , huma- die Resurrectionis Domini, & uno die Na-
 timonio talis Domini. Cæteris temporibus in pane
 vel ju- & aqua, & interdum leguminibus, & ole-
 tam fla- ribus pœniteas. In jejuniis, & vigiliis,
 a debuit & orationibus, & eleemosynis perlevera
 ost ejus omni tempore. Vinum, & medonem, &
 criminis mellitam, & cerevisiam numquam bibas,
 ac si rea nisi in illis prædictis tribus diebus. Uxo-
 ramitem rem ne ducas, concubinam non habeas,
 . Nam adulterium non facias, absque conjugio
 , sicut in perpetuo permanes. Numquam te in
 tem an- balneo laves, equum non ascendas, cau-
 eam per sam tuam & alterius in conventu fidelium
 oluisses; non agas. In conviviis lætantium num-
 i; ac- quam sedes. In Ecclesia segregatus ab
 n elige, aliis christianis post ostium humiliter stes,
 e animæ ingredientium, & egredientium orationi-
 tempore bus te suppliciter commendes. Commu-
 omicida, nioni Sacri Corporis & Sanguinis Domini
 hoc ma- cunctis diebus vitæ tuæ indignum te
 ad tam existimes; in ultimo termino vitæ tuæ
 multorum pro viatico (si observaveris consilium)
 a cuncta ut accipias, tibi concedimus. Sunt &
 e fuerint alia multa duriora, quæ tibi juxta pon-
 Dei bo- dus tanti facinoris essent adjicienda; sed
 , ut cer- si hæc omnia, quæ supra misericorditer
 est, ut dicta sunt, perfecto corde Deo auxilian-
 nda pec- te perfeceris, & custodieris; confidimus
 tale est. de immensa clementia Dei, remissionem
 ia nego- tuorum peccatorum te habiturum; & se-
 omnibus cundum boni justique pastoris imperium
 die- resolvat te sancta Ecclesia ab hoc vinculo
 qui eam suo Sanguine redemerat, sis so-

lutus in coelis. Sin autem aliter feceris, & sanctæ Matris Ecclesiæ salubre consilium despexeris; ipse tibi sis iudex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, maneat. Sanguinis tuus sit super caput tuum, & sub indissolubili anathemate permaneat, donec Deo, & sanctæ Ecclesiæ satisfacias.

Pæn. R.

tit. I. c. 12.

Bur. lib. 6.

cap. 39.

Ivo par.

10. c. 168.

Si mulier maritum suum causa fornicationis veneno interfecerit, aut quacumque arte perimere facit; quia Dominum & seniores suum occidit, sæculum relinquat, & in monasterio poeniteat.

Gr. 23. q.

5. c. 12.

Bur. lib.

19. c. 30.

Qui mortem sibi consciverit, pro eo nulla in Missa commemoratio fiat, neque cum Psalmis ejus cadaver sepeliatur.

Ivo par.

10. c. 186.

Par. 10.

c. 145.

Si quis sponte hominum occiderit, ad januam Ecclesiæ semper erit, & in obitu Communionem recipiat. Si casu necarit, poenitentiam agat annos septem; ex alterius Canonis præscripto, annos quinque.

Si quis hominem necare voluerit, neque hoc scelus patrare potuerit, ut homicida poenitentia afficietur.

Alius Canon de homicidio voluntario.

Si quis homicidium sponte commiserit, vel odio, vel possidendæ hæreditatis causa, primo jejundet in pane & aqua, deinde poenitentiam agat annos septem. Primo anno post illos quadraginta dies a vino,

caseo,

er fece. caseo, pisce abstinerebit. In secundo & ter-
 ore con- tio similiter jejundet; tertiam autem, &
 dex, & quintam feriam, ac sabbatum redimere po-
 teneris, test. Reliquis quatuor annis jejunabit in
 r caput singulis tres Quadragesimas, primam ante
 iate per Palcha, alteram ante diem festum S. Joan-
 Ecclesia nis Baptistæ, tertiam ante Nativitatem Do-
 mini.

fornica- Si quis fecerit homicidium pro vin- *Pœn. R.*
 acumque dicta parentum, ita poenitentiam aget, ut *tit. I. c. 10.*
 m & le homicidia voluntarius. Itidem pro vindi- *Bur. lib.*
 linquat, cta fratris. *16. c. 32.*

pro eo Qui pro vindicta fratris, annum unum, *Pœn. Bed.*
 , neque & in sequentibus duobus annis tres Qua- *c. 3.*
 r. dragesimas, & legitimas ferias.

erit, ad Si quis per iram subitam, aut per ri- *Pœn. Bed.*
 in obitu xam hominem necarit, poenitentiam aget *cap. 3.*
 necarit, annos tres.

ex alte- Si quis jussu Domini homicidium per- *Bed. ibid.*
 inque. petravit, dies quadraginta in pane & aqua,
 rit, ne & præterea septem annos sequentes per le-
 t homi. gitimas ferias jejunabit.

Qui in bello publico jussu principis le- *Bur. lib.*
 gitimi tyrannum interfecerit, poenitens erit *19. c. 5.*
 tres Quadragesimas per legitimas ferias.

Qui liber jubente majore suo innocen- *Bur. ibid.*
 tem occiderit, poenitentiam aget annum
 unum, & sequentes duos, tres Quadra-
 gesimas, & legitimas ferias.

Qui homicidii auctor fuit ob consilium,
 quod dedit, erit in poenitentia quadraginta
 dies

dies in pane & aqua, cum septem sequentibus annis.

Qui insidiatus est alicui, ut ab alio occidatur, licet ipse non occiderit, poenitentiam aget quadraginta dies in pane & aqua, & septem sequentes annos observabit.

Pœn. R.

c. 25.

Bur. lib.

19. c. 1. de

accus.

Qui accusarit aliquem, ob eamque accusationem occisus est, quadraginta dies in pane & aqua, cum septem sequentibus annis in poenitentia versari debet. Sin autem ob accusationem debilitatus est, tres Quadragesimas poenitebit per legitimas ferias.

Qui insanus homicidium perpetrarit, leviores poenitentiam explebit.

Pœn. R.

c. 25.

Bur. l. 6.

c. 20.

Ivo p. 10.

c. 49.

Pœn. R.

c. 24.

Qui publice poenitentem occiderit, tamquam de homicidio sponte commisso dupplicem poenitentiam aget.

Qui furem, aut latronem interfecerit, quadraginta dies ab Ecclesiæ ingressu abstinerebit, & præterea in tertia feria, & in sexta, & Sabbato jejunabit.

Pœn. R.

c. 3.

Bur. lib.

16. c. 6.

Si quis casu homicidium fecerit, poenitens erit quadraginta dies in pane, & aqua; his peractis, biennio & oratione fidelium segregatus non communicabit, neque offeret. Post biennium in Communionem orationis suscipietur; offeret autem, non tamen communicabit. Post quinquennium ad plenam Communionem recipietur; a cibis abstinebit arbitrato Sacerdotis.

sequen. Qui hominem tanquam feram aliquam *Bur. l. 19.*
 latentem inopinate occiderit, quadraginta
 ab aliis dies pœnitentiam aget in pane & aqua;
 it, pœ. & quinque sequentes annos arbitrato Sa-
 in pane cerdotis.

nos ob. Si plures homines unum per rixam ad *Pœn. R.*
 orti occiderint; quicumque eorum plagam *tit. i. c. 15.*
 ei inflixerit, tanquam homicida pœniten- *Bur. l. 6.*
 tiam aget. *c. 42. 23.*
q. 8. c. ult.

Quæta dies
 quentibus
 Sin au. Qui homicidio, quod postea factum *Pœn. R.*
 est, consenserit, pœnitentiam aget annis *tit. i. c. 17.*
 septem; tres in pane & aqua. Sin autem *Anf. l. 11.*
 imas fe- voluerit, nec vero potuerit; tres tantum *c. 34.*
 annos. Si quis nolens homicidium patra-
 rit, le- rit, pœnitebit quinque annis, & duobus
 in pane & aqua.

rit, tam- Si quis aliquem vulneraverit, vel ei *Pœn. R.*
 nullo du- aliquid membrum præciderit, pœnitentiam *tit. i. c. 23.*
 aget uno anno per legitimas ferias; si que *Bur. l. 19.*
 cicatrix gravis est, ut vulneratum defor- *Anf. l. 11.*
 m mem reddat, quadraginta etiam dies pœ- *c. 62.*
 nitebit in pane & aqua.

Si quis iſtū proximo dederit, nec *Pœn. R.*
 nocuerit, tridui pœnitentiam aget in pane *tit. 4. c. 19.*
 & aqua; Clericus, unius anni & mensium
 lex.

Si quis aliquem per iram percutiens de- *Pœn. R.*
 blitaverit; soluta medicamenti impensa, *i. c. 16.*
 si laicus est, pœnitens erit quadraginta dies *Anf. l. 11.*
 in pane & aqua; si Clericus, duas Qua- *c. 36.*
 dragefimas; si Diaconus, septem mensibus;
 si Presbyter, uno anno.

Pæn. R. Si quis Episcopus homicidium fecerit, tit. 1. c. 16. in pœnitentia sit quindecim annis, dignitateque gradu amoveatur, vitæque suæ cursum peregrinando conficiat.

Presbyter pœnitens erit annos duodecim; quatuor ex his in pane & aqua; & Sacerdotii gradu privetur; Diaconus annos decem; tres ex his in pane & aqua; Clericus inferioris ordinis, annos septem; tres in pane & aqua.

Bur. lib. Si quis fratri suo, quem oderit, reconciliari non vult, tamdiu in pane & aqua pœnitentiam aget, quoad reconcilietur.

PRÆCEPTUM VI.

Non furaberis.

CANONES POENITENTIÆ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Pæn. R. Qui furatus est aliquid de Ecclesiæ fustulit, reddet; & tres carinas cum septem sequentibus annis pœnitebit.

Ibidem. Qui sacras Reliquias furatus est, illis restitutis septem carinas jejunabit.

Pæn. R. Pecuniam ecclesiasticam furatus, quadruplum reddet; si quid item de ministerio Ecclesiæ aliquo modo surripuerit, pœnitens erit annos septem.

fecerit, Si quis vel ecclesiasticas oblationes ra-
 dignita-uerit, vel rapientibus consenserit, qua-
 suæ cur-ruptum restituet, & canonice poenitens

duode- Sacrilagus, rerumve ecclesiasticarum in- 12. q. 2.
 aqua; & asor, uno anno extra Ecclesiam Dei ma- c. 17.
 onus an-geat; secundo anno pro foribus Ecclesiæ Ex ep. Ni-
 & aqua: sine Communionemaneat; tertio anno in colai Papæ
 septem; Ecclesia inter audientes sit sine oblatione; ad Fron-
 carne, vinoque abstineat, præterquam in tarium
 Pascha, & die Natali; quarto anno, si Arch.
 erit, re- fructuosius triennio poenitentia fructus ex- Burdeg.
 pane & terit, Communioni fidelium restituatur,
 reconcil- ea lege, ut spondeat, se in posterum tale
 VI. quidquam non commissurum; ac præterea
 sine esu carnis, & potatione vini, usque
 ad septennium poenitens permanebit.

Qui Ecclesiam incenderit, illam resti- Poen. R.
 tuet, poenitentiamque aget annos quindecim, & pretium det pauperibus. Itidem, 4. cap. 17.
 Bur. l. 19.
 aliqui incendio consenserit. 17. 9. 4.
 cap. 14.

Si quis malo studio, vel odio, vel ul- JunonPa-
 ciscendæ injuriæ causa, incendium commi- nor. c. 16.
 serit, committive jusserit, curaverit, aut Inn. 11.
 incendiario auxilium, vel consilium scien- Syn. R. c.
 ter dederit, excommunicatur; si mortuus 8. 23. q. 8.
 erit, christiana sepultura carebit. Nec vero c. 32.
 absolvetur, nisi damnum pro facultatibus Poen. R.
 tit. 8. c. 17.
 resarciverit, juretque se in posterum tale
 facinus numquam admissurum. Poeniten-
 tia præterea hæc ei constituetur, ut Hiero-
 solymis, aut in Hispania, in servitio Dei
 totum annum permaneat.

Poen. R. Si quis sepulchrum violaverit, poenitens erit annos septem; e quibus tres in pane & aqua.

Ivo p. 13.

c. 44.
Bur. l. 19. Qui sepulchrum infregerit, ut defuncti sepulti vestimenta furaretur, poenitens erit annos duos per legitimas ferias.

Bur. l. 19. Qui de oblationibus, quæ Ecclesiis factæ sunt, aliquid retinuerit, poenitens erit dies quadraginta in pane & aqua.

Poen. R.
tit. I. c. 16.

Bur. ibid. Qui decimam sibi retinuerit, aut dare neglexerit, quadruplum restituet, & poenitentiam aget dies viginti in pane & aqua.

Poen. ibid.
c. 8.

Poen. R. Qui hospitalis domus administrator aliquid de administratione subtraxerit, restituet, quod abstulit, poenitensque erit annos tres.

tit. I. c. 31.

Bur. ibid. Qui pauperem oppresserit, ejusque bona abstulerit, reddet ei suum, & poenitens erit dies triginta in pane & aqua.

Poen. c. 9.

Clericus furtum capitale faciens, septennii poenitentiam explebit; laicus, quinquennii; & quod furatus est, reddat.

Poen. R. Si quis per necessitatem, cibum, vel vestem furatus sit, in poenitentia erit hebdomadas tres; si reddiderit, jejunare non cogitur.

tit. 4. c. 4.

5. de fur.

Bur. l. 19. Qui fregerit noctu alicujus domum, aut aliquid auferet, pretium reddet, & poenitentiam aget annum in pane & aqua; si non reddit, annos duos.

tit. 4. c. 4.

5. de fur.

Bur. l. 19.

tit. 4. c. 4.

5. de fur.

Bur. l. 19.

tit. 4. c. 4.

5. de fur.

Bur. l. 19.

tit. 4. c. 4.

5. de fur.

Si quis furtum de re minori semel, aut Ibidem.
bis fecerit: restituta re, poenitentiam aget
annum unum.

Qui rem inventam non reddit, furtum *Pœn. R.*
committit; idcirco tanquam de furto poe tit. 9. c. 4.
nitentiam aget. 14. q. 1.
c. 6.

Si quis usuras accipit, rapinam fa- *Pœn. R.*
cit; ideoque quicumque illam exegerit, tit. 9. c. 4.
poenitentiam aget annis tribus, uno in
pane & aqua.

P R Æ C E P T U M VII.

Non mæchaberis.

CANONES POENITENTIÆ.

*Si quis contra hoc præceptum aliquo
modo peccarit.*

Si laicus solutus cum foemina soluta *Pœn. R.*
concubuerit, poenitens erit annos tres; tit. 3. c. 1.
& quanto sæpius, tanto majori poenitentia *Bur. l. 19.*
afficietur. tit. de for.

Itidem, qui cum ancilla coierit.

Syn. Mel.
c. 7.

Uxor, conscio viro mæchata, ne in *Syn. Mog.*
obitu quidem communicabitur. Si dignam c. 9.
poenitentiam egerit, post decem annos fa- *Pœn. R.*
ram Communionem sumet. tit. 16. c. 2.
Bur. lib. 9.

Si quis uxorem nolentem adulterium c. 69.
perpetrare coegerit; poenitentiam aget
dies quadraginta in pane & aqua, & se-
ptem præterea annos, e quibus unum in
pane item & aqua.

Si

Ex Poen. vet. Si quis conjugem fornicari consenserit, diebus omnibus vitæ in pœnitentia erit arbitrio periti Sacerdotis.

Syn. Nan. c. 14. Vir solutus, si cum alterius uxore adulterium commiserit, pœnitentiam aget annos septem; mulier quinque.

Ivopag. 8. c. 207. Mulier soluta, cum alterius marito adulterium patrans, pœnitentia afficietur decennali, ille quinquennali.

Syn. Elib. c. 69. Si quis maritus semel lapsus est, pœnitentiam aget annos quinque.

Pœn. R. tit. 3. c. 4. Si sæpius mæchatus est, in fine mortis est conveniendus; sique promiserit cessaturum, dabitur ei Communio

Syn. Elib. c. 4. Qui sæpe fornicatur laicus cum laica, pœnitentiam aget tres annos.

Pœn. Bed. c. 2. Si quis uxorem simul & concubinam habuerit, in pœnitentia erit annos septem, & amplius pro ratione culpæ.

Pœn. ibid. Maritus si ancilla concubina utitur, pœnitentiam aget annum unum, quadragesimas tres, & legitimas ferias tribus mensibus. Illa si invita violatur, quadraginta dies; si consentiens, quadragesimas tres, & legitimas ferias.

Pœn. R. c. 20. Qui cum uxore sua turpiter concubaverit, pœnitens erit quadraginta dies.

Pœn. Bed. c. 2. Si quis adolescens cum virgine peccaverit, pœnitentiam aget annum unum.

Pœn. R. c. 27. Qui puellam, aut mulierem libidinose obtrexaverit, si Clericus est, quinque dies;

Bur. l. 19.

onfense- dies; si laicus, tres dies poenitentiam
enitentia aget. Monachus, vel Sacerdos, a mini-
uxore sterio fufpenfus, poenitens erit dies vi-
ginti.

am aget Si quis in balneis cum muliere se la- *Bur. lib.*
vaverit, poenitentiam aget triduo. *19. c. 138.*

marito Qui concupierit virginem, quam po- *Bur. ibid.*
afficietur stea uxorem duxerit, poenitentiam aget *Pæn. R.*
annum unum per legitimas ferias; si vero *c. 20.*
est, pæ non duxerit, annos duos per legitimas
ferias.

ne mor- Si quis mulierem alii desponsam in *Pæn. R.*
iferit le matrimonium duxerit, eam dimittet, & *ibid.*
poenitens erit quadraginta dies in pane
& aqua, cum septem annis sequentibus.

m laica Vidua, quæ stuprum admiserit, pœ- *Pæn. Beth.*
cubinam tentiam aget annum totum, & præterea *cap. 2.*
septem in altero anno dies jejuniorum.

utitur Si quis cum uxoris suæ sorore per im- *Pæn. R.*
quadra prudentiam fornicationem admiserit, pœ- *c. 5.*
tribus tentiam sibi indictam aget, si probaverit
se tale scelus inscieniter fecisse.

, qua Cum duabus sororibus fornicatus, pœ- *Pæn. R.*
quadrage tentiam aget toto suæ vitæ tempore: *tit. 3. c. 7.*
item

oncubue Qui cum duabus sororibus, vel cum *Syn. Mog.*
s. overca, vel cum sorore sua, vel cum *c. 3.*
e pecca amita, vel cum nuru, vel quo denique *Bur. l. 17.*
um. incestum admiserit, ab ingressu Ecclesiæ *c. 8.*
abstinebit annum unum; quo anno præ- *Ivo par.*
bidino ter festos dies pane solum & aqua ute- *9. c. 70.*
quinque tur, arma non feret, osculum nemini *Tart. lib.*
dies; *5. c. 20.*
præ-

præbebit, sacram Communionem, nisi pro viatico, non sumet; sex deinde annis Ecclesiam ingreditur, sed carne, & vino, & sicera non utetur, nisi festis diebus. Postea vero duobus annis, quando carne vescetur, a potu vini abstinebit; quod si biberit, carne non vescetur, nisi dominicis diebus, & præcipuis festis; deinde usque ad obitum perpetuo præter festos dies a carne abstinebit. Tres legitimas ferias singulis hebdomadis jejunabit, & quadragesimas tres singulis annis legitime custodiet.

Pœn. R. Qui incestum fecerit, ei alii annum duodecim, alii quindecim, alii decem, alii septem pœnitentiam constituunt.

Pœn. R. Quicumque Sacerdos spirituales filiam violaverit, dignitatis honorem amittet, & perpetuam pœnitentiam aget.

Pœn. R. Qui item Sacerdos hoc facinus admiserit, omni muneris sui functione multatus, pœnitentiam etiam peregrinando aget annos quindecim; deinde in monasterium abiens toto vitæ tempore ibi Deo serviet. Fœmina autem res suas in eleemosynam pauperibus conferet, in monasterioque Deo serviet omnibus vitæ suæ diebus.

C. si quis Sacerd. Si Episcopus hoc admiserit, pœnitentiam aget annos quindecim.

C. devotam Qui Monialem violavit, pœnitens sit annis decem.

nisi pro
nis Ec.
& vino,
diebus,
lo carne
quod si
domini
deinde
er festos
legitimas
abit, &
legitime
li anno-
alii de-
consti-
em filiam
mittet, &
inus ad-
one mul-
grinando
in mo-
pore ibi
suas in
, in mo-
vitæ suæ
poeniten-
nitens sit
Pres-

Presbyter, si fornicationem admiserit, *Pæn. R.*
sponte confessus poenitentiam agat annos 8. c. 6.
decem hoc modo: tribus mensibus a cæ *Grat. dist.*
teris remotus pane & aqua jejunabit, *82. c. ult.*
diebus autem festis modico vino, pisci- *Auf. lib. 8.*
culis, & legumine utetur; sacco indu- *Bed. c. 8.*
tus humi cubabit, diu nocturne miseri- *in Pæn.*
cordiam Dei implorans.

Deinde unum annum & sex menses
in poenitentia, jejuniisque panis & aquæ
explebit, præter festos dies, in quibus
vino, & sagimine, caseo, ovisque cano-
nice uti poterit. Finito primo anno &
dimidio, sacre Communionis particeps
fiet; psalmos in choro ultimus canet,
officia minora geret. Postea vero quam
septimum poenitentiae annum expleverit,
omni quidem tempore præter Paschales
dies, singulis hebdomadis per legitimas
ferias in pane & aqua jejunabit. Ex-
pleto septennio, usque ad finem deci-
mi anni sextam feriam in pane & aqua
jejunabit.

Qui cum brutis coierit, poenitentia *Pæn. R.*
afficietur annorum decem, & diuturniori *tit. 3. c. 17.*
etiam pro personæ conditione. *& 19.*

Qui contra naturam coierit; si servus *Bur. lib.*
est, scopis castigabitur, & poenitebit an- *17. c. 32.*
nos duos; si liber est, & matrimonio *Pæn. R.*
conjunctus, annos decem; si solutus, annos *tit. 3. c. 18.*
septem; pueri dies centum; laicus ma- *Bu. lib. 17.*
trimonio conjunctus, si in consuetudine *sc. 34.*
habet, annos quindecim; si Clericus, de *Ivo par. 9.*
gradu amotus, ut laicus poenitentiam *c. 92.*
S. Car. *Inst. Past.* A a aget. *Tur. lib.*
1. c. 33.

aget. Qui cum fratre tale scelus admiserit, ab omni carne abstinebit, pœnitensque erit annos quindecim; si Clericus, diuturniori, & graviori pœnitentia afficietur.

Pœn. R. Mulier in se, aut cum altera fornicans, pœnitentia afficietur duorum annorum. *tit.3. c.15. Bur. l. 17. c. 27.* Vir se inquinans primo dies decem; si iterum, dies viginti; si tertio, dies triginta; sique nefarie agere perget, pœnitentiæ accessio ei fiet; si puer, dies quadraginta; si major, quindecim annis, dies centum.

Pœn. R. Puer parvulus oppressus a majore, *tit.3. c.23.* hebdomadam jejunabit; si consenserit, dies viginti; si coinquinatus erit, dies centum; si voluntatem suam expleverit, annum unum.

Pœn. Bed. Qui complexu foeminæ, vel osculo *c. 2.* polluitur, pœnitentiam aget dies triginta; qui contactu invecundo, menses tres.

Pœn. R. Qui concupiscit mente, sed non potuit, *tit.3. c.23.* dies decem pœnitentiam aget.

Pœn. R. Qui turpiloquio, aspectuque polluitur negligens, nec vero peccare voluit, *tit.3. c.29. Bur. l. 19.* pœnitentiam aget dies viginti; si vero impugnatione tentationis, & cogitationis inquinatur, pœnitebit item dies viginti.

Quicumque lenocinium exercuerit, pœnitentiam aget annos duos per legitimas ferias: item

Qui

Qui hoc facinus admiserit, sacram Communionem non accipiet nisi in fine. *Syn. Elib. c. 12.*

Si quæ mulier cerussa, aliove pigmento se oblinat, ut aliis viris placeat; poenitentia afficietur annorum trium. *Ex Syn. Rom.*

PRÆCEPTUM VIII.

Non falsum Testimonium dices.

CANONES POENITENTIÆ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Qui affirmavit verum, quod falsum est, poenitentiam aget ut adulter, ut homicida, qui sponte id facinus admiserit. *Bur. l. 19. tit. de fals. test. Poen. R. tit. 2. c. 13.*

Qui falso testimonio consenserit, poenitens erit annos quinque. *Poen. R. tit. 2. c. 12.*

Qui proximo falsum crimen objicit, poenitens afficitur ut falsus testis.

Qui proximo peccatum imputarit, priusquam seorsum cum arguerit; primum illi satisfaciens, poenitentiam aget tres dies. *Bur. lib. 19. c. 117. Poen. R. tit. 1. c. 26. Bur. l. 10. c. 56.*

Si quis contra proximum lingua lascivus erit, tridua poenitentia expiabitur.

Si quis murmuraverit, judicio sacerdotis poenitentiam aget pro culpæ gravitate. *Syn. Mag. c. 8. Bur. l. 10. c. 12.*

Si quis convitium manifestum fratri intulerit, diuturna expiabitur poenitentia pro modo peccati. *Idem ibid. c. 26.*

Ibid. 63. Si quis facile detraxerit, falsumque in hoc dixerit, poenitens erit dies septem in pane & aqua.

Bur. l. 19. Qui falsitatem, fraudemve in ponderibus, & mensuris admiserit, poenitens erit
Pæn. tit. 7. in pane & aqua dies viginti.
c. 14.

Falsarius in pane & aqua poenitentiam agat, quamdiu vivit.

PRÆCEPTUM IX.

Non concupisces rem proximi tui.

CANONES POENITENTIÆ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Pæn. Bed. c. 7. **R**em alienam nefarie concupiscens, avarusque, poenitens erit annis tribus.

Qui aliena furari concupiscit, furtum est; qui item aliena rapere cupit, rapina est; qui res Ecclesiæ furari appetit, sacrilegium est; ideo cum nefarie concupiscendo graviter peccet, ut peccati mortalis poenitentiam aget Sacerdotis arbitratu.

Qui rem aliquam proximi pretiosam invenire cupit, ut illam sibi retineat; mortale peccatum concipit, cujus poenitentiam aget, ut supra dictum est de furto.

P R Æ C E P T U M X.

Non desiderabis uxorem proximi tui.

CANONES POENITENTIÆ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Si quis concupiscit fornicari; si Epi- *Pœn.*
scopus, pœnitens erit annos septem, *Theod.*
si Presbyter, quinque; si Diaconus, vel *Pœn. R.*
Monachus, tres; e quibus unum in pane & *tit.3. c.25.*
aqua; si Clericus, aut laicus, annos duos. *Anf. l. 10.*
c. 119.

Si quis in somnis ex immundo desiderio *Pœn. R.*
polluitur; furgat, & cantet septem Psalmos *tit.3. c.21.*
pœnitentiales; & dies triginta pœniteat.

Si Clericus, aut laicus ex mala co- *Ibidem.*
gitatione, concupiscentiaque semen effu-
derit; pœnitentia erit dies septem.

CANONES POENITENTIÆ.

De septem Peccatis capitalibus.

Capitalia peccata, quæ principalia etiam
vocantur, utpote e quibus omnia vi-
tia principium habent; sunt superbia, va-
na gloria, avaritia, luxuria, invidia, ira,
gula, & acedia.

Pro capitali mortalique crimine pœni- *33. q.2.*
tentia septem annorum indicitur, nisi pecca-
ti gravitas, & personæ status severiorem,
diuturnioremque pœnitentiam requirat.

Pro capitali crimine pœnitentiam aget *Pœn. Bed.*
laicus annos quatuor, Clericus quinque, *c. 5.*

Subdiaconus sex, Diaconus septem, Presbyter decem, Episcopus duodecim.

Sed demonstratæ jam paulo ante sunt pœnitentiæ, quæ ex Canonum disciplina constituuntur fere pro peccatis mortalibus, quæ ex his septem capitalibus vitiis originem trahunt. Pro gulæ autem vitio sunt hi præcipui pœnitentiæ Canones.

CANONES POENITENTIÆ.

De Gula & Ebrietate.

*Theod. in
Pœn.*

Sacerdos imprudenter ebrius factus, pane & aqua pœnitentiam agat dies septem; si negligenter, dies quindecim; si per contemptum, dies quadraginta.

*Bur. l. 14.
c. 8.*

Diaconus, & alius Clericus ebrius factus, arbitrio Sacerdotis pœnitens erit.

Ivo par.

13. c. 76.

Monachus ebrius, pane & aqua menfis tribus; si Clericus, viginti dies.

Laicus ebriosus graviter arguatur, & pœnitentiam agere a Sacerdote cogatur.

Qui humanitatis gratia alium inebriare cogit, pœnitentiam aget dies septem; si per contemptum, dies triginta.

Qui ad bibendum invitat plus, quam naturæ fatis est, pœnitentiam agat.

Bur. l. 14.

c. 13.

Ivo par.

13. c. 81.

Qui præ ebrietate & crapula vomitum fecerit, si Presbyter, aut Diaconus, pœnitentiam agat dies quadraginta.

Si Monachus, aut Clericus, dies triginta.

Si laicus, dies quindecim.

Si laicus item, a vino & carne abstinere dies tres.

Si
mam
tentian

Si
ut ind
nitenti

CA

Si qu
mu

nec ve

Sa

tribus

singuli

vino,

Sa

que in

det,

guinis

& in

tantum

Si

dit,

ginta

num

que a

usque

quatu

Si

accide

admin

Si

Si quis gulæ causa ante horam legiti- *Ex Pan.*
mam jejunium fregerit, duos dies poeni- *ant.*
tentiam aget in pane & aqua.

Si quis nimio cibo se ingurgitaverit, *Ex cod.*
ut inde dolorem senserit, unum diem poe-
nitentiam aget in pane & aqua.

CANONES POENITENTIÆ.

De variis Peccatis.

Si quis Sacerdos Missam canit, neque com- *C. rela-*
municat, per annum poenitentiam agat, *tum de*
nec vero interea celebret. *Confecr.*
dist. 2.

Sacerdos excommunicatus si celebrat, *C. si quis.*
tribus annis poenitens sit, hebdomadisque *17. q. 4.*
singulis feria secunda, quarta, & sexta, a
vino, & carnibus jejunet.

Sacerdos Sacerdotii sui gradu ordine- *C. Acce-*
que in perpetuum amotus, si celebrare au- *dens, dist.*
det, privatur Communionem Corporis & San- *50.*
guinis Jesu Christi usque ad ultimum diem,
& in excommunicatione est, Viaticum
tantum in fine sumens.

Si gutta Sanguinis Christi in terram ca- *C. non*
dit, Sacerdos in poenitentia sit quinqu- *oportet,*
ginta diebus; si super altare, & ad pan- *30. q. 30.*
num unum transit, diebus duobus; si us- *c. si per*
que ad pannos duos, diebus quatuor; si *negligen-*
usque ad tres, diebus novem; si usque ad *tiam. de*
quatuor, viginti diebus. *Confec.*
dist. 2.

Si incaute dimisit, quamvis nil nefandi
acciderit, tribus mensibus a sui muneris
administratione amovetur.

*C. si quis
per ebrie-
tatem de
Consecr.*

Qui per ebrietatem Eucharistiam evo-
mit; si laicus est, quadraginta diebus; si
Clericus, sexaginta; si Episcopus, nona-
ginta diebus; si infirmus, poenitentiam
agat diebus septem.

Scienter rebaptizatus, si propter hæ-
resim hoc sceleris admittit, poenitentia
afficiatur septem annorum, quarta, &
sexta feria jejunans, & tribus item qua-
dragesimis pane & aqua.

Si vero pro munditia hoc facere pu-
tarit; eum poeniteat tribus annis; quod
si ignoranter; non peccat; sed ideo non
promovendus, licet sit excellens.

*C. eos quo-
que de
Consecr.
dist. 4.*

Si Episcopus, Presbyter, Diaconusve
sponte est rebaptizatus; quamdiu vivit,
poenitens sit. Alii vero Clerici, & Mo-
nachi, & Moniales, ab hæreticis volen-
tes rebaptizati, poenitentiam agant duo-
decim annis.

*C. si qua
31. q. 1.*

Sacerdos, qui interest clandestinis de-
sponsationibus, per triennium ab officii
sui administratione amovetur.

*Cap. Ne-
mo de secr.
dist. 2.*

Sacerdos, qui palliis altaris mortuum
involvit, poenitens sit decem annis, &
quinque mensibus; Diaconus autem annis
tribus, & sex mensibus.

*Poen. Rom.
Bur. l. 19*

Qui legata pia Ecclesiæ non solvit, uno
anno poenitens erit per legitimas ferias.

*Conc.
Geng.*

Qui vir faciem suam transformaverit ha-
bitu muliebri, & mulier habitu viri; emen-
dationem pollicitus, annis poenitens sit tribus.

Infir-

Infirmos, aut viñctos visitare negli- *Pœn. R.*
gens, pœnitentiam aget dies decem, *Bur. l. 19.*
pane & aqua visitans. *c. 121.*

Declarationes ex Pœnitentiali

Romano.

Pœnitentia unius anni, qui in pane & Cap. 23.
aqua jejunandus est, talis esse debet.
In unaquaque hebdomada tres dies, id
est, secundam feriam, quartam, & sex-
tam in pane & aqua jejunet; & tres
dies, id est, tertia feria, & quinta, &
sabbato, a vino, medone, mellito, cer-
vilia, a carne, & sagimine, & a caseo,
& ovis, & ab omni pingui pisce se ab-
stineat; manducet minutos pisculos, si ha-
bere potest; si habere non potest, tan-
tum unius generis piscem, & legumina,
& olera, & poma, si vult, comedat, &
cervisiam bibat. Et in diebus Dominicis,
& Natali Domini, illos quatuor dies,
& in Epiphania Domini unum diem, &
in Pascha usque in octavam diem, & in
Ascensione Domini, & in Pentecoste
quatuor dies, & in Missa S. Joannis
Baptistæ, & S. Mariæ, & duodecim Apo-
olorum, & S. Michaelis, & S. Remigii,
& omnium SS. & S. Martini, & in il-
lus Sancti festivitate, qui in illo Episco-
patu celebris habetur: in his supradictis
diebus faciat charitatem cum cæteris chri-
stianis, id est, utatur eodem cibo & po-
tu, quo illi; sed tamen ebrietatem, &
ventris distensionem semper in omnibus
caveat.

Infir-

A a 5

Pœni-

Cap. 24.

Pœnitentia secundi anni talis esse debet, ut hos duos dies, id est, secundam feriam, & quartam in unaquaque hebdomada jejundet usque ad vesperam, & tunc reficiatur de sicco cibo, id est, pane & leguminibus siccis, sed coctis; aut pomis, aut oleribus crudis; unum eligat ex his tribus, & utatur, & cervisiam bibat, sed sobrie; & tertium diem, id est, sextam feriam in pane, & aqua observet, & tres quadragesimas jejundet, primam ante Natalem Domini, secundam ante Pascha, tertiam ante Missam S. Joannis; & si totam quadragesimam ante Missam S. Joannis implere non possit, post Missam impleat. Et in his tribus quadragesimis jejundet duos dies in hebdomada ad nonam, & de sicco cibo comedat, ut supra notatum est, & sextam feriam jejundet in pane & aqua. Et in diebus Dominicis, & in Natali Domini illis quatuor dies, & in Epiphania Domini unum diem, & in Pascha usque in octavam diem, & in Ascensione Domini, & in Pentecoste quatuor dies, & in Missa S. Joannis Baptistæ, & S. Mariæ, & duodecim Apostolorum, & S. Michaelis, & S. Remigii, & omnium Sanctorum, & S. Martini, & in illius Sancti festivitate, qui in illo Episcopatu celebris habetur: in his supradictis diebus faciat charitatem cum ceteris christianis; sed tamen ebrietatem, & ventris distensionem semper in omnibus caveat.

Pro

Pro uno die, quem in pane & aqua Cap. 25.
 jejunare debet, quinquaginta psalmos ge-
 nibus flexis in Ecclesia, si fieri potest, de-
 cantet; sin autem, in loco convenienti ea-
 dem faciat, & unum pauperem pascat,
 & eodem die, excepto vino, carne, sa-
 gimine, sumat, quidquid velit.

Qui in Ecclesia genua centies flexerit, Cap. 26.
 id est, si centies veniam petierit, si fieri
 potest, ut in Ecclesia fiat, hoc justissimum
 est; si autem hoc fieri non potest, secre-
 te in loco convenienti eadem faciat; si
 fecerit eo die, excepto vino, carne,
 sagimine, sumat, quod placeat, qui
 psalmos non novit, unum diem, quem
 in pane & aqua poenitere debet, dives
 tribus denariis, & pauper uno denario
 & sexta redimat; & eo die, excepto vino, carne,
 & sagimine, sumat, quidquid velit.

Qui vero psalmos non novit, & jeju- Cap. 27.
 are non potest, pro uno anno, quem in
 pane & aqua poenitere debet, det paupe-
 ribus in eleemosynnâ viginti duos solidos,
 & omnes sextas ferias jejunet in pane &
 aqua; & tres Quadragesimas, id est qua-
 draginta dies ante Pascha, & quadraginta
 dies ante festivitatem S. Joannis Baptistæ;
 & si ante festivitatem aliquid remanse-
 rit, post festivitatem adimpleat; & qua-
 draginta dies ante Nativitatem Domini. In
 his tribus Quadragesimis quidquid suo ori-
 ginatur in cibo, vel in potu, vel cujus-
 que generis illud sit, æstimet, quanti
 pretiâ

pretii sit, vel esse possit, & medietatem illius pretii distribuat in eleemosynam pauperibus, & assidue oret, & roget Deum, ut oratio ejus, & ejus eleemosynæ apud Deum acceptabiles sint.

Cap. 28.

Item qui jejunare non potest, & observare, quod in poenitentiali scriptum est; faciat hoc, quod S. Bonifacius Papa constituit. Pro uno die, quem in pane & aqua jejunare debet, roget Presbyterum, ut Missam cantet pro eo (nisi sint crimina capitalia, quæ confessa prius lavari cum lacrymis debent) & tunc ipse adsit, & audiatur Missam, & devote ipse offerat propriis manibus panem & vinum manibus Sacerdotis, & intente respondeat, quantum sapit ad salutationes, & exhortationem Sacerdotis, & humiliter Deum deprecetur, ut oblatio, quam ipse Presbyter pro se & pro peccatis suis Deo obtulerit, Deus omnipotens misericorditer per Angelum suum suscipere dignetur, & eo die excepto vino, & carne, & sanguine, comedat, quidquid vult, & sic redimat reliquos anni dies.

Cap. 29.

Si quis forte non potuerit jejunare, & habuerit, unde possit redimere; si dives fuerit, pro septem hebdomadibus det solidos viginti; si non habuerit, unde tantum dare possit, det solidos decem, si autem multum pauper fuerit, det solidos tres. Neminem vero conturbet, quia iussimus dare solidos viginti, aut minus; quia, si dives fuerit, facilius est illi dare solidos viginti, quam

tatem illam quam pauperi tres; sed attendat unusquisque, cui dare debeat, sive pro redemptione captivorum, sive super sanctum Altare, sive Dei servis, sive pauperibus in eleemosynam.

, & ob- Qui non potest sic agere poenitentiam, Cap. 30.
tum est, ut superius diximus, faciat sic. Si tres annos continuos jejunare debet, & non potest, sic redimere potest.

rum, ut In primo anno eroget in eleemosynam solidos viginti sex, & in secundo anno eroget in eleemosynam solidos viginti, in tertio anno solidos decem & octo; hi sunt sexaginta quatuor solidi.

antum fac- Potentes autem homines plus dare debent, quia, cui plus committitur, plus precetur, ab eo exigitur. Et qui illicita committunt, etiam a licitis se abstinere debent, & corpus debent affligere jejniis, vigiliis, & crebris orationibus; caro enim læta trahit ad culpam, afflictæ reducit ad veniam.

Aliæ Declarationes breves.

nare, & Confessarius cum ex iis, quæ conscripta sunt, intelligat, pro ratione & tempore & personarum diversas poenitentias esse tantum fuisse, earumque redimendarum certam rationem adhibitam esse; arbitrio tamen suo illis omnibus mitigandis moderandisque agat, ut initio traditum est.

De Pœnitentia per legitimas ferias constituta, Confessarius animadvertet, eo nomine intelligi feriam secundam, quartam, & sextam, Canonum legibus pœnitentiæ jejunioque præscriptam.

Carinæ jejunium, quod aliquando pœnitentialem canone cavetur, id appellatur, quod per quadraginta dies in pane & aqua fiebat, ut sæpenumero Burchardus interpretatur. Carinam alii dicunt, quidam carentiam, alii carentenam, alii quadragenam.

Pœnitentia per tres Quadragesimas indicta ita intelligitur, ut, cui imponebatur, is in anno pane & aqua jejunaret Quadragesimas tres; quarum prima est ante diem Natalem Domini; altera ante Pascha Resurrectionis; tertia, quæ scilicet per dies tredecim ante diem festum S. Joannis Baptiste agebatur, quemadmodum ex Concilio Salegustadiensis decreto perspicui potest.



tas con-
eo no-
uartam,
nitentia



do pe-
ellatur,
& aqua
nterpre-
am care-
genam.

imas in-
nebatur,
Quadra-
te diem
a Refur-
dies tre-
s Bap-
Concilio
otest.

D E

VISITATIONE

E T

CURA INFIRMORUM.

RUBRICÆ SEU INSTRUCTIONES.

Omnī tempore Parochus gregi suo in-
vigilare debet; sed cum primum ali-
quis ejus curæ commissus in mor-
tum incidit, tunc maxime omnem Paro-
chialis charitatis diligentiam ipse in eo po-
net, ut ægrotantem in via salutis recte di-
rigat, & a nequissimi dæmonis insidiis co-
natusque tueatur, ac defendat præsidio
salutarium adjumentorum.

Quod Concilio Agathensi olim pie cau-
tum est, id Synodo Provinciali renovatum,
idem Parochus præstare curet; ut Missa
celebrata, si quos in Parochiali vicinia ha-
bet, frequenter, atque adeo quotidie, cum
per alias Parochialis curæ suæ occupationes
potest, visitet, eisdemque præstet, prout
opus esse viderit, officia charitatis, &
solicitudinis, Parochiali muneri suo con-
iuncta.

Quamobrem non exspectabit, dum ab
egroto vocetur; sed ipse ultro ad illum
veniet.

Prov. 5.
quæ pert.
ad Sacr.
extr.
Unct.
§. Quod
Concilio.

Parochiales item suos & univ[er]se & singulatim sæpenumero, prout occasio feret, hoc monebit, ut se accersant, cum primum aliquis in febrim morbumve inciderit.

Et vero quoniam aliis Parochialis curæ officii aliquando fortasse distineri potest, propterea Parochiæ suæ Sacerdotes, si quos habet, aut saltem laicos aliquot homines, virtute, & vitæ spiritualis usu præstantes deliget, qui ægrotum adeant, recteque cohortentur, cum ad vim morbi patienter in Domino ferendam; tum ad alia christiana pietatis officia præstanda.

Ad ægrotas mulieres etiam accedet, sed sibi comitem adjungere curabit virum vel ecclesiasticum, vel laicum sanctæ charitatis operibus deditum, & omnino nunquam erit in cubiculo solus, & cum necesse fuerit ob Pœnitentiæ Sacramentum ministrandum, patienti tamen ostio id præstabit.

Illis maxime visitandis & consolandis assiduam charitatem navabit, qui rerum omnium indigentia, & morbi acerbitate miserabilem in modum afflicti, curationem difficillimam experiuntur; quorum paupertatem, commotus zelo pietatis, ita subleabit; ut & ipse, si per facultates potest, de suo aliquid eroget; & aliorum elemosinas conquirat, & eo nomine collectas certis diebus in Ecclesia edicat ad præscriptum Concilii quarti Provincialis.

Tit. quæ
ad pia loca
pertin. S.
Primo
quoque.

Parochum propinquum, & Sacerdotem item, Clericumque Parochialis vicinæ suæ, cum ægrotare audierit, quamprimum invitet,

fat,
deat;
mæ fa
leudi
De
save v
vitam
dare c
dia,
Cu
ration
sapius
cere p
do ali
tionu
mental
A
superp
Coho
Præ
ac
exemp
hibita
ration
adint
audian
Ho
quam
erat,
qua c
itas sa
charita
bit se
tum u
S. C

erfe & fat, si præsertim aliorum ope destitutum vi-
 alio feret; consoleturque in primis remediis ani-
 mæ salutaribus, & adjumentis corporis va-
 lerit. letudini opportunis.

nialis cura De ægri statu, genereque morbi, adversa-
 eri potest; sive valetudine perquiret; ejus item mores
 es, si quæ vitam, actiones, negotiaque; ut sciat salubria
 homines, dare consilia, opportunaque adhibere reme-
 præstantes dia, omnique sancta consolatione juvare.

æteque co Cum ad illum veniet, super eum orabit
 atienter in ratione præscripta; neque semel tantum, sed
 christiana sæpius, & quotiescumque opportune id fa-
 cere poterit; poteritque uti modo una, mo-
 accedet; do alia ex formulis precum, & sacrarum le-
 abit virum tionum, quæ ad id præstandum in Sacra-
 sanctæ cha- mentali traduntur.

mino num Accedet Parochiali vestitu de more sine
 cum neces- superpelliceo indutus.

entum mi- *Cohortationes & monita ad ægrotum.*
 id præsta-

consolandi Præmeditatus veniet, ut habeat argumenta
 qui rerum ad persuadendum apposita, ac præsertim
 arbitrate exempla Sanctorum, quæ recte apteque ad-
 curationem hibita valde commovent; his autem coh-
 m pauper- rationum locis uti poterit, etiam aliis, qui
 ta subleva- adfint, paululum secedere jussis, ita ut non
 potest, de- audiant, si ita opus esse quandoque viderit.

eleemosy Hortabitur, ut febrim ægritudinemve, in
 lectas cer- quam incidit, patienter ægrotus in Domino
 præscriptum ferat, gratiasque ei agat de ægrotatione,
 qua corpus affligitur, cum inde animæ uti-
 litas salutaris existerè possit, si vere, pieque
 sacerdotem charitatem Dei erga se agnoscens, confirma-
 cinæ suæ, bit se ipsum in omni patientia, unde fru-
 mum invi- tum uberrimum capiet.

fat, S. Car. Instr. Past.

B b

De-

Demonstrare poterit, a Deo, qui fons est omnium bonorum, factum esse, ut infirmus prosperam corporis valetudinem amiserit; quoniam illius animæ salutariter consultum esse vult emendatione vitæ antea actæ.

Si vero ægrum disciplinæ spiritualis, sanctarumque virtutum studiosum esse animadverterit; morbi vim a Deo illatam esse ostendet, ut in spiritualis vitæ cursu, quem suscepit, majori progressionem verteretur, atque adeo perfectius insistat.

Habebit etiam Parochus alios locos, quibus infirmum excitabit ad patientiam christiano homine dignam, & ad fructum ex invaletudine capiendum.

Monebit etiam, ut ne Dæmonis astu, neque medicorum pollicitationibus, nec propinquorum, aut amicorum, domesticorumve blandis cohortationibus se ullo modo decipi sinat, quo minus in ea, quæ sibi salutaria sunt, incumbat.

Quare hoc infirmo suadere studebit, ut, quod item S. Ambrosius sacris Scripturis monet, salutare Dei in primis concupiscat, nempe Christum Dominum, sicque animæ æternam salutem primo expetens; quærat deinde, quæ ad corporis valetudinem attinent.

Quæ quidem Parochus pro ratione morbi, & ægroti conditione, majori studio, efficaciam, vel amplificationem etiam aget.

Videbit, an aliquid domi, præsertim in cubiculo illius sit, quod cum disciplinæ christianæ moribus minus conveniat.

Sacras imagines Christi Domini Crucifixi, B. Mariæ Virginis, & Sancti præsertim apponi curabit, quem æger præcipue veneratur, quemve Patronum coelestem sibi delegit. Si vero neminem potissimum delegerit; ut deligat, ejusque sacram imaginem domi, in cubiculoque præsertim habeat, Parochus studebit.

Vasculum aquæ benedictæ, quando collocatum non sit, collocari jubebit prope lectum, ubi jacet.

Monebit, ut eleemosynas det quam plurimas, pro facultatum scilicet ratione, & modo.

Ut pro se orationem, supplicationemque a religiosis hominibus fieri postulet, omnique ratione curet.

Ut item domi suæ pro se, dum æger est, familia quotidie certa hora precetur.

Ut ipse, cum per morbum potest, aliquid pie meditetur de vanitate mundi, de exemplis patientiæ, de fructu tribulationum, de cœlesti gloria.

Ut quotidie si per valetudinem potest, vel coronam beatæ Mariæ Virginis; vel si literas norit (quod S. Augustinus fecisse traditur, dum æger fuit) septem psalmos poenitentiales pie recitet, aut omnino aliquid precum pro viribus suis adhibeat.

Si Sacerdos, aut alicujus sacri Ordinis homo est, qui divini officii recitandi lege adstrictus sit; suadebit, ne recitare facile omittat, nisi vi morbi tandem coactus, & de consilio Confessarii, & medici.

Proponet etiam ægrotanti, prout illius conditio tulerit, aliquas breves orationes, quas jaculatorias dicimus, præsertim e psal-morum libro sumptas, quæ facile in prom-
ptu sint.

Pollicebitur quoque, se pro eo in Missæ Sacrificio, alioque tempore pie oraturum, curaturumque, ut Parochiales itidem pro eo faciant. Id vero ipse omnino præstabit, collectam pro eo dicens, aut saltem orans; idque frequenter pro ægri necessitate.

Ideo denunciabit etiam populo singulis diebus Dominicis orationem pro ægrotis Pa-rochiæ suæ.

Monebit, ut, cum convaluerit, primo ad Ecclesiam veniat, ubi super eum oratio-
nes dicantur, quod in multis Ecclesiis pii, frequentisque est instituti.

De Confessione.

Hoc in primis suadebit, ut de peccatis confiteatur; idque maxime studebit, ut ad generalem de tota vita antea acta confessionem illum inducat, proindeque ejus utilitates, fructusque salutare brevis enar-rabit, quos inde capiet.

Si vero æger se difficilem præbebit, ut aut confiteri nolit, aut confessionem lon-gius differre velit; ejus rei causam Parochus studiose perquiret; quæ unde accidat, ubi animadverterit, tunc illam appositis rationi-bus amovere studebit; sique recte, saluta-riterque suadendo illam a proposito dedu-cere non potest; ne tamen ei confitendi

tem-

tempus proroget ultra quam liceat, nisi re-
 primum cum Archiepiscopo, aut ejus Vi-
 cario communicata.

A medicis autem opportune contendet,
 ut sacris Decretis, Pontificiæque Constitu-
 tioni Pii V. obtemperantes, ad illum in-
 visendum curandumque non accedant post
 præscriptum tempus, nisi ex Confessarii
 scripto cognoverint, eum de peccatis con-
 fessum esse.

Et quoniam causa, quamobrem ille con-
 fiteri nolit, aut differat, multiplex & varia
 esse potest; utpote, vel desperatio, quam
 ex peccatorum magnitudine multitudine-
 ve concepit; vel affectus alicujus peccati,
 quod abjicere nolit; vel acedia quædam,
 ut is laborem se disponendi exhorrescat;
 vel alia gravis causa, quæ eum a confiten-
 do deterreat: ideo bene notos habebit lo-
 cos, rationes, & argumenta suadendi, vel
 dissuadendi, prout causa tulerit, qua æger
 impeditur, aut deterretur.

Quamobrem aliquod studium in iis li-
 bris legendis ponet Parochus, quorum do-
 ctrinis methodus traditur ad eos, qui mo-
 riuntur, juvandos.

Cum ægrum autem vel hortatu admoni-
 tioneque sua Parochus ad confessionem ac-
 censum viderit; tunc ad confitendum con-
 dicet diem & horam ei commodam, nisi ta-
 men periculum sit in mora; nam si morbi
 vis nullam dilationem patietur, cum eo aget,
 ut confestim confiteatur. Si item eo ipso
 tempore præparatus videbitur, ejus confes-
 sionem audiet; in qua si illum, vel morbo,

vel imperitia, vel timore, in enumerandis, discernendisque peccatis impeditum esse animadverterit, adjumentum pro charitate prudentiaque sua ei afferet.

Si foeminae confessionem audiat, ostio patenti id praestet.

Curet ad id munus exequendum, superpelliceum, & stolam paratam habere.

Sacrae omnino decentiae consulere studeat, quam maxime pro loco, & tempore potest, ex ordine sacrae Poenitentiae ministrandae supra explicato.

Neque omittat testimonium confessionis scribere; ne poenam incurrat, de qua supra in Sacramento Poenitentiae dictum est.

Poenitentiam ne ideo tamen nimis levem imponat, quod justa ab homine jacente non possit praestari; si probabile sit, quod convalescet, & tunc praestare poterit, quod non potuerat jacens; quod si credibile sit, eum non amplius surrecturum, rationes poenitentiae justae eliget, quae possint praestari a jacente; veluti magnam elemosynam pro facultatum modo.

Suadebit vero semper, ut morbi afflictiones poenitentiae loco libenter accipiat, Dominoque pro peccatis suis offerat.

Item ut indulgentiam consequi curet, ex Pontificia, seu Archiepiscopali concessione.

De Communione.

Cohortabitur ægrotum Parochus, ut sacram Communionem sumat etiam si graviter non ægrotet; maxime si festi alicujus celebritas id suadeat; neque ipse ministrare recusabit sæpius in eadem infirmitate pro devotione & desiderio ægroti; præsertim si ille, cum valet, solet frequentare; de quo in Conc. Prov. IV. decretum est.

Pro Viatico ministrabit, cum probabile est, quod eam amplius sumere non poterit, cavebit autem, ne ita cunctetur, ut periculum adeat ægrotus moriendi, priusquam sumat.

Cum præterea, posteaquam Viaticum, extremamque etiam Uncionem æger suscepit, aliquot dies superstes sibi sacram Communionem ministrari petit, ejus pio desiderio Parochus non deerit; sed pro Viatico illam iterum in eodem morbo non ministrabit. Ideoque in ministrando utetur illis verbis: *Corpus &c.*

Ut, quo maximo potest, ac debet, pietatis studio, & fidelium frequentia, ad ægrotos sanctissima Eucharistia deferatur; hæc, ut infra, Parochus diligenter curabit, atque exequetur.

Primum in sua Parochiali Ecclesia confratriam Corporis Christi instituet præscriptis regulis.

Aget cum unoquoque patrefamilias, ut, cum signum campanæ eo nomine datur, ipse in Ecclesiam Parochialem ad comitan-

dum tantum Sacramentum conveniat, aut saltem filium natu majorem, aut omnino aliquem ex familia ob eam causam mitrat; habeatque præterea domi unam, pluresve candelas cereosve, quibus in hoc pietatis christianæ officio utatur.

Populum præterea sæpissime cohortabitur, ut frequens semper, omnique animi pietate ac religione venerabile Sacramentum comitetur.

Neque hoc monere desistet, ut, quando Sacerdoti illud deferenti fideles obviam sunt, ipsi etiam prosequantur; quique equo, aut curru vehuntur, descendant etiam, & comitentur item, nisi necessaria, vel urgenti de causa vehementer impediuntur.

Quo autem ardentius ad id religiose agendum fideles excitentur, crebro etiam, prout occasio tulerit, indulgentiam eo nomine concessam evulgabit.

Sacerdotes, & Clerici Ecclesiæ Parochialis, nisi necessaria occupatione distinentur, etiam comitari studebunt.

Familia ægrotantis obviam procedet cereis accensis, omni pietatis cultu, ac depositis armis.

Parochus ad infirmum sacram Eucharistiam ipse feret, nisi morbo invaletudineve, aut necessaria causa impeditus sit; cum vero alio Sacerdote utitur, is sit, qui ex Concilio Provinciali quarto requiritur.

Noctu non afferet, nisi periculo mortis instante.

Particulas autem duas feret, nisi cum aliquando ob mortem instantem, vel noctu defert; vel certus est Parochus necesse esse, ut statim post Communionem extremam etiam Uncionem ministret.

Allaturus, accurate hoc præmonebit: primum, ut ægrotantis, ad quem defertur, cubiculum ab omni forde & inquinamento purgetur; amotaque omni re profana, exornetur, ubi potest, pio apparatu, & sacris imaginibus; tum præterea mensa conseruetur mappa nitida, appareaturque Crux, aliave effigie sacra, candelabris, & candelis saltem binis, in qua mensa super corporali pixis cum sanctissimo ipso Sacramento collocabitur; sit præterea vas vitreum ad ablutionis usum.

Qui ob egestatem id minus præstare possunt, eos curet Parochus juvari a confratribus sanctissimi Sacramenti.

Certis campanæ percussionibus Parochiæ suæ Clericos, & Parochiales, præsertim confratres sanctissimi Sacramenti convocabit.

In deferendo utetur pluviali, ubi per loci, temporisque conditionem fieri poterit; alias vero superpelliceo & stola.

Curabit etiam Clericos habere, non solum qui res Sacras afferant in ministracione adhibendas, sed qui comitentur, & una cum eo preces recitent.

Si superpelliceo induti sint; & si capitulum Canonicorum adsit, etiam aliis indumentis, quibus utuntur in choro.

Sanctissimum Sacramentum deferet vasculo decore ad præscriptam formam; quod vasculum vel tenui linteo, vel velo ab humeris demisso decenter contegetur; si vero ob necessitatem noctu, & locis asperis, montuosisque, via præcipiti, aut lubrica deferet; sacrum illud vasculum in facculum decentem, qui a collo pendeat, ita includet, ut, si fortasse ipse labatur, Sacramentum in terra decidere nullo modo possit. Umbellam præterea, ubi potest, adhibebit, majoris vel minoris formæ pro locorum conditione ad præscriptum.

Cum Parochus accessit ad ægrotum, diligenter videat (si quidem graviter laborat) an integro sensu sit; an item periculum tussis, anque item vomitus; si tunc non potest sumere, necessitate, vique repentina morbi impeditus, aliquantulum morabitur Parochus; dumque in mora est, ipse, & reliqui fideles genibus flexis coram sanctissimo Sacramento orabunt. At vero si perseveret impedimentum, illud proponet ei adorandum, si modo ægrotus ita desideret; & impertita ei figura Crucis benedictione cum ipso Sacramento discedet. Eodem modo oret, proponat, & benedicat, si, cum venerit, ab initio viderit fieri non posse, ut ægrotusumat; sed ne deferat tamen unquam ad eum, quem sumere non posse ante noverit.

Si autem sumere potest, Parochus illum suaviter alloquetur, & quæret, an aliquid reliquum sit, quod confiteri velit; tunc

eretur va-
; quod
ab hu-
si vero
asperis,
lubrica
acculum
a inclu-
Sacra-
do pos-
est, ad-
pro lo-

tuncque libenter eum audiet, & absolvet;
interrogabitque item, an sanctissimum Cor-
pus Domini sumere velit; & si pro Viati-
co dandum sit, id quoque exprimet; ad
quod pie devoteque sumendum paucis ver-
bis inflammabit.

Si quando sine sacra hostia redibit,
Parochus, antequam domo ægroti absce-
dat, lumina extingui jubebit; superpelli-
ceum, stolam, tintinnabulum, umbellam
non adhibebit; pixidem palam non de-
feret.

Prælato alicujus Ecclesiæ, qui in lecto
ægotans frequentissime sacræ Eucharistiæ
tabulo salutariter se reficiet, eam, & cum
primum in ægotatione, & cum pro Viati-
co sumet, Sacerdos qui post illum in ipsa
Ecclesiâ primariam dignitatem, locumve
obtinet, deferet ac ministrabit; universo
Clero ejusdem Ecclesiæ prosequente, & so-
cietate etiam sanctissimi Corporis Domini.
Si vero sæpius sacram Communionem su-
met, alius inferior Sacerdos, vel Parochus
ministrabit, societate tantummodo Corpo-
ris Domini comitante.

Aliis Sacerdotibus eodem modo defe-
retur, ejusdem ordinis saltem Sacerdoti-
bus, aliisque Clericis comitantibus.

Ægrotus, si per valetudinem potest, e
lecto surget; decoreque vestitus, &, si est
Sacerdos, superpelliceo stolaque indutus,
genibus flexis erit, dum sumet.

Monita, si morbus gravior fuerit.

Si morbus gravior, & cum periculo fuerit, Parochus ægroto suadebit, ut dum integra mente est, rem omnem suam recte constituat, & testamentum faciat.

In testamenti factione significabit, quanti intersit religiosos homines doctrina & pietatis usu præstantes adesse, de quorum consilio ad remedium animæ suæ in ultima voluntate pro facultatibus aliqua pia opera statuat.

Legata pia, quæ fecerit, præstari quamprimum, aut etiam ipso vivente monebit; cum hoc ei plurimum suffragari possit ad animæ salutem.

Hæc in primis monebit, quæ quamquam semper præstanda sint, tali tamen tempore in primis: ut, si quid alieni habet, si per facultates potest, quamprimum restituat, aut saltem id præstari in testamento caveat.

Ut, si de alicujus fama detraxit, curet ei aliqua ratione satisfacere.

Ut, si quos inimicos habet, illis omnino ignoscat, omnemque simultatem, & inimicitias deponat.

Ut, si quem offenderit, læseritve, ut potest, satisfaciat.

Si ab aliquo læsus, aut forte vulneratus sit, ei ex animo & toto corde ignoscat, offensionemque remittat.

fuerit. Perquiret item, an sacro Chrismate confirmatus sit, quo si illum adhuc non esse viderit, etiam jacentem, si adest Episcopus, confirmari; si minus adest, id, cum per valetudinem poterit, ut quamprimum præstet, accurate monebit.

, quan- Monebit etiam, ut morbo magis etiam
Strina & ingravescente, sanctissimum Viaticum, &
quorum extremæ Uctionis Sacramentum in tem-
in ulti- pore petat, ut, dum sensibus integris, &
qua pia mente viget, pie religioseque Sacramenta accipiat.

ri quam- Aget cum eo, ut, si Dei gratia mune-
nonebit; reque ab eo morbo convalescet, vitam omni-
offit ad to emendet, aut sanctiorem vivendi disciplinam suscipiat.

quam- Demonstrabit, satanam nihil non agere,
i tamen ut impediatur salutaria ejus remedia; ideo-
ieni ha- que in id studere, ut infirmo in animum
primum sepenumero inducat, nihil periculi ex mor-
n testa- bo, quo laborat, imminere; medicos autem
t, curret verborum blanditiis spem longioris vite saepe polliceri, in id ipsumque familiares etiam & cognatos incumbere.

s omni- Periculum igitur morbi ei ita celari ne-
& ini- sciat, ut eum mors opprimere possit inopinantem & imparatum; atque opportune inducet illum, & suaviter, ut velit suum sibi periculum patefieri.

vulnera- Animadvertet autem, ægrotos tribus
e igno- potissimum solere valde molestis cogitationibus affici, anxieque perturbari, quarum primam affert mortis metus; alteram con-

Per sciens-

scientia peccatorum; tertia oritur ex contemplatione divinæ justitiæ. Quamobrem in promptu habebit argumenta ad persuadendum apposita, pro conditione ægrotantis, quem lenibus suavibusque verbis alloquetur.

Ostendet, mortem christianis hominibus non modo extimescendam non esse, sed etiam amandam, & expetendam; quæ nili intercedat, fieri non potest, ut a peccati servitute, & hujus vitæ calamitatibus atque incommodis omnino liberati, æternam felicitatem per Jesu Christi meritum consequamur. Atque in hoc suadendi genere rationes & locos sibi sumere poterit ex libro S. Cypriani, qui est de *mortalitate*.

Quem metum depellere studebit, non solum multis aliis rationibus; sed etiam & sacrarum literarum auctoritatibus, & exemplis Sanctorum, & sacris precibus & orationibus.

Si ob affectum, quo erga res terrenas irretitus tenetur, aut ob alias causas mortem exhorrescit: hunc affectum expellere conabitur rationibus ab earum vanitate vitioque deductis.

Ad sedandam perturbationem, quæ oritur ex conscientia peccatorum, hortabitur, ut frequenti Confessionis, & sacræ Communionis usu sese religiose corroboret, credatque omnino Sacramentis peccata infinita Dei benignitate deleri.

ex con- Ad justitiæ vero divinæ contemplatio-
amobrem nem ægrotum valde se abjicientem eriget
d persuasione commemoratione infinitæ bonitatis divinæ,
ægotan- quæ nunquam patitur fideles esse destitu-
rbis allo- tos, qui velint, quamdiu in hujus vitæ
homini- cursu versantur, poenitentia exactæ vitæ
on esse, peccata diluere.

Si impatientem ægrotum viderit, ei
proponet passionem Christi Domini, tor-
menta sanctorum Martyrum, exempla alio-
rum Sanctorum, Job, Tobix, Joseph,
& aliorum. Merita præterea ostendet pa-
tientix, quæ multa sunt, & maxima;
causas item ostendet afflictionum, quas
Deus pater amantissimus, & medicus sa-
pientissimus, tamquam medicamenta fide-
libus adhibet.

Orationibus etiam brevibus utetur,
quas una cum ægroto pronuntiabit, ad
illius impatientiam sedandam, depellen-
damve.

Cohortabitur præterea, & consolabi-
tur eum, prout affectum esse viderit; aget-
que pluribus, aut paucis, pro prudentia
charitateque sua. In eoque denique dili-
gens erit, ut omnem ex infirmi animo
molestiam abjiciat, paratusque sit, deposi-
tum suum, quandocumque illud repetere
Deus voluerit, libentissime reddere.

Si in urbe, aliove loco æger est, ubi
Archiepiscopus moretur; eum inducat ad
benedictionem Archiepiscopalem una cum

indulgentia, cujus facultatem apostolicam habet, pie petendam; ipsum etiam Archiepiscopum ipse poterit quandoque de illius morbo ægritudineve certiores facere; qui eundem sponte visitabit, & consolabitur; aut alium mittet.

Ingravescente morbo Parochus infirmum crebrius inviset, & juvare ad salutem conabitur quam diligentissime.

Si mortis tempus instare viderit, aget ad præscriptum, commendationisque animæ officium præstabit. Monebit etiam instante periculo se confestim vocari, ut in tempore præsto sit morienti.



M.

stolicam
m. Ar.
e de il.
facere;
nfolabi-

nfirmum
em co-

t, aget
ue ani-
etiam
cari,

ORATIONES VI.
S. CAROLI BORROMÆI
HABITÆ
IN
CONCILIIS PROVINCIALIBUS.

A-



IN O N



choatr
Pii IV
dential
Patrum
anno
cilio c
ad exp
stituen
tem p
illud c
lium,
aliqua
est, c
lutis t
natura
ribus
exqui



ORATIO

HABITA

IN CONCILIO PROVINCIALI I.

ANNO MDLXV. XV. OCTOBRIS.



Dei summo erga nos beneficio factum est, Patres Reverendissimi, ut Tridentinum Oecumenicum Concilium, triginta ante annis inchoatum, sed varie intermissum, singulari Pii IV. Pontificis Maximi pietate, ac prudentia revocatum, insigni frequentissimorum Patrum virtute atque doctrina, superiore anno mirabiliter absolveretur. Quo in Concilio cum omnia præclare constituta sint, quæ ad explicandam Fidei veritatem, & ad restituendam ecclesiasticæ disciplinæ integritatem pertinebant: divinitus profecto, Patres, illud decrevistis, ut Conciliorum Provincialium, quæ jam diu haberi desierant, usus aliquando renovaretur; ex quo certissimum est, christianam rempublicam uberrimos salutis fructus esse percepturam. Et quidem natura & ratione ipsa ducimur, ut in gravioribus rebus deliberandis aliorum consilia exquiramus; vel quod cautior deliberatio est,

est, si ad nostrum iudicium, multorum sententia accesserit; vel quia apud illos, quibus consulere maxime cupimus, majorem auctoritatem & pondus habet consultatio, in quam plures consenserint. Est hujus in Ecclesia instituti auctor Christus Dominus, Magistri-
que Apostoli; nam ejus certa quidem sane est illa promissio, cum suam opem, suum-
que auxilium, se denique ipsum ejusmodi Patrum conventibus rite celebratis pollicetur & defert. *Ubi sunt, inquit, duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio*

Matth. c. eorum. Itemque: *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo.* Apostoli autem, etsi Doctore Spiritu sancto uberem omnium rerum cognitionem singuli acceperant; tamen si quid gravius, publice præsertim, agendum esset, hac consultandi ratione uti consueverunt, quam ut ceteri etiam conservarent, lege sanxerunt, ut bis in annos singulos Concilia ab Episcopis haberentur. Innumerabiles deinceps sanctiones sunt constitutæ, decretaque promulgata, & ab Summis Pontificibus, & a Conciliis tum Oecumenicis, tum Provincialibus, de retinenda, aut certe repetenda hac Synodorum consuetudine, quemadmodum temporum ratio postulabat. Atque utinam, quæ a sanctissimis illis Viris culta, & posteritati ad salutem Ecclesiæ tradita ratio est Provincialium Consiliorum, eam nos ad hanc diem pie constanterque retinuissimus, & quantum illi consilii & voluntatis ad prodendum posteris optimum institutum, tantum nos pie-

tatis

tatis & diligentiae & ad tuendum adhibuissimus. Hujus enim consuetudinis intermissio, difficile est dictu, quantas calamitates in christianam rempublicam invexerit. Nam iudicii metu sublato, cum præter Summum Romanum Pontificem nemo esset, qui a Domini gregis Pastoribus depositi custodiam, tritici dispensationem, vineæ cultum, & villicationis suæ functionem recognosceret, sortem cum fœnore exigeret, & a singulis gravissimi multiplicisque officii, more majorum, rationem exposceret: tum miserabiliter prolapsa est institutio ecclesiasticæ disciplinæ; tum, qui alios in officio continere debebant, maxime ipsi ab officii semita declinaverunt. Hic nota sunt vobis, Patres, Ecclesiæ Dei vulnera, quæ libenter prætereo, quia sine acerbissimo doloris sensu nec a me commemorari, neque a vobis audiri posse existimo. Ergo singulari virtute ac prudentia vestra gravissimis malis remedium est, hac renovatione Provincialium Conciliorum. Reliquum modo erat, ut sapienter excogitata medicina, ægrotis Provinciis salutariter adhiberetur. Cui nos officio pro nostri Metropolitanæ muneris ratione, proque amore in hanc urbem, quam apud nos & pietatem Parentis, & charitatem Filiæ obtinere libenter profitemur, si per debitam obedientiam libuisset, primo quoque tempore satisfacere studuissimus. Cum primum igitur hujus rei data est facultas, eam illam summo studio amplexi sumus, eo animo atque consilio, ut Deo auctore, vobis adjutoribus, obeundi muneris tarditatem actionum gravitate &

*Ezech. c.
34. v. 16.*

*Ad Phil.
lipp. c. 2.
v. 21.*

*Sess. 24 de
Reform.
Cap. 2.*

diligentia compensemus. Itaque huc omnes convenimus, ut, ex hac quasi specula singulis Provinciæ nostræ partibus circumspectis, Ezechielis Prophetæ voce divina admoniti, *quod perit requiramus, quod abjectum est, reducamus, quod confractum est, alligemus, quod infirmum est, consolidemus, quod pingue, & forte custodiamus.* Id omne ut præstare possimus, petendum a Deo in primis est summis precibus, summaque vitæ integritate & innocentia, atque in proximos charitate, ut nobis suo lumine præluceat, consilia & actiones nostras sua gratia prosequatur. Quemadmodum autem neminem nostrum, ut cujusque conditio tulit, aut ætas, aut labor, aut valetudo, aut itineris longitudo retardavit, quo minus in hunc locum frequentes ante statutum diem conveniremus; qua in re privata commoda communi officio posthabuimus; sic ad ipsam consultandi & decernendi rationem curandum est, ut integram optimamque mentem ac voluntatem afferamus, vim publici muneris privatis commodis anteponamus, eorum utilitati, quibus præsumus, non nostris rationibus serviamus. Hoc sane enim est, non, quæ nostra, sed, quæ Dei sunt, querere. Hoc munus Pastoris, hoc Ducis officium, hæ Gubernatoris partes sunt, ut gregi, militibus, navi potissimum prospiciant; nam subditorum salute Præfecti incolumitas continetur. Et quia tria præcipue sunt, quæ ex Tridentini Concilii auctoritate in Provincialibus Conciliis agi & confici oportet, ut delicta corrigantur, mores ad optimam disciplin-

plinam
que c
dum
funda
a sac
tuta
reles
que C
no,
mo R
que,
præsc
Domi
mur;
integr
præsti
na pr
gilant
culo,
rigenc
vi &
medic
admo
ta cas
tes;
ignem
tio,
memo
minor
stitue
primu
eamd
lorum
rum a
virtut

pli-

omnes
 a singu-
 l' aspectis
 moniti,
 cum est,
 igemus,
 od pin-
 ut præ-
 a primis
 tæ inte-
 roximos
 eluceat,
 a profe-
 nemi-
 tulit,
 aut iti-
 minus in
 m diem
 ommoda
 d ipsam
 curan-
 mentem
 lici mu-
 us, eo-
 nostris
 im est,
 nt, quæ
 cis offi-
 ut gre-
 piciant;
 olumitas
 nt, quæ
 Provin-
 ortet, ut
 m disci-
 pli-

plinam revocentur, & tollantur, dirimantur-
 que controversiæ: primum illud erit jaci-
 dum tamquam firmissimum totius ædificii
 fundamentum, ut omnibus & singulis, quæ
 a sacro Tridentino Concilio definita, ac sta-
 tuta sunt, palam receptis, detestantes hæ-
 reses omnes, quæ sacris Canonibus, Conciliis-
 que Oecumenicis, præsertim vero Tridenti-
 no, damnatæ sunt, veram obedientiam Sum-
 mo Romano Pontifici spondeamus, Fidem-
 que, *sine qua impossibile est placere Deo*, ex *Ad Hebr.*
 præscripto ejusdem Concilii, ac sanctissimi *c. II. v. 6.*
 Domini Nostri ratione & formula profitea-
 mur; & ad ejus in Provincia nostra tuendam
 integritatem, id quod ad hanc diem nobis
 præstitisse videtur Dei benignitas, opportu-
 na præsidia, summamque diligentiam & vi-
 gilantiam, pro locorum & temporum peri-
 culo, adhibeamus. Deinde in delictis cor-
 rigendis illa nobis ineunda ratio est, ut pro
 vi & modo morborum, ægrorumque natura,
 medicinam accomodemus; nunc levibus
 admonitionis & objurgationis remediis erra-
 ta castigantes, nunc acriori curatione uten-
 tes; denique exulceratis partibus ferrum &
 ignem admoventes, quemadmodum mali ra-
 tio, & contagionis periculum postulabit,
 memores semper, nos esse Patres, non Do-
 minos. Morum autem disciplinam facile re-
 stituemus, si qua ratione, quibusve factis
 primum constituta, diuque conservata est,
 eamdem nos in restituenda adhibebimus, il-
 lorum vestigia persequentes, qui hanc bono-
 rum amplitudinem nobis, Deo auctore, sua
 virtute pepererunt. Proponamus nobis,

quæso Patres, illorum vitæ sanctitatem, & in administratione sui officii sapientiam. Erant integri, casti, simplices, modesti, humiles, bene morati, in oratione & lectione assidui, sui despicientes, in alienæ salutis cura & cogitatione defixi, consilio & opera benigni, hospitales, in domestico cultu & victu parci, in alios & benefici & liberales. *Erant vigilantes super greges suos, vineam Domini summa diligentia & labore colentes & custodientes. Pascebant assidue oves sibi commissas triplici salutis cibo, verbo, exemplo, & Sacramentis. Memores quoque & imitatores summi Pastoris Christi, qui pro universo grege suo sanguinem & vitam profudit, ipsi pro suarum ovium incolumitate quemvis excipere laborem, subire omnes casus, omnem vim atque injuriam perferre, denique, ut bonus ille Pastor evangelicus animam suam pro ovibus ponere non dubitabant; nullum inde hujus vitæ fructum expectantes, ut maximos cœlestis retributionis fructus consequerentur.* Hæc si, ut debemus, Patres, ante oculos habebimus, facile intelligemus, quid in restitutione ecclesiasticæ disciplinæ nobis sit hoc tempore agendum. In quo illud etiam animadvertendum erit, ut, quemadmodum in conformanda & constituenda ecclesiastica ratione, Christus Dominus ab ipsis Apostolis, quos christianæ vitæ Magistros esse voluerat, initium fecit: sic nos a nobis ipsis Pastoribus, quos vivendi exempla & præcepta aliis tradere oportet, in conformanda restituendaque morum disciplina exordiamur.

Hæc

*Lucæ c. 2.
v. 8.*

*Joan. c.
10. v. 11.*

Hæc præstitit sedare tina Sy lata cu men di discord iterum cincia hanc r ac dilig bamus. luti, quantu rru san tantum cæ inc hæc & ritatem singuli dibilitate quam v mus R tate, animun Provin solititi. atque tisque int, e reperun bentifi ta Tri labores brevi t


n, & in
 Erant
 umiles,
 assidui,
 & co-
 enigni,
 a parci,
 ut vigi-
 ni sum-
 todien-
 umissas
 , & Sa-
 tadores
 fo gre-
 ppi pro
 excipe-
 em vim
 bonus
 ro ovi-
 de hu-
 aximos
 erentur.
 los ha-
 n resti-
 fit hoc
 a anim-
 um in
 ica ra-
 oltolis,
 luerat,
 astori-
 accepta
 da re-
 amur.
 hac

Hæc officia, si, quo debemus studio,
 præstiterimus, parvi profecto negotii erit
 sedare controversias; id quod nobis Triden-
 tina Synodus faciendum proposuit; nam sub-
 lata cupiditate, quæ est omnium radix & se-
 men dissensionum, facile præsentis temporis
 discordias componemus, nullumque in po-
 sterum dissidendi locum cuiquam in provin-
 cia nostra relinquemus. Quare ad piam
 hanc necessariamque muneris nostri curam
 ac diligentiam, Patres, toto pectore incum-
 bamus. *Hoc acceptabili tempore, hac die sa-*
ctis, quam fecit Dominus, enitamur, ut,
quantum consilio, opera, actionibusque, Spi-
ritu sancto duce & moderatore, possumus,
tantum ad constituendam communis Provin-
ciæ incolumitatem afferamus. Amplissima
hæc & nobilissima Civitas Mediolanensis, cha-
ritatem & sapientiam vestram implorat; hanc
singuli uniuscujusque vestrum greges incre-
ditabiliter requirunt, tota Provincia re magis,
quam voce deposcit; hoc optimus & maxi-
mus Rex Philippus, in cujus Regia digni-
tate, ut verbo complectar, Sacerdotalem
minum licet agnoscere; hoc ceteri hujus
Provinciae Principes, de populorum salute
soliciti, a nobis desiderant, quorum studia
etque officia non vereor, ne nobis san-
ctisque hujus Synodi decretis semper ad-
hærent, eamque potestatem, quam a Deo ac-
ceperunt, ad Dei & cultum, & voluntatem
obtentissime conferant. Postulat Sacrosan-
cta Tridentina Synodus, ut ne tot tantique
labores a sanctissimis Patribus in ea suscepti,
 brevi tempore intereant. Hoc vehementer

I. ad Ti-
moth. c. 6.
v. 10.

II. ad Cor.
c. 6. v. 2.
Psal. 117. v. 24.

expectat Pius Pontifex Maximus, ex illo præsertim die, quo nos ab administratione consiliorum suorum, & procuratione Ecclesiæ ad vos dimisit. Cui date, quæso, ut & profectiois nostræ, & vestrorum laborum uberes fructus deferre possim, præclaras scilicet salutesque hujus Concilii actiones. Hoc ipsum exigat vestra virtus, quam in publico Orbis terrarum conventu spectatam & cognitam, nunc in vestrorum populorum vita ac salute tuenda debetis exprimere. Hoc denique flagitat a nobis Christus Jesus, ut constet sibi ratio officii nostri erga oves, quas pretio sanguinis sui redemptas, nostræ fidei prudentiæque commendavit, & concredidit ne, quando sanguinem illarum de manu nostra requirat, si (quod Dei benignitas prohibeat) culpa, aut negligentia nostra eas diripi, aut dispelli patiemur.



O R A T I O

H A B I T A

IN CONCILIO PROVINCIALI II.

ANNO MDLXIX. XXIV. APRILIS.

Et si, quod duce Spiritu sancto, a Tridentinis Patribus decretum est, ut tertio quoque anno Provinciales Synodi habeantur, hæc causa, Patres Reverendissimi, satis explorata est, & ea quidem iustissima, quam obrem jam tribus post primum nostrum congressum annis, huc iterum conveniremus: tamen si quis rem ipsam attente intuetur, facile

illo praecile animadvertet, hoc iterati Concilii officium non solum Tridentino iussui debitum, verum etiam & temporum conditioni, & Pastoralis nostro muneri, & initiis, quae proximo superiori Concilio jecimus, consequens ac plane necessarium. Jam cognoscitis, jam scitis, qua in perturbatione Reipublicae christianae status versetur; quam funestae haereticum faces in finitimis Provinciis jam diu excitatae, quam turbulenti inde in Gallia motus, quam multae strages, quot pugnae editae sint. Quid? quod Tempula vel augustissima diruta, delubra religiosissimis imaginibus, & signis, & ornamentis spoliata, vasa sacra erepta, Reliquiae Sanctorum dissipatae, Sacerdotes & Religiosi Viri interfecti, sacrae Virgines injuriosius tractatae, Divina polluta, omnia denique prostrata jacent. Quousque tandem irasceris Domine? Quousque tandem vineam, quam plantavit dextera tua, Psalm. 79. & populum, Christi Jesu Filii tui sanguine v. 15. & expiatum, videbimus ita crudeliter, ita foede 16. de diripi, vastari, dissipari? Quousque cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis, in mensura? Hæc autem mala, quae pestifera sunt, quae pernicio- Ibid. v. 6. sa, etsi a nobis interjecto quodam spatio abesse videntur, ita tamen undique nos circumstant, & in foribus ipsis prope adsunt, ut in singulas horas, vel momenta potius timendum sit, ne hæc aquarum vis in hanc Provinciam erumpat, totamque fluctibus suis evertat, nisi Dei ope, & Pastorum summa vigilantia occurratur. Verum alia incommoda sunt, & ea quidem non levia, quæ

cum

cum in visceribus Provinciæ nostræ hæreant, nos valde admodum commovere debent; nam etsi superiori nostro conventu, multa auctore Deo decrevimus, multaque post Pastoralibus nostris vigiliis egimus, ut bene constituendæ hujus Provinciæ signum aliquod sustulisse videamur: tamen multo sunt inveterati morum errores, & alia item, quæ a nobis cum emendationem plane desiderent, in iis corrigendis nostræ curæ ac sollicitudines, hoc tempore evigilare debent. Ea est enim horum temporum conditio, ut homines alii mundi potius, quam Dei amatores, animum iis rebus adjungant, quæ ad divitiarum in primis & carnis sollicitudinem curamque spectant; alios vero aliis illecebris, alios fallaciis, quasi vinculis quibusdam irretitos teneat perpetuus ille humani generis hostis, qui *tamquam Leo rugiens*, mortales circumit, *querens, quem devoret*. Si denique Provinciam universam lustramus, omnia *ad carnis occasionem*, reclamante Apostolo, traducta, in eo statu esse cernimus, ut adumbrata quædam, non solida illa veraque pietatis christianæ species retineri videatur. Hæc mala quidem infinita cum sint, etsi illis, quibus finitimas Provincias afflictas diximus, genere inferiora; ejusmodi tamen sunt, ex quibus cum argumenti cujusdam species, vulgi judicio, hæreticis subministrari videtur ad suos tuendos errores; tum etiam (id quod Deus avertat) fieri facile posset, ut hominibus nostris, si in conscientiæ pravo habitu eos obfodescere patiemur, quasi fores aperirentur, aditusque patefieret ad nefariam hæresum labem;

hæreant, idque cum ex multis aliis peneque
 ent; nam numerabilibus exemplis, tum vel ex hoc
 a autore potissimum cognosci licet, quod Popu- *Exod. c. 1.*
 toralibus Israeliticus, cum in conviviiis & commes- *32. v. 6.*
 titutibus, vivendique licentia versaretur,
 tulisse vi- impura conscientia inquinatus, proclivius
 i morum idem delapsus est ad perniciosissimum ido-
 am emen- rum morbum. Hoc ipsum Apostolus Pau-
 rrigendis as cum animadvertisset, Timotheum disci-
 pore evi- pulum propterea illis verbis admonuit: *Con- I. ad Ti-*
 temporum- *scientiam bonam habe, quam quidam repel-*
 us, quam- *entes, circa fidem naufragaverunt. Unde* *moth. c. 1.*
 jungant, *v. 19.*
 his solici- andem, Patres, tot veteres hæreses, quæ
 vero aliis- tum restinctæ in hæc tempora inciderunt,
 culis qui- tum ex depravatis contaminatisque gentium
 ille hu- moribus? Ut enim vetus aliquis morbus in-
 Leo ru- trudesit, si recenti vel levissimo malo cor-
 quem de- rus afficitur: sic hæresum pestem, quibus
 erfam lu- tum Ecclesia variis temporibus vexata est,
 r, recla- antiquorum Patrum virtutibus, tamquam fa-
 statu esse- taribus remediis olim compressam, nostro-
 non so- rum temporum corruptela, quasi veterem
 e species- morbum iterum ingravescere videmus. In
 em inte- hoc igitur rerum discrimine videte, quanta
 finitimas- vobis, qui christiani exercitus antesignani,
 inferiorum- animarum medici sumus, necessitas impo-
 bus cum- ta esset, ut Concilium iniremus, quo plu-
 judicio, & ad propulsanda pericula, & ad sanan-
 os tuen- da vulnera, in unum, Spiritu sancto duce,
 us aver- convenientes, a *Patre misericordiarum,*
 nostris, *Deo totius consolationis,* auxilium faci- *II. ad Cor.*
 obfode- as imploraremus; tum etiam, quo cau- *c. 1. v. 3.*
 ur, adi- tus res multorum iudicio & consensu con-
 sum la- titutæ essent, eo promptiori animo, pro-
 bem; meliorique ad obediendum voluntate ab

iis susciperentur, quorum saluti maxime consilere debemus. Hoc nostrum munus est, hoc nostrum officium, Patres. Etenim si in Episcopalis dignitatis excelsa sede collocati sumus, tamquam e specula quadam, pericula prospicere, eaque propellere nos oportet, si quæ imminent, qui in nostra fide nostraque cura conquiescunt; si parentes item filiorum incolumitati paternam curam adhiberi; si pastores ab ovibus, quas sacrosancta sua morte Jesus Christus ex inferi faucibus atque ore eripuit, numquam oculos dejicere, & si quæ impuriorum labe extabescunt, salis acrimonia sanare; si quæ demum in morum tenebris aberrantes sunt, præluce debemus. Nam ut summus ille rerum Opifex, principio cum coelum, quod intuemur, effecit, stellarum multitudine ornavit, quæ Solis splendore illustratæ, in nocte super terram lucerent: sic in spirituali hujus sæculi renovatione, prout in Ecclesia, tamquam in quodam Cœli firmamento, Prophetas & Apostolos, Pastores & Doctores, qui quasi stellæ, sempiterni illius Solis Christi Domini lumine illustrati, huic tenebricosi sæculi caligini præessent, & ab humanis mentibus tenebras depellerent, quodam illustris sanctæque disciplinæ splendore. Hos igitur, quos celestis sapientia Pastores esse, & in Apostolorum tamquam in parentum locum succedere voluit: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*, inquit Propheta; quid est, cur eos parentes, eos duces, eos magistros non imitemur? Illi in constituenda nascente tunc christiana republica, in maximisque rerum

I. Corinth.
c. 12. v. 28.

Psal. 44.
v. 17.

diffi-

me confu-
 est, hoc
 in Episco-
 ti sumus,
 la prospici-
 si quæ us-
 aque cura
 rum inco-
 si pastores
 orte Jesus
 re eripuit,
 æ impura
 imonia sa-
 nebris ab-
 Nam ut
 ipio cum
 stellarum
 splendore
 lucerent
 ovatione,
 odam Cor-
 olos, Pa-
 e, semper
 mine illu-
 ini præse-
 nebras de-
 que disci-
 uos cele-
 Apostolo
 succedere
 ut tibi filii,
 os paren-
 non imite-
 ente tunc
 que rerum
 diffi-

difficultatibus, hac Conciliorum ratione usi,
 tum confusam illam eorumque tenebris im-
 licitam mundi faciem, evangelicæ discipli-
 ne lumine illustrarunt; tum ad eam restituen-
 tam exemplum nobis præbuerunt, ut in
 tanta scilicet rerum perturbatione, & in hac
 terra peccatorum caligine nos, qui eorum
 pecum tenemus, osque Domini sumus, &
 quorum labiis, tamquam ab Angelis Do-
 mini exercituum, populi Legem requirunt, a Malach.
 monte lucis Spiritu sancto, in cujus nomine c. 2. v. 7.
 moderno die congressi sumus, salutare vitæ
 reges haurientes, doceamus Provinciæ no-
 stræ homines ambulare ut filios lucis, & af-
 ferre fructus lucis in omni bonitate, & justi- Ad Ephes.
 tiæ, & veritate, probantes, quid sit bene- c. 5. v. 8.
 placitum Deo, nec communicantes operibus & seqq.
 infructuosis tenebrarum. Nec vero existime-
 mus, Patres, muneris nostri partes omnino
 expletas a nobis esse in iis, quæ tribus an-
 nis hoc ipso in loco multa constituimus;
 quoniam si rem omnem ita spectamus, quem-
 admodum sane debemus, opus ministerii no-
 stri inchoasse quidem, sed perfecisse certe
 non videbimur. At vero est, cur explea-
 mus, ita rerum status postulat, ita sæpe mul-
 tis locis unumqueque nostrum Apostolus mo-
 net: Vide, inquit, ut ministerium, quod in Ad Coloss.
 Domino accepisti, impleas; dedit enim Pa- c. 4. v. 17.
 stores, & Doctores ad consummationem San-
 ctorum, in opus ministerii, in ædificationem
 corporis Christi. Ergo si ad consummationem, Ad Ephes.
 & ad perfectam quamdam sanctitatis disci- c. 4. v. 11.
 plinam tota ministerii nostri ratio spectat; & 12.
 manes profecto conatus nostri, frustra que su-
 cepti

scepti essent labores, jactis primum illis fundamentis, nisi reliqua, quæ ad ædificii constructionem, & consummationem desunt, perfici contendamus omni summo studio. Nam quo tempore huc primo in Concilium convenimus, populis nostris, *tamquam parvulis*, aut certe infirmioribus, *si præter lac escam de-*

1. *ad Cor. dimus*; at solidiorem cibum tum præbere vix

6. 3. v. 2. potuimus; idque Christo Domino Magistro, qui, multa cum haberet, quæ Apostolis diceret, non omnia tamen uno tempore eos docuit, propterea quod ad ea portanda tunc

Joan. c. sane essent minus idonei. Et quemadmodum
16. v. 12.

is longo temporis progressu, tum excitatis sanctorum Patrum mentibus, tum sacrosanctis habitis Conciliis, Ecclesiam suam doctrinæ splendore in dies magis atque magis illustrare voluit, cum vel momento temporis id ipsum præstare potuisset: sic nobis, qui Matrem Ecclesiam colimus atque observamus, illud ab ejus benignitate sperandum est, ut & nunc, & in posterum, prout temporum ratio requireret, ea patefaciat, atque aperiat, quæcumque superioris nostri Concilii temporibus non opportuna ipsius Dei Spiritus nobis non suggessit, ut illa fidelibus nostris tunc traderemus. Illud præterea accedit, quod, quemadmodum agricolis usu sæpe venit, ut, postquam semel agrum bene coluerint, eumque a rubis inutilibusque herbis purgarint, vites putarint, & arbores interlucarint, nisi crebro eandem culturam adhibuerint, ager, qui illorum studio enituit, horridus, incultusque fiat: sic fideles, qui

1. *ad Cor. agricultura Dei sunt*, ubi nostris vigiliis ac
6. 3. v. 9.

studiis,

studiis
ad alio
ad ea
redea
ris pro
pravat
alte ra
diffund
evelli
agri De
pene t
agricol
apud
constitu
ut evel
spes,
tasse p
tionibu
tamen
hoc ip
decret
dam h
nostra
iustum
quend
busclan
los pra
si quic
nostro
tum,
agitata
quæ o
tur, F
huc ite
tis, q
S. C

illis fun-
 ficii ex-
 unt, per-
 o. Nam
 n conve-
 parvulis,
 escam de-
 bere vix
 lagistro,
 stolis di-
 pore eos
 nda tunc
 dmodum
 excitatis
 sacrosan-
 a doctri-
 agis illu-
 poris id
 qui Ma-
 rramus,
 est, ut
 mporum
 aperiat,
 i tempo-
 ritus no-
 s nostris
 accedit,
 sæpe ve-
 te colue-
 te herbis
 es inter-
 um adhi-
 enituit,
 les, qui
 giliis ac
 ndiis,

studiis, quæ superiori Concilio adhibuimus,
 ad aliquem nitorem adducti sunt, nisi sæpius
 ad ea, quæ post succreverunt, amputanda
 redeamus, facile ille pristinus cultus tempo-
 ris progressu horrescit; tum si quæ etiam de-
 pravata consuetudo diuturnitate fulcitur, ita
 alte radices egit, ut velut hedera late sese
 diffundens, sæpe vix, aut ne vix quidem
 evelli queat. Itaque cum in perpetua quadam
 agri Dominici colendi ratione nostrum munus
 pene totum positum esse debeat, diligentes
 agricolas unicuique nostrum imitandos Deus
 apud Jeremiam proponit his verbis: *Ecce*
constitui te hodie super gentes, & super regna,
ut evellas, & destruas, & disperdas, & dis-
spes, & ædifices, & plantes. Quod si for- *Jerem. c.*
 tasse pauca erunt, quæ nostris aliis constitu- *I. v. 10.*
 tionibus addi oportere videbuntur, utilitas
 tamen non parva, neque exiguus fructus ex
 hoc ipso Concilio existet, si nos superiora
 decreta in conspectu, quasi in speculo quo-
 dam habentes, contemplabimur, si quæ, vel
 nostra, qui jussimus, vel aliorum, quibus
 iustum est, culpa contracta est in illis exe-
 quendis; aut si quæ sunt, quæ certis qui-
 busdam causis nec per nos, nec vero per il-
 los præstari adhuc licuit, hocque pacto, tum,
 si quid culpa admissum est, quoniam officio
 nostro ante defuimus, id sedulo emendemus,
 tum, difficultatum ratione hoc ipso in loco
 agitata & diligenter explicata, adhibeamus,
 quæ opportuna erunt remedia. Habetis igitur,
 Patres Reverendissimi, causas, quare
 hinc iterum convenimus; tum etiam intelligi-
 tis, quam gravis rerum tractatio nobis pro-
 S. Car. Instr. Past. D d poli-

posita sit, quæ tota ad sananda hujus Provinciae vulnera, ad pericula animarum propulsanda, ad disjiciendas morum tenebras, ad agri denique Dominici cultum pertinet: idque plane omne, quantum in nobis est, ita præstare debemus, ut primum, quæ semel per nos decreta sunt, ea nos, quo maximo possumus, & quo certe debemus studio, exequi contendamus. Deinde omni animi deliberatione in hoc ipso Conventu supplere studeamus, quæcumque superioris Concilii decretis desunt, ad restituendum illum prope deflorescentis christianæ pietatis cultum; post, si quæ vitiorum zizania tribus ab hinc annis subdolanus ille operarius satanas in hac Provincia conseruit, operam demus, ut eorum stirpes studiis nostris omnino convellamus. Jam hic duce Spiritu sancto adsumus, Reverendissimi Patres, ut Provinciale nostrum Concilium iterum celebremus, in qua muneris tractatione, nos pro rei gravitate, animo menteque reputemus, quæ nobis potissimum proposita esse debeant. Ac primum quidem perspicuum est, quam turpe, quam detestabile sit in eo, quod *pro Christo legatione fungimur*, Deique ministri summus, si non Christum ipsum, non, quæ Dei sunt, sed, quæ nostra, quæramus. Oportet igitur nos, depositis cupiditatum nostrarum perturbationibus, oculisque mentis in cælum conjectis, non utilitates nostras, non commoda, non hominum honores spectemus; non rebus nostris, non popularibus studiis, non laudi; non gloriæ nostræ, sed Christo serviamus, cui omnem gloriam, omnem laudem, omnem honorem, aut nequidquam, tes, a que ut concitari quimus Pcerem. autem vent, tatem, cogitat, rigamus te adel te liber actioni quadam late, si deliber non ad illam d Spiritu remus, nus serv gladio visionem que ac mum & semina satis id tantum præben nobis e herbas hono-

II. ad Cor.
15. v. 20.
Ad Phil.
lipp. c. 2.
v. 21.

honorem debemus. Neque enim est, cur aut nobis ipsis, aut hominibus placeamus; siquidem quis inde fructus, si nos ipsos amantes, animæ nostræ jacturam faciamus? Ea- que utilitas nobis existet, si iram Dei in nos concitantes, hominum benevolentiam populari quadam indulgentia conciliemus? audiamus Paulum clamantem: *Si hominibus placerem, Christi servus non essem. Dissipat Ad Galat. c. I. v. 10.* autem *Deus ossa eorum, qui hominibus placent*, inquit Propheta. Ergo ad Dei voluntatem, tamquam certam normam, consilia, cogitationes, studia, & actiones nostras dirigamus. Deinde hic eo animo eaque mente adesse debemus, ut non coacti, sed sponte liberaque voluntate; non ut in plerisque actionibus fieri solet, aut consuetudine, aut quadam officii specie, nec fide, nec simulate, sed vera solidaque rerum agendarum deliberatione, rem omnem tractemus, ita ut non adumbratam quamdam, sed expressam illam disciplinæ christianæ formam, afflante Spiritu sancto, decretis nostris restituere citemus, quam nascente Ecclesia instituit *vivus sermo Dei, & efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis; nam si vitiorum semina non funditus tollere studemus, sed satis id esse putamus, ut externa quædam tantum, quæ oculis offensionem in vulgus præbent, quasi levi manu emendemus; id nobis eveniet, quod agricolis, qui dum herbas inutiles radicitus evellere negligunt,*

quæ-

quæque solum e terra extant, amputant, ne agrum quidem a stipitibus noxiis purgant, sed etiam quod plane nolunt, id sane efficiunt, ut uberiores paucis post diebus emanent. Nec vero est, cur à muneris nostri ratione deterreamur, vel quia his Pastoralibus nostris studiis, actionibusque animos eorum exulcerari videamus, qui filii sunt perditionis, vel quia populares illæ, quibus, quasi ficus foliis, deformes pravi-que mores contegi solent, voces audiantur: Non ferunt hæc tempora veterum Canonum severitatem; sic jam diu viximus, sic vixerunt, ita egerunt, qui ætate antecesserunt; vitæ institutum nihil est quod mutemus. At nos hæc, atque adeo alia ejusmodi contemnamus; proponamus nobis ob oculos libertatem illam spiritus, & virtutem, qua armati Patres nostri Apostoli, qua muniti Martyres, qua instructi nostri ordinis sanctissimi Homines, Athanasius, Chrysostomus, Ambrosius hujus Ecclesiæ Antistes, qua affecti alii religiosi Viri, apostolico quodam animorum ardore flagrant, nullis non minis, non hominum clamoribus, non furoribus quasi tribunitiis fracti, nec debilitati, pro Dei gloria, pro gregis commissi salute, forti constantique animo adhibuerunt illam quasi censoriam virtutem, acerrimam peccatorum vindicem. Eorum fere exemplo adducti nos quoque apostolica illa constantia, & evangelica virtute, qua una nihil est in ecclesiasticis Pastoribus illustrius, nihil magis necessarium; sine metu & constanter certe agamus, atque adeo perficiamus, quod


Evan-

Evang
ratio
Eccle
Nam
so illo
in fid
ration
santiu
item
mus:
Pastor
rare p
do ev
in ten
tis?
usi, c
os Do
impar
sipare
hil vo
leges
religio
hic fo
nihil fi
Has l
Patres
atque
tam g
se, no
ter, n
stanti
specta
muner
duce

outant, Evangelium docet, quod Christus jubet,
 s pur- ratio præcipit, quod gregis salus, quod
 id fa- Ecclesiæ auctoritas, dignitasque postulat.
 ost die- Nam si contra a nobis fiet, in formidolo-
 mune- so illo Dei judicio, cum animarum, quæ
 uia his in fidem & curationem nobis traditæ sunt,
 busque rationem reddemus, tum aliorum nos accu-
 qui si- santium vociferationes, & irati Judicis nos
 es illæ, item acerbæ objurgantis, eas voces audie-
 pravi- mus: Si speculatores eratis, cur cæci? si
 liantur: Pastores, cur gregem vobis commissum er-
 anonum rare permisistis? si sal terræ, quonam mo-
 c vixe- do evanuisistis? si lux eratis, cur *sedentibus*
 ferunt; *in tenebris, & in umbra mortis non illuxi-*
 us. At stis? si Apostoli, cur Apostolica virtute non
 contem- uli, cuncta egistis ad hominum oculos? si
 s liber- os Domini, cur muti? si vos huic oneri
 qua ar- impares esse sentiebatis, cur tam ambitiosi?
 muniū si pares, cur ita desides, & negligentes? Ni-
 sanctif- hil vos Prophetarum voces, nihil Evangelii
 stomus, leges, nihil Apostolorum exempla, nihil
 qua af- religio, nihil Ecclesiæ labentis status, nihil
 quodam hic formidolosus judicii dies, nihil præmia,
 non mi- nihil supplicia æternique cruciatus moverunt?
 furori- Has horribiles irati Judicis voces nobiscum,
 bilitati, Patres, animo menteque reputemus; ut iis,
 i salute, atque adeo aliis excitati, in hac sacrosancta
 nt illam tam gravium rerum tractatione, non remis-
 am pec- se, non leniter, non timide, non negligen-
 plo ad- ter, non dissimulanter; sed sincere, & con-
 stantia, stanti sanctaque sollicitudine, Deum solum
 il est in spectantes, quod in nostro officio nostroque
 nihil ma- munere positum est, agamus & perficiamus,
 ter cer- duce Spiritu sancto, omnium actionum &
 , quod
 Evan-

*Luce c. 14
 v. 79.*

consiliorum moderatore ; cui gloria sit & honor sempiternis ætatum sæculis, Amen.



ORATIO

HABITA

IN CONCILIO PROVINCIALI III.

ANNO MDLXXIII. IX. APRILIS.

Tertio jam adsumus, Patres sanctissimi, hoc ipso loco, ubi superioribus annis semel atque iterum, Spiritu sancto duce, congressi, in eam curam incumbimus, ut in hac Provincia, Pastoralibus nostris studiis succurreremus animarum saluti, & opitularerur pietatis cultui, jam pene deflorescenti. Quo in genere, etsi a nobis vel plurimum elaboratum esse videtur ; tamen, si animadvertimus, Provinciæ hujus status, quem vos etiam optime nostis, id est, ut multa adhuc desint ad operis a nobis inchoati consummationem & perfectionem. Primum enim superioribus nostris decretis non omnis erepta est morum corruptela ; neque plane omnis instituta christianæ disciplinæ ratio, quæ vobis, qui adestis, una mecum expendenda est. Deinde, ut est hominum genus ad carnis sensum proclive, sæpeque præceptum fertur ad peccandi licentiam, alii, post priores illos congressus nostros, sensim in dies irreperunt morum errores. Præterea quæ olim a nobis sancita sunt, ita se habent, ut vel nostra, vel aliorum culpa, illa executi simus non plane omnia. Si quæ au-

tem

tem executionem habuerint, vel pauca, vel multa illa sint, vereor (ut libere dicam), ne ea, externa potius quadam specie attigerimus, quam intimi animi sensibus, verique amplexi simus. Atque hic quidem est rerum nostrarum status. Videte igitur, quæ illa sint, quibus, auctore Spiritu sancto, qui *Spiritus est veritatis & consilii*, hoc ipso Conventu nos tum mente optima, tum salutaribus deliberationibus consulamus, oportet, ut aliqua ex parte exsolvamus, quod & Christo Domino, & nobis, & Clero, & Populo nostro debemus. Propositum igitur nobis sit, Patres optimi, magnum quiddam esse ac perfectum, quod præstare debemus, idque nos vix, aut ne vix quidem inchoavimus, nedum absolvimus, cum certe non licuerit. Nam quemadmodum reliquis in rebus nihil potest statim esse perfectum, sed necesse est, ut initium fiat ab aliquo rudimento, atque paulatim ad summum perveniat; ita opus, quod superioribus annis aggressi sumus, non potuit eo tempore statim pervenire ad eam, quam quærimus & debemus, necessariam perfectionem. Quod si quis nostrum secus fortasse existimat, quoniam in hac Provincia aliquod majus pietatis christianæ studium elucere videt, quam antea solebat, quamque in aliis fortasse quibusdam locis apparet, nec iste plane quidem fallitur; non est enim, cur nos vel cum iis, quæ proxime antecesserunt temporibus, vel cum aliorum, sive mali illi sint, sive aliquo christianæ virtutis gradu præditi, factis actio-

Joann. c.

16. v. 13.

Isaiæ c. II.

v. 2.

nes nostras expendamus ; sed comparemus oportet cum ea sancte agendi formula , nobis divinitus præscripta ; quæ si ob oculos versabitur , facile cernemus , quam longe ab ea distemus. Procul certe absumus , Patres. Est igitur cur properemus , & ita properemus , ut quod semel aggressi sumus , perficiamus , *aspicientes in auctorem , & consummatorem* operis nobis commissi Christum Jesum. Is , quid non attigit , quid non egit , quid non perpeffus est , ut quod ei Pater cœlestis dedit , opus consummaret ? Quid illa Crucis ara , in qua Redemptionis myfterium peractum est , loquitur ? Quæ mens , qui sensus Christi laborum ? Quorsum illa verba : *Consummatum est* ? An non operis , quod suscepit , perfectionem , an non consummationem indicant ? Num Christi magistri exempla , num voces nos commonent , an commovent potius ? Certe quidem. Ergo pergamus ad consummationem , & quod operi nostro deest , perficiamus ; ac ita quidem , ut cum nos Episcopus Deus dederit ad consummationem *Sanctorum in opus ministerii* , tamquam Angelus ejus , & in ministerium missi propter eos , qui hæreditatem capient salutis , non modo purgemus & illuminemus , sed perfectos reddamus eos , qui in custodiæ nostræ fidem traditi sunt.

Altera præterea causa est , Patres , quamobrem huc tertio nos convenire oportuit ; nam ea est satanæ fraus , ea depravata hominum natura , eæ mundi illecebræ , ut si quid superioribus nostris sanctionibus communivimus ,

Ad Hebræos c. 12. v. 2. Joann. c. 17. v. 4.

Ibid. c. 19. v. 30.

Ad Ephes. c. 4. v. 11. Et 12. Ad Hebr. c. 1. v. 14.

paremus, in altera ejusdem rei parte violari so-
 leat Ecclesiæ disciplinæ institutio; ita ut
 ob ocu- alio rursus opus sit præsidio. Quemadmo-
 dum enim fluvius ab una parte aggeribus
 munitus, in alteram sæpe erumpit: itidem
 usu venit in sanciendo morum legibus. Si
 qua igitur parte, vel Clero vel Populo, su-
 perioribus rerum sanctionibus obstructus adi-
 tus est ad peccandum, alia tamen invenitur
 via, quam præcludamus oportet hoc no-
 stro Synodali studio; quod cum in hoc ge-
 nere multum esse debet, tum plurimum etiam
 in eo, quod tertio loco a me propositum,
 jam brevi exponam. Scitis, Patres, quæ su-
 perioribus Conciliis præscripsimus nobis de
 frequenti Sacrificii oblatione, de dignita-
 te ab Episcopo retinenda, de suppellectili
 frugalitateque Episcopali, de Pastoralibus
 officiis, de familiæ nostræ institutione, de
 Cleri disciplina, de gregis commissi gu-
 bernatione. Illa omnia, ut acta sunt a no-
 bis fortasse diligenter, sic certe nostrum fuit,
 & est, eadem exequi vel diligentissime; pa-
 rum est enim, optimo consilio decernere, nisi,
 quod decretum est, sedulo præstetur; nam
 ut scientia debet esse cum virtute copulata,
 sic decretorum constitutio cum executione
 in primis conjuncta; alioquin parvam affert
 utilitatem, vel certe nullam. Itaque cum
 operis nostri suscepti ratio conficiatur, &
 quasi conflatur duabus his partibus, legum
 scilicet optimarum & sanctione, & execu-
 tione; in hac nos fideles esse oportet, in illa
 prudentes. Si prudentiam in sanciendo præ-
 stimus, fidem in exequendo præstemus,
 mus,

Matth. c. 24. v. 45. necesse est, ut & *prudentes, & fideles servi* in-

veniamur. Executio autem nostra omnis sit, oportet, Patres, tum perfecta, tum vera; perfecta quidem, ut decreta omnia vel ad nos, vel ad alios pertinentia, exequamur; exequamur autem vere, non externa sola specie, sed ea fixa animi deliberatione, ut *in veritate* nos

III. Joann. v. 3. *ambulantes*, & ad Dei gloriam, & ad animarum salutem uberrimum fructum afferamus
& 4. ex iis rebus, quas solido agendi studio exequimur; alioqui si contra quidquam agimus, id, quoniam non ulla quasi radice fixum haberet, statim diffluit, statim evanescit. Quare agite, Patres sanctissimi, munus nostrum expleamus, ut, quam debemus sanctam solitudinem, quantum in nobis est, præstemus, tum ad operis nostri inchoati perfectionem, tum ad omnem Ecclesiæ disciplinæ rationem in hac Provincia communiendam, tum ad superiorum nostrorum decretorum leges, easque vere atque omnino exequendas. *Spiritus* autem *Dei* habitet in nobis, *is Spiritus veritatis*, quem in Evangelio, quod modo recitatum est, se Dominus missurum esse promisit, mentibusque nostris lumen præferat, quo omnes muneris nostri Pastoralis partes dirigamus in perfectionem & finem, quo spectamus, Christum Jesum; cui laus & gloria sempiternis ætatum sæculis, Amen.

Ad Roman. c. 8. v. 9. *Spiritus* autem *Dei* habitet in nobis, *is Spiritus veritatis*, quem in Evangelio, quod modo recitatum est, se Dominus missurum esse promisit, mentibusque nostris lumen præferat, quo omnes muneris nostri Pastoralis partes dirigamus in perfectionem & finem, quo spectamus, Christum Jesum; cui laus & gloria sempiternis ætatum sæculis, Amen.

Joann. c. 16. v. 13. *Spiritus* autem *Dei* habitet in nobis, *is Spiritus veritatis*, quem in Evangelio, quod modo recitatum est, se Dominus missurum esse promisit, mentibusque nostris lumen præferat, quo omnes muneris nostri Pastoralis partes dirigamus in perfectionem & finem, quo spectamus, Christum Jesum; cui laus & gloria sempiternis ætatum sæculis, Amen.

O R A T I O

HABITA

IN CONCILIO PROVINCIALI IV.

ANNO MDLXXVI. X. MAII.

Quousque tandem Concilia Provincialia
 toties convocata? Quorsum & tot Con-
 stitutiones, & tot Decretorum vincula?
 Vulgaris vox, Patres sanctissimi, ac sicut
 tacita quidem cogitatione religiosæ men-
 tis digna, longeque a sensu Episcopalis ve-
 stri animi aliena; ita hominum vel impiorum
 Ecclesiam Dei oppugnantium, vel Chri-
 stianorum christianam disciplinam abhorren-
 tum, vel imperitorum, planeque nescien-
 tum, quantas vires habeat frequens Syno-
 dorum actio atque usus, vel illorum sane,
 qui angusto parvoque animo omnia metiun-
 tur. Porro nobis est illud certum atque
 exploratum, hominem Divina lege, quasi
 epimento vallatum, ut est is tum summa na-
 turæ imbecillitate, tum immensa cupiditate,
 sæpe labi, sæpeque ab officii semita defle-
 rere; proinde plurimis & Conciliis, & In-
 strutis, & Decretis opus esse, quibus quasi
 sanctissimis vinculis ille adstrictus, a recto
 cursu non declinet, aut aliquando digressus,
 eodem adjutus in viam salutis redeat. Et
 quod caput est, ut salutaris hujus Concilio-
 rum Instituti auctor est cœlestis Magister
 Christus Dominus; sic Apostoli eo sæpissime
 lege etiam sanxerunt, ut bis in annos
 singulos Concilia ab Episcopis haberentur.
 Quod deinceps & innumerabilibus Summo-
 rum

rum Pontificum sanctionibus, & Concilio-
rum tum Oecumenicorum, tum Provincia-
lium decretis communitum, & frequenti Ec-
clesiæ usu consuetudineque diu retentum,
ejusmodi fuit; quo aditus patefactus est,
non modo ad tradendam, verum etiam ad
perpetuo colendam, perpetuisque progres-
sionibus augendam omnem ecclesiasticæ di-
sciplinæ rationem. At vero ubi id aliquan-
do intermissum, aut plane omissum est, vix
dici potest, quot quamque graves calamita-
tes rei christianæ publicæ importatæ sint.
Prope perierat christianæ vitæ institutio, con-
ciderat pene rerum salutarium usus, nulla
fere Cleri disciplina, quasque nullum popu-
li in charitatis officiis studium; prolapsus
denique miserabilem in modum erat totus
ille ab Evangelii luce dimanans christiana-
rum virtutum ornatus. Quid? Ii, qui alios
in officio continere debebant, maxime ipsi
a muneris debiti cura deflexerant. Atqui
hæc vel una solum recordatio satis nos com-
monet, atque adeo commovet, ut in tuen-
do Synodaliū Episcopaliūque Conven-
tuum usu, tantum pietatis constantisque di-
ligentiæ ponamus, quantum sane voluntatis
& consilii ad prodendum posteris optimum
Institutum, sanctissimi illi Viri adhibuerunt.
Sacra præterea Oecumenica Tridentina Syno-
dus salutare illud Institutum salutariter ita re-
novavit, ut si minus bis, aut semel saltem
singulis annis, quemadmodum illi censue-
runt, at certe tertio quoque anno Provincia-
les Synodus & convocari, & celebrari decre-
verit. Id sane vero nos bene juvante Deo,

cum

Seff.
XXIV. de
Reform.
Cap. II.

Concilio semel, iterum, ac tertio executi sumus, et etiam, cur idem perpetuo præstemus. Multa, Patres, nostris superioribus Conciliis defuncta ad perfectam illam, quam magnopere expetere debemus, populi christiani disciplinam; alia item in eisdem decreta sunt, quæ progredi communitari oportet; alioquin operis a nobis ædificati jacta fundamenta brevi corruerent. Alia item ab hinc triennio suborta esse possunt corruptelarum Semina, quæ nostra calamitosa convellenda sunt, tum vitiorum spinæ atque nocercentes amputandæ. Hæc tria propositio, consilio, et quidem nobis esse debent; sed illud etiam profecto est, ad quod cum semper, tum maxime in hac quarta Provinciali Synodo omnes cogitationes, consilia, studia, conatusque nostris dirigi admodum cupimus, & a vobis totis in Christo visceribus expetimus, ut decreta jam sancitis, quæ adhuc executionis speram a nobis postulant, omnino exequen-

Atque, certam explicatamque rationem ineamus. Quare cum Tridentinas sanctiones, in tuendam superiorum Conciliorum Constitutiones, in conspectu, tamquam in speculo quodam habentes, diligenter videamus, quæ in executionis munere officia nostra prætermissa, quæ ita non præstita sint, ut debemus pro gloria Dei, proque populi nobis commissi salute.

Jam modo est, Patres, ut hoc ipso loco, tamquam in augustissimo theatro, spectemus illas muneris nostri partes, quas Clero, quas Populo, quas Ecclesiis fidei nostræ commissis religiosa solitudine dedemus. Hoc autem cum semper nobis ob-

oculos versari debet, tum certe illa in no-
stris, & Cleri, & Populi moribus sancte
conformandis deliberatio, quam salutaris
Conciliorum actio deposcit, perpetuo a no-
bis afferenda est; maximeque hoc ipso tem-

2. ad Cor. pore (tempore autem Jubilæi) acceptabili-
c. 6. v. 2. & hac die salutis, quam fecit Dominus.
Psalm. Jam populi cœlesti eo dono excitati, in

117. v. 24. officiis atque exercitationibus pietatis re-
ligiosius versantur, certatimque christianis
virtutibus operam dant; quinimo qui in
inveterata quadam peccandi consuetudine
obduruerant, suscepta aliqua vitæ emenda-
tione, animum pene in male agendo obfir-
matum ad christianarum virtutum studium
flexerunt. Ergo quid nobis, qui populo-
rum patres, qui medici, animarum salutem
prospicere debemus, in hac ardentissima
piaque omnium voluntate agendum erit?
An non in omnes Episcopalis officii partes
nos excitabimus? an diligentiam nostram
acuemus? an in spiritualis vitæ disciplina
in dies augenda invigilabimus? Certe qui-
dem. Hoc ipsum sane non modo postulare,
sed flagitare videtur expectatio populorum,
qui in fide curaque nostra conquiescen-
tes, ex nostris his Episcopalibus Conventi-
bus salutaribus adjumentum se consecuturos
esse sperant, & confidunt quidem certe.
Quid eorum preces, quid oratio, quid fre-
quentior concursus loquitur? Quæ mens?
qui sensus? quæ cogitatio illorum? Hic,
Patres sanctissimi, ante oculos ponite in-
gentem hujus Provinciæ hominum multitu-
dinem, suæ salutis studio flagrantem, no-
stris-

a in no-
 s sancti-
 salutari-
 o a no-
 pso tem-
 eptabili-
 Dominus.
 crati, in
 ratis re-
 ristianis
 qui in
 uetudine
 emenda-
 lo obfir-
 studium
 populo-
 m saluti-
 m erit?
 ii partes
 nostram
 disciplina
 erte qui-
 postulare,
 pulorum,
 quiescen-
 Conventi-
 ecururos
 m certe.
 quid fre-
 e mens?
 ? Hic,
 onite in-
 multitu-
 em, no-
 stris-

risque monitis vehementius excitatam,
 tum superioribus diebus, tum hoc potissi-
 mum tempore, quo in hac salutari Conci-
 lium rerum tractatione nos causa sua ver-
 samur, ubique & in urbibus, & in oppi-
 dis, & in ipsis vicis frequentissimam, pie-
 tatis exercitationibus deditam. Videte Sa-
 cerdotes pro nobis ad altaria supplices; vi-
 dete universum pene populum pie depre-
 cantem; videte virgines & viduas demisse
 ac religiose orantes; videte innumerabiles
 homines sacram Communionem sumentes,
 & alios profusis lachrymis, pio gemitu, ite-
 ratisque vocibus, Dei misericordiam, San-
 ctorumque patrocinia implorantes. Consi-
 derate animo hanc unam omnium obsecra-
 tionem atque orationem, summa tacitæ men-
 tis contentione ad coelos usque emissam.
 Quousque tandem, Pater cœlestis, partu-
 rimus? Cogitata optima concipimus, at fa-
 ctis non exprimimus. Tu Domine ad recte
 agendum nos vocas atque excitas, at lan-
 quescimus; præclare aliquando inchoamus,
 at non perficimus. Cœlestes illas coronas
 gloriamque sempiternam expetimus, at la-
 bores crucemque refugimus. Quo tandem
 tempore serio agemus? Quando vere ad-
 iuti, cursum vitæ recte tenebimus? Respi-
 ce Summe Pater, nos *oves pascuæ tuæ, non*
aurum, & argento, sed pretioso sanguine
Filii tui redemptas. Tu nos, tamquam *Psalm. 99.*
 pretiosum depositum, horum curæ fideique *v. 3.*
 commisisti; tu hos nobis duces, magistros, *1. Petr. c.*
 medicos, pastores, patres constituisti; ac *1. v. 18.*
 proinde illis, eorumque dictis audientes nos
 esse

esse iussisti; tu rursus illos, utpote *de animabus nostris rationem aliquando redditu-*

Ad Hebr. ros, pro nobis pervigilare voluisti. Da, *exemplum*
 c. 13. v. 17. quæsumus, illis, jam causa nostra in Con- *berali*
 cilio congressis, de salute nostra sollicitis, *Sacri*
 remque nostram agentibus, ut te unum *ciorum*
 spectent; non sua, sed quæ Jesu Christo *ternis*

Ad Philip. sunt, quærant, ac suæ & nostræ saluti ser-
 v. 2. v. 21. viant. Præfer lumen mentibus eorum, ac *bus,*
 dirige voluntates & ad salutaria consilia su- *deniq*
 scienda, & ad dandam nobis, plebi tuæ *præsta*
scientiam salutis, & ad dirigendos pedes no- *ram,*
stros in viam pacis. Sicque illi sancte agen- *quæ i*
 do, & nos eisdem obediendo, omnes ad *sane*
 coelestem Patriam, ad quam vocati sumus, *omnes*

Luce c. 1. stros in viam pacis. Sicque illi sancte agen- *pasce*
 v. 77. do, & nos eisdem obediendo, omnes ad *erga*
Ibid. v. 79. coelestem Patriam, ad quam vocati sumus, *quo n*

adjutrice tua gratia perveniamus. Hæc, *studiu*
 Patres, populi fidei nostræ commissi a Deo *Christi*
 supplices petunt, hæc eadem rursus nobis *sti glo*
 proponamus; hæc assidua paternaque soli- *gation*
 citudine meditemur, atque procuremus. Hæc *lumus*
 sunt animæ, quarum salutem Deus ut pro- *commi*
 curaret, non Angelum, non Archangelum, *solum.*
 sed unicum Filium Christum Jesum misit; *Id san*
 qui hinc in cœlum abiens, quam diligen- *deterri*
 tissime earum curam beato Petro commen- *satana*
 davit, his tertio repetitis verbis: *tituti*
Joannis, diligis me plus his? Pasce oves *divini*

Joan. c. meas. Qua verborum formula etiam unicui- *episcop*
 21. v. 17. que nostrum, qui in sollicitudinis partem *in Con*
 vocati sumus, optimam pascendi rationem *demus*
 præscripsit, & charitatem maxime mun- *purgen*
 ris nostri magistratam docuit, quam populis *isque*
 in curam nostram traditis, & frequenti ver- *introdu*
 bi Dei prædicatione, & salutari Sacramen- *que m*
 torum administratione, & vitæ sanctissimæ *gloria*

exemplis, & Episcopali eleemosynarum liberalitate, & sollicita oratione, & Missæ Sacri crebra oblatione, & divinorum officiorum cultu, & precibus assiduis, & paternis monitis, & Pastoralibus correctionibus, & Conciliaribus sanctionibus, & omnidenique officio, curaque perenni per nos præstari voluit. Videte igitur, Patres, curam, sollicitudinem, & vigilantiam nostram, quæ in gregem tanta adhibenda est, quantum sane maximam charitatem Christo deberi omnes profitemur. *Si diligis me*, inquit, *pasce voces meas*. Hoc sane illustrius veræ *Joann. c. 21. v. 17.* erga illum dilectionis testimonium datur, quo majus in omni gregis pascendi ratione studium, operaque collocatur. Certe si Christum, ut debemus, diligimus, si Christi gloriæ servimus, si Christi regni propagationem cupimus, si Christo gratificari volumus, id præstantissima erga gregem nobis commissum charitate, non verbis declarare solum, sed factis comprobare nos oportet. Id sane præstabimus, Patres si non laboribus deterriti, non difficultatibus labefactati, non satanæ adversarii colluctatione fracti, ab instituti operis cursu nunquam desistemus; sed divini amoris igne accensi, omni virtutum episcopali studio, eo cum semper, tum in Conciliaribus actionibus progredi contendemus, ut populum nobis commissum & purgemus, & illustremus, & perficiamus, hisque perpetuis progressionum laboribus introducamus in tabernacula coelestia; idque munere & gratia Christi Domini, cui gloria sempiternis ætatum sæculis, Amen.

S. Car. Inst. Past.

E e

ORA

O R A T I O

H A B I T A

IN CONCILIO PROVINCIALI V.

ANNO MDLXXIX. VII. MAII.

Jam ex Evangelio, quod modo audistis, Patres Reverendissimi, optime intelligitis, Apostolos a Christo Domino convocatos, & ad prædicationem regni cœlestis missos esse cum potestate sanandi morbos, depellendique dæmones. Sunt etiam vobis ex evangelica illa commemoratione perspectæ ejus apostolicæ legationis, apostolicæque officii leges, ore divinæ Sapientiæ præscriptæ, rursusque cognitum studium, quod summum in illis exequendis Apostoli magna cum omnium admiratione præstiterunt. Cum autem hoc ipso tempore Clerus populusque hic Mediolanensis, vos, qui Apostolorum successores estis, ex legibus Christi Domini Spiritu in Sacro Tridentino Concilio decretis convocatos, una mecum ad Concilium Provinciale quintum concelebrandum convenisse cernit: is modo illius apostolicæ convocationis & legationis, quæ evangelicis verbis commemorata est, quasi speciem quamdam ab oculos propositam intuetur. Christus enim Dominus cum videret eo tempore turbas, tamquam oves sine Pastore huc atque illuc vagantes, varieque disjectas, ac multiplici morborum genere affectas, earum statum pietatis visceribus miseratus, non satis habuit, se vicos, oppida, omniaque loca finitima & prædicando, & sanando præ-

ragraf-

LI V.

audistis,
intelligi-
convoca-
coelestis
morbos,
am vobis
e perspe-
postolici-
ntiae pra-
um, quod
oli magna
unt. Cum
opulusque
ostolorum
ti Domini
lio decre-
Concilium
um conve-
olice con-
vangelicis
em quam-
ir. Chri-
tempore
e huc at-
jectas, et
as, earum
, non sa-
niaque lo-
nando pe-
ragraf-

ragrafte ; sed in tanta hominum undique
confluentium multitudine, voluit etiam alios
evangelicae praedicationis, ac morborum cu-
rationis socios adhibere. Discipulos igitur
orare iussit, duodecim Apostolos convoca-
vit, eosdem misit ad illa munera exequenda.
Nunc itidem is, qui ab Ecclesiae suae cura
& custodia oculos numquam dejecit: *Erunt,*
inquit, *oculi mei ibi cunctis diebus,* cum e3. *Regum*
summo coelo, tamquam ex altissima specula, c. 9. v. 3.
Provinciam nostram Mediolanensem, praeter-
tim superiorum annorum pestilentia multis
partibus vexatam, misereque afflictam cer-
neret, non tam hominum interitu, quam
spiritualium rerum detrimentis atque damnis,
quae multa inde consecuta sunt, in tanta
jactura illam misericordiae oculis respexit,
ac nos Evangelii sui ministros excitavit, &
ad sanctas orationes precesque concelebran-
das, & ad procuranda Synodalibus Epi-
scopalibusque laboribus remedia. Adfuistis,
Patres sanctissimi, religiosae Orationi, quam
sine intermissione hoc sacro loco in conspe-
ctu sacrosancti Clavi Jesu Christi Domini ha-
buimus, ut Spiritus sancti lumen implorare-
mus, quo adjuti, Provinciae nostrae bene-
gerendae rationem iniremus, spiritualiaque
damna instauraremus. Ob eam ipsam causam
nullus vicus, nullum oppidum, nulla urbs
in Provincia est, quae ad preces, & ad Poe-
nitentiae sacraeque Eucharistiae Sacramentum,
& ad alia pietatis christianae studia atque
officia excitata non sit vehementer. Jam
vero, Patres, hodie eodem Domini Spiritu
duce convocati, hoc loco adsumus, ut &

eidem precationum officio, & aliis Synodalibus actionibus operam ministeriumque nostrum præstemus; sperandumque est, Christum Dominum tum preces nostras exauditorium (dixit enim, *si duo ex vobis consenserint, super terram, de omni re, quam-*

Matth. c. cumque petierint, fiet illis) tum etiam nobis
 18. v. 19. in salutari hac tractatione versantibus adfuturum. *Ubi, inquit, sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

Ibid. v. 20. Omnis porro hæc Concilii Provincialis actio formam illam, ut diximus, exhibet apostolicæ missionis & legationis, Dum enim nostras nostrarumque Ecclesiarum res inter nos mutua charitate conferimus, dum de castissimo divinorum officiorum cultu disquirimus, dum de Cleri populique disciplina investigamus, dum & nostrorum, & apostolicæ visitationis in primis decretorum executionem inspicimus, dum rerum multarum collapsam pene institutionem ob oculos ponimus, dum de instaurationis modo consultamus, dum constitutiones alias ad damna refarcienda recte accommodatas, Spiritu sancto auctore, conficere studemus: universa hæc via & ratio eo spectat, ut istis adjumentis, quæ a Deo existunt, mens nostra illustretur, charitas in nobis inflammetur, animarum zelus in cordibus nostris exardescat, animorum nostrorum Episcopalis illa vis & ardor magis atque magis incendatur, & quasi novus quidam spiritus in nobis, qui decretorum Provincialium virtute & auctoritate munimur, excitetur vehementius,

IET

s Syno-
riumque
est, Chri-
exaudi-
s consen-
, quam-
am nobis
ous adfu-
vel tres
m in me-
cili Pro-
diximus,
egationis,
Ecclesia-
e conferi-
m officio-
Cleri po-
dum &
nis in pri-
spicimus,
ene insti-
um de in-
dum con-
enda recte
auctore,
ec via &
tis, quæ
lustretur,
animarum
scat, ani-
la vis &
latur, &
obis, qui
& aucto-
ementius,
ad

ad improbos omnes spiritus depellendos, ad vitiorum pestem propulsandam, ad sanandas spirituales ægritudines, ad afferendum denique populis curæ nostræ commissis omnem curationem. O salutare Episcopatum Conciliorum labores! Adest vobis Christus Dominus, actionum vestrarum dux est Spiritus sanctus. Vos morum magistri, vos populorum moderatores, vos sanctarum legum auctores. Sapientia vestra christianæ disciplinæ ratio omnis instauratur, prudentia controversiæ sedantur, charitate dissidia tolluntur, studio eriguntur *manus dissolutæ*, virtute *genua debilia roborantur*, animisque vires adduntur. Quid *Isaia c.* multis? Hæc Conciliorum actio, nos ipsos, *35. v. 3.* qui Doctoris officio fungimur, qui Ecclesiæ medici sumus, docet, instruit, reficit, recreat, exsuscitat. Quam misera igitur superiora tempora, quibus tam diu intermissa sunt multis partibus, peneque antiquata Concilia Provincialia, & Synodi Diocelanae neglectæ! Quo factum est, ut multiplex malorum quasi silva extiterit; Basilicæ incultæ, ornamenta supellectilis ecclesiæ pene nulla, cæremoniarum ritus & usus vix cognitus, Divinorum Officiorum ratio pene perturbata, chori disciplina rescissa, functionum ecclesiasticarum munera contempta & spreta, stationes Sacerdotales Clericalesque desertæ, omnia demum disciplinæ officia abjecta, ac pene deposita; populi præterea institutio depravata, morum corruptellæ undique obortæ, festorum dierum veneratio multis peccatis violata, sacrorum lo-

corum cultus multis partibus læsus, Sacerdotalis ordinis dignitas pro nihilo habita, & cuncta denique ad eum statum deducta, ut lachrymis, luctu, commiserationeque digna essent. Vidimus nos, vidimus Provinciæ nostræ faciem deformatam, nec plane a collachrymabili illo Templi Jerosolymitani aspectu dissimilem; cum scilicet vastatis & dirutis ab Antiocho rebus omnibus, fortissimus Dux Judas Machabæus Templi illius cultum eversum, altare violatum, januas exultas, & omnia perculsa ac prostrata aspexit; scissisque vestimentis, capite cineribus asperso, suspiriis, gemitu, luctuosissimisque vocibus, incredibilem vim lachrymarum in tantis angustissimi Templi ruinis profudit. Gratias tibi agimus, optime Deus, cujus Divino munere Tridentinum Concilium miseris his temporibus celebratum est; unde præter alia, quæ reipublicæ christianæ adjumenta subministrata sunt, restitutus est tandem salutaris ille usus Synodi & Dicæsanæ, & Provincialis, cujus institutum auxiliante tua divina gratia ita suscepimus, ut hodierno die ex Tridentinæ sanctionis præscripto jam quinti Provincialis Concilii initium faciamus. Non est igitur, Patres, cur nostra hac concione Concilii Provincialis necessarium usum, dignitatem, fructus uberrimos explicemus. Vos ipsi intelligitis sacrosanctam Oecumenici illius Concilii auctoritatem, qua nobis jussum est Provinciale Concilium tertio saltem quoque anno convocari; vos ipsi optime meministis, per nos de vestro Consilio & assensu

jam

J. Machab.
c. 4. v. 38.
& seqq.

Sacer-
habita,
educta,
oneque
us Pro-
ec pla-
erofoly-
icet va-
nibus,
Templi
um, ja-
prostra-
capite
luctuo-
vim la-
pli rui-
optime
entium
bratum
æ chri-
, resti-
Synodi
s insti-
a fufce-
næ fan-
incialis
igitur,
Concilio
itatem,
os ipfi
i illius
um est
quoque
nemini-
affensu
jam

jam certam diem Concilii nostri Provincia-
lis præstitutam, perpetuamque illius indi-
ctionem deinceps decreto Provinciali esse
communitam.

Est vero, cur, unde digressi sumus, ad
evangelicam commemorationem redeamus;
quæ tota non solum hujus nostri Episcopa-
lis congressus conventusque rationem, sed
etiam munera & officia, quæ in eo præsta-
re, aut certe spectare debemus, significare,
& declarare videtur. Primum igitur videamus,
Patres, cur Christus Dominus, cum
singulos Apostolos ad apostolicæ legationis
munera instruere ac mittere posset, omnes
simul eam ob causam convocavit. Quæ ex
re perspicuum nobis fiet, quare jam ab ini-
tio fere nascentis Ecclesiæ institutum sit, Epi-
scopos Provinciæ ad Metropolitanum con-
venire, Provinciales leges sancire, sancitas
ab omnibus, qui ejusdem Provinciæ sunt,
suscipi ac servari. Una vero præter cete-
ras causa est, ut, qui in varias diversasque
mundi partes ad Evangelii propagationem
mittebantur, eorum omnium & una esset
doctrina, & unum apostolicum munus, &
una apostolicæ vitæ ratio. Quæ sane res
docet, ejusdem Provinciæ Episcopos, quam-
vis distinctis diversisque Diocælibus præsent,
eodem tamen unius Provinciæ quasi vinculo
devinctos, una etiam eademque disciplinæ
ecclesiasticæ ratione, eisdem præscriptis le-
gibus, ac morum regulis, fideles sibi com-
missos ad viam salutis dirigere debere. Id
sane ostendunt, atque adeo jubent sanctissi-
morum Patrum sanctiones, & Conciliorum

Canones, quibus hoc de genere præter alia illud cautum est, ut ecclesiasticis Institutis Metropolitanæ Ecclesiæ sese reliquæ Provinciales Dieceſes conforment. Ex hac porro conjunctione, concordique solitudine, & conjunctissimo studio maxima comoda, maximaque adjumenta proficiuntur, non solum ad faciliem Ecclesiæ commissæ gubernationem, sed etiam ad omnem populorum in via Domini progressionem. Hinc enim firmissimum uniuscujusque Instituti præsidium, hinc rituum ecclesiasticorum sanctarumque consuetudinum perennis conservatio, hinc disciplinæ omnis robur perpetuum, hinc rerum salutarium sanctissimum firmamentum, hinc prompta omnium paratissimaque ad obediendum voluntas, hinc præclara illa bene agendi, recteque exequendi contentio, & religiosa æmulatio. At vero, ubi contra res agitur, vix dici potest, quanta inde incommoda, quam multæ difficultates emanent. Vos conscii estis, Patres, quam vera sint, quæ narramus; sed aliqua ex parte ob oculos ea proponamus. Si quis vestrum est, qui in oratione frequens sit, cœlestium contemplationum studiosus, in Episcopali Ecclesiæ statione assiduus, Episcopalis item officiis, studiis, & laboribus totus addictus, abstinentiæ ac jejuniis deditus, hospitalis, pauperum, viduarum, pupillorum vere Pater & Pastor, piorumque locorum patronus, & sanctorum Institutorum sollicitus auctor; rursusque si alius ejusdem Provinciæ Episcopus hæc omnia vel remisse agit, vel negligit, vel, quod

ter alia institutis æ Pro. Ex hac licitudi-
na comm-
ficiscun-
commil-
nem po-
n. Hinc
Institu-
rum san-
confer-
perpe-
tissimum
m para-
, hinc
xequen-
At ve-
potest,
tæ diffi-
Patres,
d aliqua
Si quis
ens sit,
sus, in
s, Epi-
labori-
jejunio
duarum,
piorum.
Institu-
si alius
omnia
, quod
gra-

gravius est, contra facit vel ab alio Episco-
po diligenter acta minus commendat; certe
omnia inde incommoda accidunt, non sine
gravissimo detrimento.

Sed locus hic est, Patres, ut accenda-
mus non ipsos, si attentius rem ipsam specta-
emus. Ille, qui optimi Pastoris regulas
sibi proposuit, prædicationis munus ad Tri-
dentini Concilii præscriptum perpetuo exe-
quitur; iste, qui dignitatis Episcopalis am-
plitudinem, non labores; censum, non onus;
vitæ otium, non perpetuam illam sollicitu-
dinem multis curis implicitam in animo sibi
constituit, vel raro, vel fortasse numquam
verbi Dei pabulum populo ministrat. Ille
Synodum Diocesanam anniversariam de mo-
re celebrat; hic ne statas quidem Clerico-
rum & Sacerdotum Congregationes habet,
nedum Synodum convocat. Ille Visitationem
Diocesanam perenni studio obire contendit;
hic gregis sui vultum neque agnoscit, nec
vero, ut ab ovibus agnoscat, paterna id
charitate studet. Ille nihil non agit, nihil
non attingit, ut morum corruptelas eripiat,
ut vitia & peccata corrigat, atque emendet,
& quoscumque aberrantes ad viam salutis
revocet; hic populari opinione cum omnia
metiatur, hominibus placere vult, peccata
hominum dissimulat, sæpeque causam præ-
bet, quamobrem complures a via recta de-
flectant. At vigilantis Episcopi sollicitudo
in eo etiam versatur, ut Ecclesiarum cul-
tus splendeat, Basilicæ fartæ tectæ sint,
omni apparatu instructæ, omni ornatu &
pretioso opere illustres, in omnes partes

eluceant; divinorum officiorum pietas flo-
rescat, cæremoniarum ritus excolatur, cho-
ri instructio omnis non modo retineatur,
sed plane augeatur; Clerus ad sacras Do-
ctrinas erudiatur, in Clericalis vitæ officiis
contineatur, sanctissimis legibus, edictis,
institutionibus devinctus, non modo a fla-
gitiis alienus, sed ab omni suspitione inte-
ger purusque conservetur. Quam dissimi-
lis vero remissi negligentisque Pastoris, ac
sibi indulgentis ratio ac forma sit, vos ipsi
videtis. Nulla in ejus Clero fere discipli-
na, nulla populi institutio, nulla Ecclesia-
rum instauratio, omnia denique, quæ un-
dique præclara Episcopali cura splendescere
deberent, in situ & squalore prope ja-
cent. His tam diversis studiis, Patres,
tantum abest, ut, qui accenso studio ad
optima quæque ferebatur, ejus industria
& sollicitudo vehementius inflammetur, ut
aliquando pene restinguatur, sicque san-
cta illa æmulatio, quæ tantopere nobis Epi-
scopis expetenda est, & valet plurimum
ad omnem disciplinæ propagationem, nul-
la sit. Accedit etiam aliud incommodum,
idque maximum, quod perfecta hac dissi-
mili Pastorum cura, populi, Episcopi vigi-
lantis Diœcesi subjecti, in obediendo con-
tumaciores & difficiliore sunt, Pastori &
Patri suo detrahunt, ejus benefacta saepe
iniquius insectantur, monita non audiunt,
&, ut est hominum genus proclive ad ex-
cusandas excusationes in peccatis, aliterius
remissione & nimia indulgentia abutuntur
ad contumaciæ suæ & culpæ omnis patro-
cinium.

Psalms.

140. v. 4.

cinium. Tanta igitur damna ac detrimenta rei
 christianæ importari perspiciamus ex illo dis-
 simili spiritu, quem in Pastoribus unum,
 uno charitatis vinculo conjunctum, uno-
 que sollicitudinis studio incitatum Christus
 Dominus esse voluit. Ad hoc nos Episco-
 pos is instruit, cum Apostolis in unum
 convocatis, legationem prædicationis evan-
 gelicæ, & ægritudinum curationem hodie-
 ro Evangelio committit, & certas eis uni-
 versis regulas apostolici illius muneris præ-
 scribit. Quamobrem persuasum jam habea-
 mus, Reverendissimi Patres, non medio-
 crem utilitatem, hujus Provincialis Con-
 cilio quinti tractatione, nos Provinciæ no-
 stræ, Deo imprimis juvante, allaturos esse,
 si certam rationem, exploratamque viam,
 plane jam nunc tandem inierimus, ut con-
 junctissimis animis, concordissima volunta-
 te, pari studio, æquali zelo, tamquam
 uno Pastoralis Episcopalisque spiritu omnes
 in eam perpetuam curam incumbamus, ut
 præscriptas a nobis, & Clero, & populo,
 Provinciæque nostræ leges, Instituta, di-
 sciplinamque omnem exequamur. At tu
 Domine Deus Omnipotens, qui jussisti se-
 niores septuaginta de populo a Moyse con-
 vocari ad ostium tabernaculi fœderis, illis-
 que eodem loco commorantibus adesse,
 atque unum eundemque spiritum largiri
 dignatus es; quique Apostolis tuis in uno
 loco congregatis Spiritum sanctum tuum
 misisti, eorum mentes illuminasti, corda
 usque adeo accendisti, ut incredibili ardo-
 re inflammati, cum se divinæ prædicationis
 legamur.

Num. c. xi.

v. 16. &

17.

Act. Ap.

c. 2. v. 1.

& seqq.

legatos agnoscerent, uno ardentissimo studio, iisdem apostolicæ disciplinæ Institutionibus, toto terrarum orbe illa legatione tam admirabiliter perfuncti sunt: nobis hodie nomine tuo in unum convocatis adesto, quæsumus; mentes nostras divini tui luminis splendore illustratas, bonitate fove, sapientia rege, moderare, atque effice, ut nos uno consilio, iisdem vigilantia officii, iisdem monitis, iisdem exemplis, legationis nostræ etiam munera atque officia exequamur, ut tandem nos, & fideles Provinciæ nostræ unum in te effecti, sempiterna illa gloria in te uno Deo perfruamur. Amen.



O R A T I O
H A B I T A
IN CONCILIO PROVINCIALI VI.
ANNO MDLXXXII. X. MAII.

DIVINÆ erga nos misericordiæ munere, singularique dono jam Concilium Provinciale sextum, Patres sanctissimi, concелеbramus. Hæc ipsa Concilii Provincialis vox, nobis, qui ob eam causam, duce Spiritu sancto, hic adsumus, rem magnam, gravem, in omnes partes maxime utilem, salutarem Provinciæ rationibus, atque adeo omnis ecclesiasticæ disciplinæ usui institutionique necessariam significat, & plane ostendit.

Hæc

imo flu-
Instituta
tam ad
hodie no-
to, qua-
i luminis
, sapien-
, ut nos
officiis,
, legatio-
ficia exe-
eles Pro-
, sempi-
rfruarur.



ALI VI
r.

munere,
lium Pro-
mi, con-
Provincia-
am, duce
magnum,
e utilem,
que adeo
instaura-
& plane

Hæc

Hæc quidem actio Provincialis, ab apo-
stolicis usque temporibus divinitus institu-
ta, & diuturna Ecclesiæ consuetudine in
omnes terrarum partes derivata, sanctioni-
bus Pontificiis corroborata, Oecumenicis
Conciliis communita, olim florentissima fuit.
Quo factum est, ut ea jam pridem in omni
Provincia fructus tulerit & uberrimos,
& maximos. At vero ubi intermissa, vel
neglecta fuit, quanta & quam gravia damna
inde importata sint rei universæ christianæ,
non est cur pluribus explicemus; res ipsa
loquitur. Iis autem derimentis sacra Tri-
dentina Synodus ut tandem occurreret, sa-
lutare Conciliorum Provincialium Institutum
renovavit; quod nos ex illius præscripto
cum sæpenumero, operante Domino, adhi-
buerimus, aliquos illius fructus experiun-
do cognovimus. Et vero quorsum sane re-
fertur omnis Provincialium Episcoporum
conventus? An non ad res, quæ non mo-
do sunt utiles, sed quæ longe omnium gra-
vissimæ? Agitur in eo gloria Dei, agitur
salus animarum, agitur institutio Cleri, agi-
tur disciplina populi, agitur denique spiri-
tualium ægritudinum curatio, nobis, qui in
Apostolorum locum successimus, commissa,
at ex Evangelio jam modo audivimus.

Est porro curatio hæc multiplex, & la-
te præterea patet; magnum sane negotium
ac grave, in unius tantum animæ (pro cu-
jus salute Christus Dominus sanguinem pro-
fudit) curam incumbere; multo gravius,
plurimos varie languentes sanare; longe gra-
vissimum, Provinciæ universæ amplissimæ &

ægro-

ægotanti, medicamenta opportuna apponere; sed infinitis partibus difficillimum est, morbis, qui unius Episcopi studio vix, aut ne vix quidem aliquando curari possunt (cum pene insanabiles sint) remedia adhibere; quæ cura maxime ad Provincialium Episcoporum Conventum, tamquam ad aliquod sapientum Medicorum Collegium, pertinet.

Ad Hebr. c. 5. v. 1. & 2. At cum *omnis Pontifex ex hominibus assumptus, & ipse circumdatus sit infirmitate, ægritudinum quoque nostrarum Episcoporum curatio, cujus magna ex parte in Synodis Provincialibus ratio habenda est, explicari non omnino potest, quam gravis, quam salutaris item.*

Sed est, cur jam hoc initio orationis nostræ paucis rem complectamur. In Conventu Episcopali propositum est nobis studium curationis & nostræ, & nostri gregis. Cum igitur Concilii hujus Provincialis sexui causa hoc sacro loco sumus, vocem illam apostolicam, & divinam, non modo omnes muneris nostri partes significantem, sed nos magnopere monentem audiamus: *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.*

Act. Apost. c. 20. v. 28.

Quare & unam, & alteram item curationem pro officii nostri munere præstemus. Res duæ sunt, quæ nobis in solemni hac actione proponuntur: una, Provinciæ ægotantis status; altera, diligentissima disquisitio salutarium medicamentorum. Atque de his quidem rebus duabus in præsentia aliquid, & brevi sane dicemus.

appone-
 num est,
 vix, aut
 unt (cum
 dhibere;
 a Episco-
 aliquod
 pertinet.
 us assum-
 ate, ægri-
 copalium
 Synodis
 explicari
 s, quam
 orationis
 In Con-
 obis stu-
 ri gregis.
 alis sexti
 em illam
 do omnes
 , sed nos
 Attendite
 vos Spiri-
 Ecclesiam
 .
 em cura-
 æstemus.
 emni hac
 iæ ægro-
 disquisi-
 Atque de
 senti ali-

Primum igitur, Patres Reverendissi-
 mi, spectate, quæso, una mecum Provin-
 ciam universam, quasi publicam hospitalem
 quamdam domum amplam, in qua multitu-
 do ingens sit hominum graviter periculose-
 que ægrotantium. Proponamus hic nobis
 ob oculos tam infinitos homines ægre af-
 fectos, quos Christus Dominus ab Aposto-
 lis sanari iussit; at eos in Provincia frequen-
 tissimos conspiciemus; cum præsertim his
 temporibus tanta malorum lues in morta-
 lium viscera sese infuderit. En hydropi la-
 borantes, en feбри & phrenesi æstuentes,
 en dæmonum impetu agitati, en lepra tœ-
 da affecti, en paralytici, & permulti clau-
 di, en alii aridi, debilesque, en gibbosi
 plurimi, en muti complures, en lippien-
 tum genus, en & cæcorum, & surdorum
 quam infinitus numerus, quam multos alios
 lethargiæ morbus occupavit! O commiseran-
 tum & languentium spectaculum! An hic,
 Patres, *dolor noster super dolorem? An in Jerem. c.*
nobis cor nostrum mærens? Quæ (malum) 8. v. 18.
 ista hydropisis, quasi intus in omnium Pro-
 vinciae partium cute inhærescens? Superbiæ
 vitio quam multi turgescunt? Quanta inde
 morborum pestis? quam profusus vestium
 luxus? quam novus & inauditus pomparum
 apparatus? quam varius barbarico opere or-
 natus? quam innumerabilis servorum grex?
 quam effusa denique omnium rerum proflu-
 vies, quæ tamquam morbus intercus in
 omnem Provinciæ partem sese longe lateque
 diffudit! At vero quam late patet alia hyp-
 dropisis, inexhausta illa pecuniæ fitis, &
 idolo-

Ad Ephes. idolorum servitus avaritia, & illa morborum
c. 5. v. 5. omnium radix cupiditas! Ex hoc morbo
I. ad Ti- nefaria quæque existunt. Hinc fœnerationu
moth. c. 6. contractus, hinc mendacia, perjurique com
v. 10. meritiis contrahendis, hinc falsa quæque,

hinc adulterinæ & corruptæ merces, hinc
 doli, fallaciæ, fraudes, & subdola quæque
 artificia; hinc alienorum bonorum quasi au-
 cupia, hinc Judiciorum iniquitas, judicium
 corruptelæ, pupillorum oppressiones, vidua-
 rum desolatio, & injuriâ denique omnis.
 Quam perniciosa sitis, quam effrenata isto-
 rum cupiditas, qui nullos sibi fines concu-
 piscendi præscribunt, usque adeo ut alios
 possessionibus suis, etiam sæpe per injuriam,
 pellere manibus pedibusque enixe operam
 dent! Horreant isti judicia Dei Omnipoten-
 tis, voce Isaïæ conquerentis & comminanti-

Isaïæ c. 5. tis: Væ vobis, inquit, qui conjungitis do-
v. 8. & 9. mum ad domum, & agrum agro copulatis
usque ad terminum loci. Num habitatis vos
soli in medio terræ? In auribus meis sunt
hæc, dicit Dominus exercituum; nisi domus
desertæ fuerint multæ grandes, & pulchræ,
absque habitatore. Horribilis certe est hæc
Dei comminatio. At istorum quam ardens,
Patres, quam effusa cupiditas! En rursus
circumfusa undique alia hominum multitu-
do, febri multiplici & gravi ardore æstuan-
tium. Juvenes, quibus cupiditatum flammis,
quasi summis febrium caloribus, & concu-
puscentiæ igni non exardescunt? delicias

II. Petri c. 2. v. 14. affluunt, oculos habent plenos adulterii, &
Joh. c. 15. flagranti isto ardore concitati, bibunt quæ
v. 16. aquam iniquitatem omnem; nihilque non

agunt,

agunt, nihil non attingunt, nihilque non
 elaborant, ut male agant; imo male agendo
 gloriantur, & quæ malefacta non patrarint,
 illa ipsa, quasi a se commissa, insolenter ubi-
 que jactitant; usque adeo turpiter agere, sibi
 gloriosum opinantur. Atque præ isto ardo-
 re, furoreque, eo etiam præcipientes feruntur,
 ut cum ne sacrorum quidem locorum rationem
 aliquando habeant, tum vero sanctum Ma-
 trimonium, sicut gentes, quæ ignorant Deum,
 ineunt atque suscipiunt, suæque libidini ita
 vacant, *sicut equus, & mulus, quibus non*
est intellectus. O rem commiseratione di- *Psal. 31.*
 guam! Febrilis hic furor non modo juvenes *v. 9.*
 & adolescentes, sed pueros & pene infantes
 his temporibus aliquo modo invasit. Quam
 isti petulantes, quam contumaces, quam ef-
 frenati, quam projecta audacia præcipientes,
 quam turbulenti & domi, & foris, quam im-
 pudenti licentia ad nefaria quæque concita-
 ti! Nolumus plura præ dolore. Sunt pleri-
 que alii, qui tamquam fanatici homines,
 ethnico more, & joculari quadam licentia
 satanæ astu introducta, larvis induti furiantur
 & bacchantur, choreas ducunt, tripudia
 agunt, spectacula profana edunt, atque in
 aliis istiusmodi actionibus usque adeo insa-
 niunt, ut in tanta peccatorum, quæ inde exi-
 stunt, colluvione, ne culpam quidem agno-
 scant. Alii porro non tam phrenesis furore,
 quam dæmonis æstu agitati, eo præcipientes
 ruunt, ut non modo medicamenta aspernen-
 tur, sed medicos & curatores salutis suæ in-
 sanabili quodam odio insectentur; & verò
 (quod destabile nefandumque facinus est)
 S. Car. Instr. Past. F f vio.

violentas manus eorum parentibus, Sacerdotibus, quos venerari & colere totis in Christo visceribus debent, afferant, & injiciant; eosque aliquando truculenter, impie, scelerateque contrucident. At lepra quam plurimi laborant! Isti & malefactis, & flagitiorum impuritate, & vitiorum exemplis, Provinciam foedissime inficiunt. At vos, Patres, quos huic Provinciæ speculatores Dominus dedit, recte cernitis, quam exitiosa sit istorum perditissimorum hominum contagio, & quam in omnes partes diffusa. Paralyticorum præterea numerus magnus est, qui præ quadam virtutum torpedine, tamquam in molliæ carnis jacentes, ne desideria quidem recte agendi concipiunt, nedum sanctarum actionum officia exequuntur. Sed en claudii. Isti optime vident, quam valde in christianarum virtutum disciplina progrediendum sit; non longe tamen, uti oportet, progrediuntur; imo a recta via, quam semel ingressi sunt, ad vitiorum diverticula profluunt. Alii aridi sunt, qui, manu cum debiles sint, in operibus charitatis defunt, nomineque tantum christiano gaudent. At gibbosi quam plurimi, qui ad terram proni, humi repositi, non coelestia, sed terrena tantum spectant; & tamquam filii terræ, animo demisso, ut pecudes ad pascuum, ad crapulas & comestiones abjecti, gulæ, ventri & gæneis dediti, plane statuerunt oculos declinare in terram: horum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Usquequo gravi corde? Ista hominum lues Provinciam nostram late inquinat. Est etiam infi-

Psal. 16.

v. 11.

Ad Philipp. c. 3.

v. 19.

Psal. 4.

v. 3.

Sacerdos infinitus numerus mutorum. Sunt, qui in di-
 in Christi-
 nificiant; inis laudibus muti; at in maledictis, blas-
 e, scele- phemiis, diris, imprecationibus, convitiis,
 am pluri- detractionibus, contumeliis lingua celeri &
 flagitio- exercitata sunt. O detestabilem hominum
 lis, Pro- pestem! Copulandis dissidentium voluntati-
 , Patres, bus silentio utuntur; sed lingua, tamquam
 Dominus, editionum flabello abutuntur ad discordias
 a sit isto- disseminandas. Certe *lingua eorum ignis, Jacob. c.*
 agio, & *universitas iniquitatis, & sepulchrum patens 4. v. 6.*
 yticorum *est guttur eorum; quorum os maledictione, Psalm. 13.*
 præ qua- *& amaritudine plenum est.* Sed quousque ista *v. 3-*
 in molli- hominum lues processit? *Attendi,* inquit
 idem re- Dominus, *& auscultavi: nemo, quod bonum*
 sanctarum *est, loquitur.* Lippos alios scitis, imo & cæ- *Jerem. c.*
 en claudi- cos quam plurimos. En spectaculum tene- *8. v. 6.*
 e in chri- bricosum & horribile! Est quædam hujus sæ-
 diendum culi cæcitas, qua, ut tetra nocte, circumfusi
 , progre- homines, oculis fidei cum & sempiternam
 semel in- illam cœlestem gloriam, & perpetuos infer-
 rofluunt, ni cruciatus, & mortem, & horribilia Dei ju-
 biles sint, dicia proposita habeant, *nolunt* tamen vide-
 omineque re, *ut bene agant.* Permuli item rerum di- *Psalm. 35.*
 possi quam ninarum, atque adeo rudimentorum fidei *v. 4.*
 ni repen- gnari, veri cæci sunt, qui plane abjecta
 tum spe- suæ salutis cura, viam cum ignorent, quæ
 io demil- lucit ad vitam; illa imperita cæcitate prola-
 upulas & untur ad sempiternum interitum. Verum
 tri & ga- derique alii cæci sunt, qui rerum futurarum,
 declinare quæ sempiternæ sunt, nihil prospiciunt; res
 & gloria- tem præsentis, quæ caducæ, quæ fluxæ,
 sapiunt, quæ vix ad punctum temporis permanent,
 um lues cæca quadam aviditate rapiunt. Ecquæ tan-
 Est etiam tem est ista hominum cæcitas, qui res pro-
 infi- creatas Creatori, res viles & abjectas sum-

mo Deo præferunt? At surdi quam infinitam
 quam miseranda eorum conditio! Isti in ma-
 le agendo sunt pertinaci animo, voluntate
 que obfirmata; Dei vocibus obsurdescunt,
 pietate non molliuntur, minis non cedunt,
 precibus non commoventur; mentis sensus
 hebescentes, pericula salutis non timent;
 homines non metuunt, &, quod gravissi-
 mum est, Deum non verentur. Jam cernitis
 Patres Reverendissimi, aliquam Provinciam
 partem ægrotam; aliam vero, quæ ad Cleri-
 cales ægritudines pertinet, vos etiam opti-
 me perspicere potestis. Jam pridem Clericalis
 ordini remedia apposuvimus, quæ pro tem-
 porum ratione opportuna indicavimus; sed
 alii morbi sunt, quibus jam Clericalis disci-
 plina languescit. Vitæ honestati, & morum
 castitati consulimus, ejusque generis vi-
 tiosas aliquas partes sanavimus. Ecce alia
 labes, quæ valde illius ordinis dignitatem
 inficit. In eo inhærescit avaritia; quam ob
 causam (ut alia silentio præteream, quæ Pa-
 storalis animi nostri sensum excruciant) de-
 serta sæpe statione, in fori sollicitudinibus
 illius ordinis homines excubias agunt, lites
 appetunt, lites intendunt, & frequentes ple-
 rique in judiciis sunt. Clericis studia præ-
 scripsimus: alii negligunt, alii Clericalium
 studiorum fines transiliunt, alii studiorum
 prætextu ab Ecclesia absunt, a functionibus
 ecclesiasticis sese abducunt, & a Clericali dis-
 ciplina refugiunt; alii scientia inflati præ se
 alios etiam seniores, quos vereri debent,
 superbe contemnunt; Beneficia ecclesiastica
 tenuia contumaciter respuunt, ampla præpo-
 nunt.

tere ambiunt. Quam alii Clericales morbi, Patres, quam alia vulnera recruderunt, qui-
us potius medeamur, oportet, quam enu-
merando refricemus!

Nihil vero attinet, cur hoc ipso loco ægri-
tudines nostras enarremus; non enim dubi-
tamus, quin vos, quos Dominus constituit
sanare infirmos, pro conscientia vestrae reli-
gione, non modo diligenter etiam atque
etiam ipsi spirituales nostros omnium morbos
videritis, sed medicamenta exquisieritis, qui-
bus apposite curentur. Verum etiam, quo
rectius omnia nobiscum iterum atque iterum
reputemus, illud unum nobis omnibus per-
suasum esse volumus ad ordinis nostri digni-
tatem, & auctoritatem muneris non satis esse,
si certis quibusdam virtutibus, quibus cæte-
ri homines præditi esse solent, nos exculti
sumus; sed harum ipsarum virtutum orna-
mentis nos longe excellere oportet. In
gradu enim episcopali collocati sumus, qui
ut aurum ceteris metallis præstat, si aliis
vel amplissimis dignitatibus cum præcellen-
tior sit, tanto perfectioribus virtutibus
usque adeo prælucere debet, ut inde
ad alios splendor singularis dimanet. Vi-
tæ innocentia, morum integritas, reli-
gionis pietas, justitiæ cultus, & aliæ ejus
generis virtutes, sunt quidem nobis commu-
nes cum reliquis; sed cum multo præstan-
tiores eæ ipsæ in nobis singularis vitæ offi-
ciis splendescere debent; tum vero aliæ sunt,
quæ propriæ præcipuæque Episcoporum sunt,
& cum præstantissima Dei charitate & arden-
ti ejus zelo in primis conjunctæ; quibus

2. ad Cor. virtutibus exhibeamus nosmetipsos sicut Do-
 c. 6. v. 4. ministros; iisdemque nos existimet homo, ut
 I. ad Cor. ministros Christi, & dispensatores mysterio-
 rum Dei. Si igitur Episcopali perfectione
 nostras actiones & officia metimur, certe di-
 ligentius aliquas etiam ægritudines nostras
 speculabimus.

Quamobrem cum omnes Provinciæ par-
 tes, sive populum, sive Clerum, sive nos etiam
 spectemus; si diligentiori speculatione, quam
 nos dicendo commonstravimus, intuebimur,
 qualem eam aspiciemus? ægrotantem scili-
 cet, & multis adhuc morbi offensionibus per-
 cussam, ut reliqua cura opus sit, non me-
 dioeri, sed magna. Proh dolor! quid hoc
 Jerem. c. cine est? Numquid resina non est in Galaad?
 c. 8. v. 22. Numquid nulla medicinæ ratio in Provincia,
 & in Provincia amplissima? Numquid me-
 dicus non ibi? numquid tot, & tam sapien-
 tes Episcopi, optimi animarum curatores, &
 præcellentes animarum medici? Quare igitur
 Ibidem. non est obducta cicatrix filiae populi mei?
 Ibidem. quam ob causam Provincia sanata non est?
 Transiit messis, finita est æstas, & nos salvati
 Cap. 8. non sumus, inquit mœrens & deplorans Je-
 v. 20. remias. Jam diu abiit tempus, quo sacra
 Tridentina Synodus salutes sanandis mor-
 bis leges tulit; jam pridem etiam tam sæpe-
 numero nos, tamquam medici, qui collegia-
 tim de curandis corporibus consultationem
 ineunt, huc ad Concilium convenimus: at
 Provincia nobis in curam tradita nondum
 salutariter curata est, imo adhuc pene attrita,
 pene percussa jacet. Super contritione filii
 populi mei contritus sum, & contristatus,
 stupor,

Supor obtinuit me. Exagitate una mecum, Jerem. c.
quæso, Patres, dolorem vestrum, intime- 8. v. 21.
que accensi, afferte remedia & opportuna, &
salutaria, quæ Provinciæ ægrotæ adhibea-
mus: Tempus est medelæ, inquit Propheta. Ibid. v. 15.
 Vos statum Provinciæ ægrotantis videris:
 tempus medendi est, tempus Concilii. Non
 est igitur, cur a proposito illis, quæ vulgo
 disseminari solent, vocibus dimoveamur:
 Quorsum tot Synodalia remedia? quousque
 tandem tam multæ medicamentorum Syno-
 dalium leges? Næ istæ plane vulgares voces
 sunt, & dignæ plane, quibus nos Episcopi
 constantissimo mentis Episcopalis studio ob-
 surdescamus. Aliud enim nos Spiritus san-
 cti doctrina docet, aliud Apostolorum insti-
 tituta movent, aliud Patrum exempla de-
 clarant, aliud Canonum leges jubent, aliud
 vetus Ecclesiæ usus, in omnes partes utilis
 postulat, aliud Tridentinæ sanctiones nuper
 instituunt, aliud nos in hac Provincia jam
 diu ad consuetudinem revocavimus. Quid?
 aliter muneris nostri Episcopalis religio depo-
 scit. Quam inanes & pene nefariæ! eamque
 ob causam summa animi nostri Episcopalis
 consensione, una conspiratione, uno spiritu
 explodantur illæ voces hominum, qui popu-
 lum nostrum *decipiunt, dicentes pax, & non Ezech. c.*
est pax. Quam imperite hoc jaciunt! quam 13. v. 10.
 iniquo etiam animo sunt isti, qui curant con-
 tributionem filiarum populi mei cum ignominia, di-
 centes: *pax, pax: & non est pax? An, Jerem. c.*
 ubi malorum lues, pacis concordia, & bo- 6. v. 14.
 norum status? an, ubi variæ morborum spe-
 cies, recta valetudo? an, ubi adhuc morum
 super,

corruptelæ, disciplinæ christianæ perfectio?

Attendite, quæso, qui isti homines sunt, cum talia dictitent: *Liniunt parietem luto absque paleis, absque temperatura, & vident visionem*

Ezechæ c. 13. v. 11. *pacis, & non est pax.* Cernunt isti in superioribus nostris Conciliis umbram quamdam

& 10. disciplinæ, qua populum informare studui-

Ibid. v. 16. mus; at ejus imago nondum omnibus partibus absoluta; imo cum imperfecta est, tum

neque undique etiam communita; eamque

ob causam verendum nobis est, ne illa tam-

quam paries male materiatus, luto tantum

absque paleis illitus corruat. Longe absint a

nobis voces istorum, *qui consuunt pulvillos*

sub omni cubito manus, & faciunt cervicalis

sub capite universæ ætatis ad capiendas ani-

Ibid. v. 18. *mas.* Næ isti his adulationum vocibus, vo-

cumque blanditiis cum nos fallere student,

tum istis etiam illecebris populos nostros de-

cipiant: *Dicunt enim malum bonum, & bo-*

Isaïæ c. 5. v. 20. *num malum.* O popule meus, quis poterit

omnia mala, quæ te undique premunt, enu-

merando percensere? Audent tamen isti a

salutis via te adulationibus longius abduce-

re. *Popule meus, qui te in tanta malorum*

Ibid. c. 3. v. 12. *colluvione beatum dicunt, ipsi te decipiunt,*

& viam gressuum tuorum dissipant.

Proposui jam vobis ante oculos, Pa-

tres, quamdam pene necessitatem sanandæ

Provinciæ. Disquiramus igitur, oportet, in

hoc ipso Concilio sexto salutare curationes,

salutaria medicamenta, & præsentia remedia.

Quo in officio disquisitionis, Evangelium,

quod nuper audivimus, nos valde instituit,

cum curationis munus Apostolis Christus Do-

minus

minus commisit his verbis: *Nihil tuleritis in* Lucæ c. 9.
via, neque virgam, neque peram, neque pa- v. 3.
nem, neque pecuniam, neque duas tunicas ha-
beatis. Quorsum hæ leges? quid ostendunt,
 quid loquuntur, quid præscribant? rerum
 certe humanarum despicientiam, terrenarum
 curarum abjectionem, vitæ hujus contem-
 ptum, animi abalienationem ab iis, quæ no-
 stra sunt, & illam a nostris, quos cognatio-
 nis vinculo natura conjunxit, quamdam quali
 sejunctionem, atque alias istiusmodi virtu-
 tes, quæ in Apostolis eluxerunt; atque iis
 quidem hoc etiam unum adjungendum est,
 quod in curatione spirituali plurimum valet,
 ut ne mundi prudentiæ, neque nostræ innita-
 mur. *Prudentia carnis mors est, prudentia*
mundi cæca & fallax; at prudentia spiritus, *Ad Ro-*
vita, & pax. Quæ Christi sunt, Christi spiritu *man. c. 8.*
 agamus; ab illo pendeamus; non vulgi judi- *v. 6.*
 cio, non populari plausu, non privatis ratio-
 nibus curæ nostræ partes commetiamur. Hoc
 sane est, Apostolos, quos misit Deus infir-
 mos sanare, salutariter imitari; hoc plane
 Evangelii leges servare; hoc ipsum gerere,
 est salutare curationes adhibere. Illis virtu-
 tibus communiti, voluntatem etiam instau-
 randæ Provinciæ ardore quodam inflamma-
 tam & paratam adhibeamus: *Paravit cor*
suum, ut investigaret legem, sacris Literis pro- i. *Esdræ*
ditum est; alio loco: Elegit Sacerdotes sine c. 7. v. 10.
macula, habentes voluntatem in lege; eo ani- i. *Machab.*
mo, cordisque desiderio ad Provinciæ cura- c. 4. v. 42.
 tionem accensi, imitemur duos gravissimos
 Viros Josuam, & Esdram. Hic instaurandæ
 disciplinæ studio exardescens, librum legis,
 quem

quem manu sumpfit, aliquot diebus distincte
 2. *Esdra* legit, quater diu, & totidem noctu, popu-
 3. 9. v. 3. lumque ad illius executionem mirabiliter ex-
 citavit. Josuas itidem, quo posset accura-
 tius omnia Legis instituta vitæ suæ moribus
 exprimere, librum Legis perpetuo manu
 habere, & singula expendere jubetur: *Non*
recedat, inquit Deus, *volumen Legis hujus*.
 Et quoniam lectionis studium parum utile est,
 nisi animi commendatio accedat, ea verba
 junguntur: *Et mediteris in eo diebus, &*
noctibus; nempe tanta assiduitate, quæ omnem
 prorsus negligentiam excludat. Cum autem
 hæc ipsa animi voluntas, & meditationis stu-
 dium parum quoque possit, nisi quæ legibus
 instituta sunt, ad executionis usum inducan-
 tur, sequuntur illa verba: *Ut custodias, &*
 1. *Josue c. i. facias omnia*. Hoc præclaro exemplo nos
 v. 8. optimo jure eam rationem nobis ineundam
 censemus, ut Decretorum, quæ superioribus
 primis Conciliis confecimus, libros, in hac
 sexti Provincialis Concilii actione nunquam
 de manibus deponamus; ad quorum præscri-
 ptum ordinem (id quod in omni Synodo mo-
 ris olim fuit) officii nostri partes diligentis-
 sime perscrutemur; quas executi sumus, quæ-
 cumque illæ sint, vel de nobis ipsis, vel de
 Clero, vel de populo, vel de Ecclesiis, vel
 alia quavis de re constitutæ. Hic recrudescit
 vulnus doloris nostri, hic morbus gravis le-
 thargia laborantium, hic desidia pene omni-
 um, hic dormitatione quadam hebescimus,
 & tabescimus; hic nos etiam Pastores, &
 medici congelascimus, hic nos, qui alios e
 somno excitare debemus, sopore quodam
 torpe-

torpe-
 fecim
 corru
 eorum
 ca ex
 intro
 data
 quasi
 publi
 popu
 rogat
 chant
 licent
 modu
 morb
 omne
 omne
 A
 que
 diffic
 Nec
 tas il
 gusti
 nostr
 rimus
 grave
 profi
 ris ne
 illius
 mur.
 muta
 aquis
 labor
 in cu
 fortit

distincte torpescimus. Ubinam Decretorum, quæ confecimus, cumulatæ executio? ubi morum corruptelæ ereptæ? ubi peccatorum publicorum semina convulsa? ubi vitiorum publica exempla sublata? ubi disciplina publica introducta? ubi juvenum petulantia emendata? ubi tabernis meritoriis, & malorum quasi officinis finis præscriptus? ubi ludis publicis, ac lenociniis remedia adhibita? ubi popularis concursus ad spectacula publice abrogatus? ubi antiquata spectacula? ubi bacchantium christianorum hominum foeda illa licentia repressa? ubi peccatorum colluvioni modus præfinitus? Quid multis? Lethargiæ morbus ubique in Provincia est, lethargia omnes languescimus, rebusque exequendis omnes dormitamus.

At dicet quis, hujusce executionis atque adeo curationis opus multis partibus difficile est. Fatemur omnes & agnoscimus. Nec vero est, cur hoc loco difficultates, multas illas quidem ac summas, summisque angustis implicitas proponamus, in quas curæ nostræ munus incurrit. At nos contra quærimus, num viribus nostris, an ope Dei, tam grave onus sustineamus? si viribus nostris; profitemur plane, impar omnino esse humeris nostris; si Dei ope nitimur; non est, cur illius magnitudine frangamur, ac debilemur. *Qui sperant in Domino, inquit Isaias, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.* At qui ad omnem in curanda Provincia dimicationem vocamur, fortitudinem Episcopalem induamus, & con-

for-

fortati manu Dei excelsi, ministerium nostrum impleamus. Quam præclare Timotheum discipulum & Episcopum Paulus Apostolus ad omnem Episcopalem constantiam instituit his verbis: *Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacer- vabunt sibi magistros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum avertent, ad fa-*

2. ad Ti- bulas autem convertentur. Quid hic Apo-
 moth. c. 4. lus Episcopo jubet? An ut taceat? an ut
 v. 3. & 4. dissimulet? an ut ne resistat? an ut ab Epi-

scopali contentione desistat? an ut ab opere suscepto cesset? an ut dormitet? Imo in omnes partes eum etiam atque etiam exci- tat. *Tu vero, inquit, vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple.* An vero fortasse accuratione

Ibid. v. 5. nostra deterremur, quia hoc nostro frequen- ti Provinciæ sanandæ studio exulcerantur ani- mi quorundam passim dictitantium: Non fe- runt hæc tempora veterum Canonum, & an- tiquæ disciplinæ medicamenta? Imo vero ardentius progrediamur; quoniam hæc una medicina præstantissima est, maximeque op- portunum id remedium, ut quibus olim ra- tionibus disciplina christiana fata & propa- gata fuit, iisdem ipsis & instauretur, & con- fervetur.

Jam vero demum, Patres sanctissimi, vos optime nostis, quam præstanti erga Deum charitate nos accensi, quam coelestibus pene virtutibus nos instructi, quam inflammato voluntatis desiderio nos flagrantés, quam constanti Episcopali fortitudine nos muniti ad Provinciam varie languescentem non

nostrum modo accedamus, sed ita progrediamur, oportet, ut aditum omnem nobis aperiamus, cum ad ea, quæ decreta sunt, accurate præstanda, tum ad illa, si quæ defuncta sunt, quam rectissime supplenda. Sed instat, urget, & magnopere nos etiam impellit grave periculum animarum nostrarum. Hujus Provinciæ salus nobis commissa est. Si culpa nostra aliquis morbo languescens perit, vae nobis! *Vos estis Presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, Judith.* inquit Spiritus sanctus. Quæ nos spon- *c. 8. v. 21.* derimus, & quam sancte, & quam religiose sponponderimus pro grege nobis commisso, pro ejus curatione, pro ejus salute, vos recte nostis. Religiose adstricti sumus conceptis verbis; multas curæ Pastoralis partes, earumque executionem promissimus; spon- didimus pro grege, devincti sumus verbis oris nostri, *capti propriis sermonibus cura- Prov. c. 6.* tionis promissæ, & susceptæ; fidem præste- *v. 2.* mus: *Fili sponpondisti, ut digito Dei scriptum est, illaqueatus es verbis oris tui. Discurrere, festina, suscita amicum tuum: ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ.* Sed vos ipsi videtis summam *Ibid. v. 1.* vigilantiam, quam sanctis sponfionibus de- *& seqq.* bemus. Ad accensæ autem voluntatis nostræ studium, atque officium nos etiam inflammet desiderium gregis. Proponamus nobis hic ob oculos probaticam illam piscinam amplam, porticus quinque habentem; & in iis iterum ex hac Provinciali specula prospiciamus multitudinem magnam languen- tium, cæcorum, claudorum, aridorum, ex- pectan-

Joann. c. pectantium aquæ motum. Hi omnes (in-
 5. v. 3. tuemini, quæso, Provinciam omnem ægro-
 tam) expectant motum aquæ, agitationem
 consolationum nostrarum, actionemque sa-
 lutarem nostrarum deliberationum. Ac jam
 denique exardescentem Pastoralis studio ani-
 mum nostrum etiam atque etiam excitet fi-
 liorum nostrorum clamor, quem audire vi-
 deor in ea verba prorumpentem, quibus olim
 Populus Hebræus Esdræ opem implorans:

I. Esdræ. Confortare, & fac: tuum est discernere. Nos,
 6. 10. v. 4. inquit, salutaribus curationibus opus habe-
 mus: vestrum est, ægritudines nostras dis-
 quirere, appositeque curare; curate, quæ-
 sumus, animoque magno sanare peragite.
 Vos o filii charissimi, *consolamini, consola-*

Isaiæ c. 40. mini. Erige spem tuam Provincia Mediola-
 v. 1. nensis. Patres isti venerunt tibi, ut mor-
 bos & vulnera tua sanent. *Leva, popule*

meus, in circuitu oculos tuos, & vide: isti

Ibid. c. 60. congregati venerunt tibi. Quorsum enim tot
 v. 4. tantique labores, quos & sæpenumero an-
 tea, & hoc tempore causa tua susceperunt,

spectant, nisi ut salutis fructum ipse repor-
 tet uberrimum? Tu exurge igitur, exur-
 ge! excita te ad orationis studium, ad pie-
 tatis opera, quibus implorata divina ope,
 parentum tuorum perennis hæc sollicitudo
 adjuvetur in perpetuum,

Amen.





APOPHTEGMATA
SANCTI
CAROLI BORROMÆI.

I.

De residentia Episcoporum scripsit Bonhomio : *Hoc certum habet, presentia sua Episcopum licet imbecillum plus posse quam diligentissimum absentem &c.* L. II. C. II. in notis.

II.

Orationibus & obsecrationibus valde adductus erat, ut teste Octaviano Abbiato de Foreriis, quotiescumque veros doctos in consilium adhiberet, dum cœtum solveret, hæc dicere consuevisset : *Eja ! obsecremus Dominum enixe, & certum ab eo consilium expectemus.* L. II. C. II. in notis.

III.

Virorum fama Sanctitatis illustrium effigies vehementer amabat, adeo, ut Augustino Valerio pro imagine Giberti Veronensis Episcopi celeberrimi mittenda scribens, eidem hanc mittenti responderit, *eam inter pretiosissima domus suæ ornamenta a se collocatum iri.* Ibidem. Hinc imaginem S. Ambrosii

brofii obvio loco collocari fuis in ædibus jufferat, adjecta Card. Roffenfis imagine, qui eo tempore in Anglia pro catholicæ fidei veritate necem obierat, ut quoties in eas tabulas oculos verteret, novos ad religionem tuendam fpiritus ex mortuis etiam coloribus hauriret. *Eod. Cap. II.*

IV.

Cum Præful Cribellus eo tempore, quo Carolus omnem fuam fupellectilem diftraxiffet, ab eodem popofciffet, ut fibi dono daret veneris & cupidinis profanum quidem, fed honeftum fignum, refpondit: *Neque dono, neque pretio id datum iri, cum fum-mopere profana qualibet ecclefiafticum virum dedeceant. C. II. in not.*

V.

Hieronymus Caftanus unus e Cubiculi cuftodibus, ad quod Officii duos elegerat Carolus primarios e duodecim cubiculariis plerisque Doctorali Laurea inſignitis, aliquando vehementer a Cardinali increpitus fuit; quod illum cum Medicea Confobrini fui uxore deſtituiſſet, ad aliud forte digreſſus, fermonis arbitro uno relicto Ludovico Moneta Collega fuo. *C. III. in not.*

VI.

Muficos concentus in Sacello fuo Archiepiſcopali omnino inhibuit, quin & eos, quos diebus feftis ibidem ad ſacras preces adhibere confueverat, prorfus amovit, veritus ne artis fuavitas ab officio fuo quem-

quam

ædibus quam averteret, aut a cœlestium rerum
 imagine, veneratione avocaret. C. III.

VII.

Ut legem Vestium talarium domui suæ
 præscriptam tueretur, dicere ad familiares
 solitus fuit Borromæus: *Decere eos pari ve-*
stium honestate domi ac in foro versari, Epi-
scopi enim Palatium revereri conveniebat ut
publicum & in propatulo positum lacum. C.
 III. in not.

VIII.

Cæsarem Gonzagam consanguineum suis
 in ædibus hospitem excepturus scripsit ab-
 sens rei domesticæ præfecto: *Cavendum*
quam maxime, ne ejus causa ordo domesti-
carum legum turbetur, & moneatur Cæsar
ad vigesimam quartam diei horam, ut prom-
pte domi adsit; solere enim pessulo januas
obduci. L. II. C. III. in not.

IX.

Cum incepisset solo pane & aqua victi-
 tare, per aliquod tempus cum reliquis fa-
 miliaribus eadem mensa utebatur; sed mo-
 ritus deinde, se hac singulari vescendi ra-
 tione accumbentium oculos lædere, ne ab
 illa abstinendi cibus consuetudine recederet,
 a familiarium deinde aspectu recessit. L. II.
 C. III. in notis.

X.

Legendi ad mensam morem adeo con-
 stanter tenuit, ut etiam accumbente aliquan-
 do Sabaudia Duce inter epulas Salomonis
 S. Car. Instr. Past. G g caput,

caput, quo rectam regendi populos normam
Principes edocentur, legi iusserit. C. III.
in not.

XI.

Quia S. Carolus viros per totam Italiam
celeberrimos ad Ecclesiam suam conquereret,
sanctus Philippus Neri us lepide eum appel-
lare consueverat *Furem* ad probos homines
corradendos rapacissimum. L. II. C. IV. *in*
notis.

XII.

Quos iudiciis exercendis admoveret,
eos ab exteris regionibus advocabat, ne ami-
corum officia, aut propinquorum preces, fu-
nesta scilicet iustitiæ pericula, circa tribu-
nal haberent. Quin etiam severo edicto cau-
tum erat, ne quisquam domesticorum apud
curiæ ministros intercessoris officium assu-
meret. L. II. C. IV.

XIII.

Muneribus omnino aditum interclusit, at-
que eum in finem nullum etiam ex familia-
ribus suis ad cœnam aut prandium a civi-
bus invitatum egredi permisit. *Ibid.*

XIV.

Eadem de causa oblatum sibi aliquando
oleum munusculum ocysus repudiavit, licet
oboli unius pretio æstimandum, ad Specia-
num dicens: *Nondum intelligis, quantum*
ad animum deliniendum tenuia etiam muni-
scula valeant. L. II. C. IV. *in not.*

XV.

normam
C. III.

XV.

In cancellaria sua singula Scripturarum genera tenuissima pensione damnavit; centum annuis nummis præter quotidiana alimenta tresque laboris adiutores Cancellario attributis, ne forte inopiæ titulum cupiditati suæ prætexeret. Nam leviora quælibet gratis expediri in curia voluit, una demerita scribentis mercede. L. II. C. IV. *in not.*

XVI.

Pontificatus sui initio in administrationis partem complures adscivit ex religiosis familiis propter Cleri inopiam. Verum vigente in dies Clericorum disciplina a publicis quibuscumque muneribus regulares evocavit, & excultos ecclesiasticis studiis seculares, ut appellant, Sacerdotes ubique ferme substituit; imo istis unice sacrarum Virginum curam destinavit, & in ea opinione fuit, ut a Parthenorum regimine fratres eos etiam, qui iisdem regulis continebantur, omnino removeret. L. II. C. IV. *in not.*

XVII.

Cum ex Urbanis familiis raros admodum conveniret, qui nivosa iuga & inhospitas vales ad animarum curam adire vellent, Carolus adulescentulos indidem ortos sollicitè exquirebat, qui Seminariensi disciplina excolti, atque ad suos remissi administratione sacrarum libentius in Patria fungerentur. Eorum Patriæ horridus quoque & asper Seminarii, quod pro illis erexit, vultus respondebat; neque ullæ in stratis erant

deliciæ, siquidem culmo & stramentis in-
dormiebant; scribens hac super re Ormane-
to: *Nimirum hic ponendum est difficilis vi-
ta tyrocinium, cui assuescere debebunt illi in
posterum.* L. II. C. V. *in notis.*

XVIII.

Tam sollicitus erat in expungendis hæ-
reticorum libris, ut ipsemet ex improvise
die quadam, fidei quæsitore comite adsum-
to, librarias tabernas omnes sollicite ex-
cussisset, ære suo catholicos pro hæreticis
libris substituens. L. II. C. VI. *in notis.*

XIX.

Omnes Diœcesis suæ Sacerdotes uno con-
tentos esse beneficio, & locis suis residere
evere cavit. L. II. C. VII.

XX.

Dum iter ageret, ipse nonnumquam sar-
cinarum partem, ubi calles equis impervios
habebat, humeris suis imposuit, ne familia-
res suos plus æquo gravaret. Imo si in his
locis agrestibus ad quietem mollius quid, aut
ad cibum utilius forte reperiretur, familia-
ribus suis tradi jussit, tamquam aliena ma-
gis incomoda, quam sua sentiret. L. II.
C. VIII.

XXI.

Ex ædibus Canonicorum omnes Conta-
bernales foeminas etiam consanguineas, quin
quandoque Matrem ipsam abesse jussit; ve-
tuit etiam, ut ne nobilium virorum amicitias
colant,

entis in- colant, atque hac de causa quemdam ple-
Ormane- banum pecunia multavit, quod Equites do-
ficilis vi- mi convivas laute habuisset, & magnifico
nt illi in cultu ædes ornasset. L. II. C. XI.

XXII.

ndis hæ- Cum in Helvetiorum vallibus Archiepi-
improvis- scopi jura pæne collapsa restituisset, Hel-
e adsum- vetiorumque Legati dixissent, id a se ejus
licite ex- bonitati concedi, respondit Carolus: *Sapien-*
hæreticis *tius ipsos esse dicturos, si Deo & Ecclesiæ id*
a se dari profiterentur. L. II. C. XIII.
notis.

XXIII.

uno con- Cum ad templum Scalense illud visitatu-
s residere rus obnitentibus nimium quantum Scalensis
Ecclesiæ Canonicis progredetur, obvium
habet Comitem Gasparem de Mayno, qui
de futuro Caroli periculo certior factus, ca-
ve, inquiebat, ne urbem hanc universam
perdas discrimine tuo; respondebat Caro-
lus: *Si Dei honorem propugnem, numquam*
urbem hanc perdam. L. II. C. XX. in notis.

XXIV.

quam sar- Cum Princeps Albuquerque Caroli exi-
impervios- lium minitaretur, infracto animo respondit
e familia- Carolus: *Sibi vim prius inferendam, neque*
o si in his alio iturum unquam, nisi distractum a tem-
quid, aut plo. Deinde si, illata vi, solum esset verten-
familia- dum, unum sibi cavendum esse inanis gloriæ
liena ma- periculum. L. II. C. XXII. in notis.
t. L. II.

es Contu-
neas, quin
ussit; ve-
a amicitias
colant,

Cum idem Albuquerqueius ea nocte qua Carolus Glande petitus fuerat, militares excubias Palatio tutelæ causa adponere voluisset, prohibuit Carolus cum dicto: *Miseram esse Episcopi conditionem, qui ad vitam tuendam armorum præfidiis indigeant.*
L. II. C. XXIII.

XXVI.

Cumque instaret, ut Carolus sibi omnia, si qua essent, aperiret rei indicia, unam hanc a Borromæo vocem retulit: *Melius tantam solertiam in Pastoralis officii tuendis iuribus, quam in pastore ipso servando collocatum iri.* Favebat etiam tunc temporis Albuquerqueius Canonicis Scalcensibus, qui Carolo visitanti summam injuriam intulerant.
L. II. C. XXIII. *in notis.*

XXVII.

Monitus a Barone Sfondrato, ut tot Dei cumulatus donis (tragico nempe huic casui ereptus) superbix clanculum irrepentis vitium præcaveret; Carolus saluberrimo huic consilio gratias agens, hæc humilitatis motiva in responsis dedit. 1. *Se ante oculos habere tot Israelitarum millia, qui ducente Deo, fluctibus maris, & Pharaonis minis erepti, mire postmodum in solitudine pasci, tamen indigni fuere, qui in promissam terram inducerentur.* 2. *Impios teste David, in hac vita prosperari.* 3. *Idcirco se fortassis a Deo servatum esse, quia se nimis impavatum ad mortem videret.* 4. *Deum fors miratum sibi esse, quid meritus esset.* 5. *Se*
pio.

propter quod precibus incolumitatem suam de-
 bere. 6. Quin ideo Deum hoc se beneficio or-
 nasse, quia hætenus tot donis, quæ animum
 affecere non sensum, nondum expugnatus es-
 set. L. II. C. XXIII. in notis.

XXVIII.

Novocomensem sacerdotem, qui ca-
 lumniam quamdam in Scalenses Canonicos
 commentus fuerat, mendacii convictum, car-
 cere primum, mox etiam adprobante Pon-
 tifice triremi damnavit. L. II. C. XXVI.
 in notis.

XXIX.

Cum aliquando vires per labores suos
 nimium fregisset, nec cessarent propinqui
 & familiares lenibus verbis diuturnitatem
 laboris castigare, dicentes, respiraret saltem
 aliquantulum, ut recuperata valetudine post-
 liminio majore vi Provinciæ curam capesse-
 ret. Quod si rationem habere salutis suæ
 nollet, saltem Ecclesiæ suæ parceret, cui
 tot rerum pulcherrimarum excidium ex ejus
 interitu immineret; Carolus magis amico-
 rum benevolentiam quam consilia laudabat,
 inquires: *Mortalem vitam tanti non esse,
 ut Pastoralis officii intermissione servari me-
 reretur; sed neque illos recte sentire, qui
 spem publicæ felicitatis, quæ a Deo honorum
 omnium auctore petenda sit, in unius homi-
 nis auxilio collocarent.* L. II. C. XXIX.

XXX.

Medicorum arti parum deferebat Caro-
 lus; hinc cum ægotans Romam iter face-
 ret,

ret, & prope Bononiam jumentum ejus, quo medicamenta Mediolano allata ferebantur, Pharmacopolium omne, fallente vestigio, in proximum flumen excuteret, comperto nuntio fabridens dixit : *Placet omen; nam casus ipse admonet, me hoc pharmacorum apparatu minime indigere.* L. II. C. XXX.

XXXI.

Quos ex familiaribus suis, piissimis semper & prudentissimis viris Romam ad Pontifices miserat, ut eorum Consiliis & operam uterentur, iis commendare solitus erat, ut *nihil unquam a Pontifice rogarent, nisi quod ad munus sibi impositum spectarent*; quare cum Bernardus Carnilia, quem eundem in finem ad Gregorium XIII. miserat, Carolum obsecrasset, ut geminos fratris sui filios inter seminarii Mediolanensis Alumnos cooptaret, respondissetque Borromæus, sibi id non licere, nisi impetrata Pontificis venia, quandoquidem non comprehendebantur hujus Diœcesis jure; maluit idem Carnilia hoc carere beneficio, quam ab instituto suo discedere. L. II. C. XXX. *in notis.*

XXXII.

Ad sacra munera, queis se abdicavit Carolus, nullum sui successorem denominare voluit; imo cum Gregorius ipse, ut Carolum adduceret ad successorem in Romano poenitentiae tribunali, quod officium in manus Pontificis resignaverat, eligendum amice rogasset, num futurum esset, ut in Alciato Cardinali bene Poenitentiarum provincia col-
loca-

locaretur? quamvis multum Alciato deferret Borromæus, & magna sibi esset amicitiae consuetudine obstrictus, nihilominus respondit Pontifici: *In eo optime collocatum iri, in quo Pontifex ipse collocasset.* L. III. C. I. in notis.

XXXIII.

Cum nova dissidia Carolum inter & urbis gubernatorem intercederent, isque armato milite arcem Aronensem Borromææ familiæ prædium occuparet, Pontifex Gregorius hac re vehementer commotus, jussit Carolo scribi: Pontificiam in hoc curam versari, ut quantocyus Arx Borromæo redderetur. Vir S. respondit: *solicitudinem hanc omnem melius ad tuenda Ecclesiæ Jura esse traducendam.* Quin ut ostenderet Ecclesiæ suæ jura magis sibi cordi esse, quam ejusmodi prædia, alii in hæc verba respondit: *Si hic dissidiorum paratus exitus, ut Aronensis arcis duntaxat jacturam subeam, propositam conditionem non recuso, dummodo pretio hoc Ecclesiæ meæ securitas redimatur.* L. III. C. III. in notis.

XXXIV.

Dum acerbissimæ de fori utriusque jure disceptationes Mediolani ac Romæ ferverent, eam animi tranquillitatem hoc potissimum tempore præsetulit Carolus, ut Castello Romæ agenti scriberet: *quo magis humanis nudamur præfidiis, solertius in divinis conquiescamus oportet.* Etenim ea causa agitur, quæ ad nos non minus, quam ad Deum pertinet. L. III. C. IV. in notis.

XXXV.

Quomodo in exequendis Consiliis se gerere quis debeat, scripsit ad Specianum: *Præcipua rerum exsequendarum ratio in constanti exequentis voluntate consistit. Prudenter primum decerne, mox fortiter exsequere, nec unquam ipso in opere manum remitte.* L. III. C. V. in notis.

XXXVI.

Cum anno seculari ad celebrandum Jubilæum jussu Pontificis Romam petiturus esset, antea discedere noluit, quin Pontifex scripto exaratam discedendi a Diœcesi facultatem sibi dedisset, *ne quid contra Tridentini Concilii sanctiones faceret*, ut ad Card. Novocomensem scripsit. L. III. C. VI. in notis.

XXXVII.

Antequam illuc discederet pro informando vicario integras fere quindecim dies ac noctes sæpius nec cænatus consumpsit. Nam cum cænæ tempus adesse dicerent domestici, citius, respondebat, *quam par est.* Elapsa media nocte cum iterum moneretur de cæna, reponebat: *Nimis sero.* Ibidem.

XXXVIII.

Quos ex suis Romam tunc temporis præmiserat, hortabatur: *Ne Romam ejusque magnificentiam admiraturi illuc contenderent, sed se ad divina percipienda munera sanctiones reddituri compararent.* Ibidem.

XXXIX.

XXXIX.

Tantæ modestiæ ac nobilissimæ suæ familiæ adeo oblitus erat, ut gentilitio sigillo relicto, acta, quæ ederet, Ambrosii Patroni &c. SS. Martyrum Protasii ac Gervasii imaginibus obsignaret, seque velut oblitum Borromæi nominis Cardinalem S. Praxedis in posterum adpellaret, asserens: *Episcopus familiæ suæ & cognationi omnino debet valedicere.* L. III. C. VI. *in notis.*

XL.

Vanæ gloriæ osor erat acerrimus specialia mortificationis opera clanculum faciens; hinc dum Jubilæum Mediolani celebraret, & pedes templa circuiret, superiorem calceorum partem integram præferens soleas iisdem detraxerat, ut sibi totum nuditatis incommodum reservaret, atque vanam laudem adimeret. L. III. C. VIII. *in notis.*

XLI.

Parvi pendere Medicorum molliora suadentium consilia semper Carolus consuevit. Hinc etiam Sfondratum Cremonensem Episcopum Patavium profectum ad Medicorum opem in re dubia implorandam, regredientem deinde per literas sic monuit: *gratulor te valentiolem rediisse Patavio; sed magis gaudeo, te Medicorum tandem manus evasisse, quos hortor ut quam maxime refugias; id enim plurimum certe ad valetudinem tuendam conferet. Neque unquam nisi instante majore periculo, ad eos confugas velim.* L. III. C. IX. *in notis.*

XLII.

XLII.

Cum pestis quotidie latius serperet, ad-
 vocato doctissimorum cœtu, sciscitabatur
 ex eis, an peste adfectis operam per se
 ipsum præstare, quamvis cum vitæ pericu-
 lo deberet? Concors omnium sententia fuit,
 Episcopum qui id ageret maximis laudibus
 dignum; qui agere recusaret, nullius cul-
 pæ reum esse. Idem Romæ censuerant sa-
 pientissimi viri, quos ea de re per literas
 consuluerat. Ille ex adverso multa sancto-
 rum dicta, imo & exempla commemorabat,
 qui Pastoralis officio addicti pro grege sibi
 commisso mortem obire non dubitaverant.
 Cumque responderetur, summa ille fuisse
 experimenta virtutum: *Quin igitur, repo-
 suit, experimenta ista ad me quoque perti-
 nere existimem, cum Episcopi sit, semper ad
 summa contendere?* L. IV, C. II.

XLIII.

Mortificationi quantum addictus fuerit
 Carolus, ex eo liquet, ut, dum in solenni
 processione nudis pedibus incedens dextrum
 pollicem in ferream cratem adeo incusserat,
 ut divulsum unguem vix modica sui parte
 cæteris partibus cohærentem retineret, vul-
 neris sensum, quamvis in ea corporis parte
 acerrimus est, adeo dissimulanter tulerit, ut,
 quantumvis supplicatione ad multas horas
 protracta, vestis sæpenumero in disruptum
 unguem influens, hians vulnus acerbissime
 vulneraret, nemo fuerit agnitus, nisi do-
 loris acerbicatem manentes passim sanguinis
 rivu-

rivuli prodidissent ; quin novis proxime indictis supplicationibus cum supplicatum iret, detracto malagmate nudum iterum pedem viæ injuriis objicere voluit. L. IV. C. IV. *in notis.*

XLIV.

Compertum postea est, toto illo supplicationis tempore nihil a Deo ardentius petiisse, quam *ut quidquid irarum Mediolanensis populus meruisset, in se unum effunderet.* Ibidem.

XLV.

Cum ingruente pestis tempore Patres Oratorii, quos paulo ante in urbem invexerat, recessissent, studium suum pro iis revocandis Speciano aperuit, ipso *proposito pestilentia periculo, tamquam revertendi justa causa* ; propter quod tamen illi redire recusabant. Quare deinde S. Philippum Nerium *ut virum immisericordem* libere accusavit, quod illos regredi vetuisset. L. IV. C. VI.

XLVI.

Infantes a matribus pestilentia infectis editos, iis eripuit Carolus ac nutricibus hunc in finem conductis educandos tradidit, ipse nonnumquam manu gestans ad loca destinata portavit ; cumque ad tantum numerum nutrices deessent, capreas substituit, ut lac exinde sugere valerent. L. IV. C. V. *in notis.*

XLVII.

Ministerium pestilentia laborantibus subveniendi martyrio comparare solebat, utque futu-

futuris ministris metum extorqueret, ad cuiusdam Collegii Præsidem scripsit : *Metum vitæ profundendæ nullum unquam Ecclesiæ Martyrem dedisse. L. IV. C. VI. in notis.*

XLVIII.

Cum ferme omnis quievisset in urbe pestilentiae suspicio, in uno duntaxat Patrum quorundam Collegio revixit lues, qui recusaverant operam suam infirmis adjungere, atque præ nimia vitæ conservandæ cura etiam eos, qui ad pœnitentiæ tribunal accederent, repudiarunt. Dicitabant demum hi Patres, nescire se, quibus pestilentia hæc profecta principiis sit; sed respondit Carolus: *Fortasse ex prudentia carnis initium duxit, quæ teste Apostolo mors est. L. IV. C. V. in notis.*

XLIX.

Pestis tempore civibus domi conclusis Sacrum legebatur in compitis, confessiones excipiebantur in vestibulis domuum, atque in ipso ostiorum limine sacra Dape reficiebantur, quidam in compitis delecti aderant, invitabantque ad fenestras vicinarum ædium incolas, quibus idoneas temporis preces alterna voce concinerent; verbo, tunc temporis ampla hæc urbs quandam velut publici asceterii exhibuit imaginem, cujus rei gratia Carolus gaudio triumphans dicitare consueverat: *Magna civitas, magnum templum. L. IV. C. VII. in notis.*

L.

Chrismatis Sacramentum Pestis tempore quibusque petentibus contulit, quamvis semianimes essent, atque insidentem præcordiis tabem toto corpore adflarent. Monitus, ne tanto se periculo exponeret, sicque Deum ipsum tentaret, respondit: *Nostrum Episcoporum est, cæteris in periculo præire. Nec unquam putaverim a me hoc pacto DEUM tentari, sed illi potius, ut decet, obsequium deferri.* Eoque in munere tam sedulo fuit isto tempore, ut decem saltem millia hominum sacro Chrismatis oleo inunxerit. L. IV. C. VIII. *in notis.*

LI.

Finite peste Carolus non cessabat variis cruciamentis corpus suum vexare; quare eum Castellus ejus vicarius amice suaderet, ut jam remissa pestilentiae vi, aliquid ipse quoque de tam rigida vitae disciplina remitteret, hoc cedro dignum dedit responsum: *Nulla adhuc morum emendatio in urbe est, hanc ego pestem timeo.* L. V. C. I. *in notis.*

LII.

Sæpius per literas interrogatus: an verum esset, quod publica civitatis odia in eum ferverent? tandem respondit Speciano: *Hoc verum sit nec ne, aliorum est dicere non meum; hoc unum scio, me nihil curare, ut hominibus placeam, præsertim fungentem Episcopi munere, quod Deo permittente, cum magna omnium odio semper fuit conjunctum.* L. VI. C. I. *in notis.*

LIII.

LIII.

Dum Romæ degeret, quo facilius asperitatis notam, quam individuum sanctitatis, comitem esse temere quidam existimant, effugeret, Cardinales quoque tunc Romæ fuerant, alternis vicibus ad mensam invitabat, ita quidem instructam, ut neque luxus, neque inopia ciborum fastidium creare accumbentibus posset. L. VI. C. II.

LIV.

Sua ciborum frugalitate illos edocebat aliquid de exquisito conviviorum luxu remittere, sacraque Lectione adhibita, dapiam voluptatem divini cibi suavitate condire. *Ibid. in notis.*

LV.

Cum imponendum summum fastigium S. Sebastiani templo adcurreret, quod magnifice construî Carolus præceperat, ac deficiente tunc temporis pecunia, cujus ingentes summas alibi expenderat, propositus esset ad conferendam maiorem pecuniæ summam publicus extrahendarum sortium ludus, noluit (verba sunt Biographi) malis hisce artibus ad religionis incrementum abuti. L. VI. C. XIII. *in notis. S. Age jam.*

Sic etiam in vita S. Antonini legitur, quod Sacerdotem quemdam, qui in similitudo primas lucratus est, toto lucro in penam privaverit.

LVI.

S.

LVI.

Specianus Carolo titulum S. Mariæ trans Tyberim, quo Cardinalis Attempstus fruebatur, obtulit aliquando; addebat præterea non leves causas, nimirum, hujus tituli ædes Pontificiæ curiæ proximas, quas adire frequentissime sibi erat necessarium propter ipsius Borromæi negotia; ejusdem hortos satis amplos locari quotannis CC. nummis posse; demum cœlum etiam videri salubrius. His tamen auditis Borromæus respondit: *Probari sibi admodum tituli sui ædes propter sanctitatem loci; salubre cœlum quodcumque operoso homini esse; CC. nummos utiles esse posse etiam Cardinali cuicumque, qui eas ædes posset optare.* L.VII. C. I. in notis.

LVII.

Ubi Carolus ad prandium Episcopi Senensis vocatus epularum numerum cum pretio certare, & secundam insuper mensam ad gulæ irritamentum adponi vidit: quamquam turbato ventis & imbribus cœlo, inhiberi non potuit, quin illico ad discessum necessaria expediri juberet. Tum etiam atque etiam rogatus, ne se tam incommodo itineri imminente præsertim nocte, committeret: *Abstine* (inquit) *ut pauperum subsidia tam fæde profundi ad gulæ delicias videam; nam si prandio compar cœna fuerit, tantum absument unius pompa convivii, quantum sufficere multorum necessitatibus posset.* L. VII. C. I.

LVI.

S. Car. Inst. Past.

H h

LVIII.

LVIII.

De Ecclesiæ suæ Mediolanensis reformatione aliquando scripserat : *Quemadmodum Jerosolymitano templo post excidium restituto, hebræorum juniores lætabantur, flentibus interim, qui prioris templi splendorem, majestatemque viderant : ita nunc Mediolanensi Ecclesia in aliquam meliorem formam redacta, etsi inde multi lætitiæ argumentum acciperent, manaturas tamen ex eorum oculis lachrymas, si antiquos christiani populi mores, & primævæ Ecclesiæ splendorem respexissent.* L. VII. C. II.

LIX.

Carolus olim Vercellis Mediolanum veniens Vigleyanum divertit, ubi ab Episcopo exceptus & pransus in conclavi pretiosis aulæis ornato, contracto supercilio acriter Antistitem increpuit, voluitque, ut fide data polliceretur, nulla se impostero ejusmodi pompa usurum; quod fideliter præstitit. L. VII. C. III.

LX.

Dum Rhetiam vallem ex Pontificis nutu non minori labore quam fructu visitabat, ingentem pecuniæ vim Mediolano afferri jussit, solitus dicere, *nulla re Pastoralibus officiis faciliorem viam, quam liberalitate erga pauperes fieri.* L. VII. C. IV.

LXI.

Cum Minister quidam Carolo Bachanaliorum licentiæ obices posituro diceret: *Bachanalialia*

reforma-
admodum
restitu.
flenti-
ndorem,
Mediola-
formam
umentum
um ocu-
i populi
orem re-

naliam rem esse tot seculorum usu firmatam, Principum patrocini-
o subnixam, omnis denique generis hominibus cariorem, quam
ut ullis tolli pastoralibus officiis possit, pau-
cis respondit: *Indecorum esse pravorum usus
constantius a populo defendi, quam ab Epi-
scopis oppugnari.* L. VII. C. VII.

LXII.

Cum aliquando is, qui Lomatii sacris
præpositus esset, a Carolo concionatorem
in adventantem quadragesimam postulasset,
respondit ei S. Cardinalis: *Concionandi mu-
nus ad Præpositum vere pertinere; quare se-
metipsum in id muneris obeundum compara-
ret.* L. VII. C. VII. in notis.

LXIII.

Episco-
pretiosis
acriter
fide da-
ejusmo-
præstitit.

Solitus erat dicere: *Suberi leges facile
posse; sed eas inutiliter condi, si observantia
absit.* Ibidem.

LXIV.

Cum templum Rhaudense exstructuro
delineatio proponeretur, præsentem Caroli
pecuniam longius excedens, nihil immutari
voluit, professus, nihil imprudentius esse,
quam sacrarum ædium initia desperatis in-
venturum auxiliis ex præsentis pecuniæ diffi-
cultate metiri; quæ ad Divini nominis gloriam
pertinent a nobis inchoari oportere, perficien-
ti curam posterorum pietati, ac Divinæ pro-
videntiæ relinqui. L. VII. C. VIII.

LXV.

Eximia fuit Caroli demissio ultimo vitæ suæ tempore. Nam quamdiu Varalli fuit, hoc sibi ministerii sumsit, ut ante lucem P. Adurno e S. J. cui noxas suas aperire consueverat, lumen afferret, a quo deinde reliqua familia acciperet. Idcirco noctu consueverat, lucernam in cubiculo suo habere, tum ne familiaribus suis illius inferendæ molestiam exhiberet, tum etiam, ut jucundopiarum tabularum, quas ibi habebat, adspectu frueretur, si quando oculos aperiret. L. VII. C. XI. *in notis.*

LXVI.

Ut Carolo S. Viaticum ministraretur, P. Adurnus in conclavi, ubi Cardinalis decubuit, sacrum facere voluit, ac dein ibidem ei Christi corpus impertire; sed respondit Carolus: *Opportunum sibi non videri in cubiculo ipso Divinam rem peragi.* Verum cum Adurnus id licere dixisset, eoquod domus Episcopi tota sacra sit; reposuit Carolus: *Rem ita esse; verumtamen nolle a se hujus exempli occasionem aliis præberi.* Ibid. *in notis.*

LXVII.

Sacris operabatur quotidie, se prius in ea comparans mentis devotione, & recitatibus piis precibus, atque omni labe per peccatorum Confessionem deposita, nulli rei licet gravissimæ vacaturus, nisi illis peractis, absolutisque; atque solemnis ejus vox ac frequens erat, *vacuam semper profanis negotiis*

gotiis mentem ad aras adferendam. L. I. de fama & virtut. C. VII.

LXVIII.

Quoties SS. Christi corpus deferri videret in viis, destinatum iter statim abruptit, seque adjunxit Comitem deferenti, donec aræ unde sumtum fuerat redderetur. *Ibidem,*

LXIX.

Opportunam rei gravissimæ operiebatur ex Romana curia facultatem quidam Borromæo perfamiliaris, qui cum diutius diplomatis exspectatione torqueretur, imprudenter aliquando in querelas erupit, Pontificem ipsum dilati nimium remedii accusans. Importunum Carolus sermonem non tulit, nisi graviter, mox amice reponens: *Deo, inquit, obtemperandum est; quare cum ejus vices egerat Romanus Pontifex, Deo obsequens esse non potest, qui hujus præcepta imminuat. Hoc nostrum est aperire Pontifici, quod necessum sit; suum quod velit exsequi. L. I. de fama & virtut. C. VIII.*

LXX.

Muricem sacrum contemplatus, Divini in se amoris excitare conabatur incendium. Eo conspecto, Dei gloriam & fidei orthodoxæ, etiam proposito vitæ periculo in immensum, si fieri posset, augendam ducebat, hac se ipsum voce aliquando inflammans: *Meo ut sanguine rubeat, monet hæc purpura, si Dei gloria & Ecclesiæ utilitas exigat. Ibidem,*

LXXI.

Fuere aliquando, qui Carolum hortarentur, ut legem aliquam sanciret pro moderandis sacrorum hominum titulis; quemadmodum profana in iisdem licentia fuerat Philippi Regis edicto compressa; hoc autem a Carolo retulere responsum: *Licere hac in re modum excedere, quo major Clero honor esset, & populus ex pronominiibus amplis dignitatem gradus metiretur.* Ibid.

LXXII.

Cum unus ex administris Caroli imitator aliquando non nihil ex dignitate sua immi-
nueret, hominem sine nota non dimisit, hæc insuper addens: *Dignitatem, qua non suo sed Archipræsulis nomine uteretur, firmiter esse retinendam, ne labem illi aliquam imponeret; sibi uni liberum esse majestatem aliquando dimittere, quam semper persona sustentabat; imo Archiepiscopo gloriæ incrementum comparari, atque valere in hanc rem illud Matthæi: qui se humiliat exaltabitur.* Ibid.

LXXIII.

Nihil Carolum, quidquid agebat, a cœlestium contemplatione avocare poterat; sapius in itinere, ubi versaretur, atque de equo lapsus, adeo mente in cœlum fixus erat, ut quid secum ageretur, ignoraret, fuetus dicere: *Eum optimum esse custodem sui, qui animum adeo caute ac sollicitè regeret, ut agendi cura pie meditationi non obesset, nec cœlestis meditatio agentis conatum retardaret.* L. I. de fama & virt. C. X.

LXXIV.

LXXIV.

Rebus conclamatis ac perditis, reclamante licet prudentissimo quoque, fidentius præsentem sibi Dei opem fore affirmabat, ejusque opinionem felicissimus semper confirmavit rerum eventus; quare hæc frequens ejus vox erat: *Optima quærenda primum, tum optima quoque speranda, neque certiorum divinitus spem affulgere posse, quam si ab hominibus nulla objiciatur. Etenim cum divina humanæ sapientiæ modum excedant, Deum sæpe ea præstare, quæ homines imprudentes desperent.* Ibid. C. XII.

LXXV.

Pronuntiata palam in Provinciæ præsidem anathematis sententia, Carolum adiecit Sfondratus, alique primariæ nobilitatis viri, qui oblata oculis illa formidolosissimi temporis tempestate, ut decretum illud refrigeret, orarunt diu; exorarunt nunquam; scilicet in hæc verba respondit: *Moneri se purpurea, quam induebat, Chlamyde, ne pro Christi Ecclesia sanguinem dubitaret effundere.* Ibid. C. XIII.

LXXVI.

Curiosius in Caroli mores inquirentibus patuit, jucundam illi semper fuisse injectam mortis suæ mentionem; & dicere solitum retulere plures: *Nihil gratius obversari suis oculis, quam funebrem exsequiarum pompam; utpote in alienæ mortis imagine suam ad Deum migraturi felicitatem expressam quodammodo intueretur.* Ibidem.

LXXVII.

Borromæi acta & scripta omnia, nihil nisi divinum amorem sapiunt. Difficilius putes eum de humanis, quam de cœlestibus rebus sermonem unquam instituisse. Hinc Ascanio Columnæ aliquando hæc verba cedro digna rescripsit: *Non potest, aut qui Deum amat, alia re egere, ut sit beatus; aut qui Deum deserit, aliquid consequi, quare non sit miser.* Ibidem in notis.

LXXVIII.

Monuerat Carolum per literas Præsul, quidam illi apprime charus, ut parceret sibi aliquando, atque quidquam de suo illo nimio cruciatu remitteret, cui Carolus respondit: *Hoc vere Antistitis esse, amarum quidquid prægustare, quo illud tutius populo propinet.* Ex quo constat materno plane amore Carolum flagrasse, cum matrum mos sit præmansum cibum in os prolium suarum inferere. Ibid. C. XIV.

LXXIX.

Ecclesiam suam Mediolanensem præ Cardinalis titulo dilexit. Dum Romæ quondam iurium suorum accerimus vindex apud Pontificem Gregorium esset, rumor invaluerat, inimicis authoribus actum de ejus reditu omnino; ac desperatum; quod cum ipse ex publico sermone hausisset, dixit: *Ut insulam retinerem, libentius me purpura abdicarem.* Ibid. C. XV.

LXXX.

Cum tot ageret Cardinalis in Ecclesiæ suæ commodum, curavit tamen, ut cum omnia agere non posset, ea saltem perficeret, quæ ad plurimum utilitatem spectarent. Hinc rogatus aliquando ab Ilerdensi Episcopo, an Pastoralis diligentiae munus putaret Confessiones audire, hoc ille responsum dedit: *Quod scribis, cogitare te de audiendis confessionibus, quoniam sententiam meam exspectas, dicam, probari mihi ut in hac cura aliquando versetur Episcopus, præsertim in solemnibus incidentibus celebritatibus, ut Hebdomadæ majoris, aut Dominici adventus; quandoquidem vero hoc munus non videtur æque ad Episcopum pertinere, ut complura alia, & præterea multum temporis absorbet, neque alios audiret præter simplices, aut religiosos homines, qui minus Episcopi Opera indigent; idcirco expedire non videtur, ut ille, ad quem publica Ecclesiæ administratio spectat, se privata hujusmodi actione multum occupet; sed utilius certe impenderet, credo, tempus, Clerum monens, concionem ad populum habens, aut cætera hujusmodi præstans. Quæ uno eodemque tempore multorum utilitatem spectant.* Ibid. in notis.

LXXXI.

Incredibiles sunt labores, quas in visitanda sua Diocesi invictissime sustinuit, ut facile conjiceret, totum semper Borromæum in Dioceseos necessitatem explorandam fuisse intentum, & quod vere dixerit: *Episcopi vitam*

vitam sitam esse debere in agendo. Ibid. in notis.

LXXXII.

In expediendis literis adeo solers fuit Carolus, ut plura congesta earum volumina in oblatorum Collegio adserventur, & 30000. præterea Federicus Cardinalis Borromæus religiose ab interitu vindicarit. *Ibid.*

LXXXIII.

Ad Episcopum quemdam paulo segnior, ut oscitantem excitaret, data opportunitate scribens, singulatim enumeratis per capita Pastoralis curæ officiis, periodum quamque Epistolæ in hanc intercalarem sententiam conjecit: *Vacare itaque licet Episcopo?* Ibid.

LXXXIV.

Ad Novariensis Episcopi Bossii cohonestandas exsequias accesserat, audieratque, exantlatos in regionibus lustrandis labores obitus illi causam fuisse; quo Carolus intellecto, *Episcopum*, inquit, *debet pro Ecclesia laborantem mori.* Ibidem.

LXXXV.

Quare frequenter istæ ab eo pronuntiatae sunt de munere Pontificio sententiæ, nimirum, *Episcopo agendi necessitatem deesse nunquam; sæpius autem voluntatem. Numquam cessare posse, qui muneri deesse nolit; aliquando autem posse feriari, si quæ sui muneris sunt, velit negligere.* Ibid.

LXXXVI.

LXXXVI.

Ajebat præterea : *Qui Præsul sibi aut valetudini servire cupiat, eum Deo, & Ecclesiæ famulari non posse. Hoc vero adjiciebat multo terribilius : Ex Pontificum solertia Populi sanctitatem pendere ; easque desideres sæpe gentes in divinis extisse, quibus des item Pontifex obtigisset. Ibid.*

LXXXVII.

Agens aliquando cum Francisco Panigatolo Astensi postea Episcopo, de amore, quo Pontificem ferri in Ecclesiam suam decet, ajebat : *Licet maximum videatur Episcopo vitam pro Ecclesia profundere, attamen alii adhuc reliqui sunt charitatis gradus, per quos ad superiorem iterum amorem possit Episcopus adspirare. Ibid.*

LXXXVIII.

Cum audisset, Comitem Federicum re-creatum diuturno morbo bibere vinum cæpisse in hæc verba gratulatus est Julio Cæsare Bonhomio, quem illi sacris in rebus Institutorem dederat : *Quod Comes Federicus vinum bibere cepit, Medicorum Consilio adjuctus, id equidem nisi probare non possum ; sed videndum est, ne Medici ejusmodi sint, quos ait S. Ambrosius totam Christianam disciplinam labefactare, atque suis curationum regulis pervertere. Ibid. Cap. XVI. in notis.*

LXXXIX.

LXXXIX.

Ad Pontificiam in Mediolanenſi Provin-
cia ſedem oculos cupiditatis adjecerat prima-
rius vir Carolo affinitate conjunctus. Unus
impedimentum intulit Borromæus, imparem
illum ratus tanto oneri; cumque gravior ex
hoc haberetur gentilium ſuorum querela,
faſſus ingenue Carolus, mentem ſuam de-
claravit: *Nolle ſe quidquam Eccleſiæ detra-
here, ut genti utilitatem afferret.* Ibid.

XC.

Teneris jam annis Patri ſuo ademit re-
dituum ſacrorum adminiſtrationem, mode-
ſte excuſationem liberam obtendens, *citra
noxam domesticis ſacros cenſus rationibus im-
plicari non poſſe.* Ibid.

XCI.

Cum Romæ degeret Carolus, Ormane-
to, cui curam Eccleſiæ Mediolanenſis interim
commiſerat, plura de invehenda in virginum
Collegia morum diſciplina commendaffet:
primum edendas in Collegio leges juſſit, in
quo Corona Borromæa ſoror, geminæque
item Materteræ verfabantur. *Ibidem.*

XCII.

Clericis ſuis omne cum propinquis contu-
bernium interdixit, hæc illis verba inculcans,
*Ad aurificis, ut ita dicam, ſtateram revo-
canda ſunt propinquorum poſtulata; facile
enim exorari nos ſinimus, niſi religioſa con-
ſtantia animum confirmemus.* Ibid.

CXIII.

CXIII.

Provin.
at prima.
s. Unus
imparem
ravior ex
querela,
suam de-
tia detra-
bid.

Hinc cum Eporediensis Episcopus (idem forte de quo n. 90.) Carolo affinis, qui ad Novariensem sedem adspirabat, illius animum tentasset per Cardinalis Vercellensis literas, maxime voto suo adversarium habuit, hæc Speciano scribentem: *Cardinali Vercellensi hæc referes: me gestire gaudio propter Eporediensis Episcopi dictum, qui scripsit, se idcirco depulsum petitione sua, quod mihi affinis fuerit, id enim summo opere mihi gratum est.* Ibid. in notis.

demit re-
, mode-
is, circa
nibus im-

XCIV.

Ormane-
is interim
virginum
endasset:
jussit, in
eminæque
em,

Domesticis suis nullum unquam e familia exturbavit aut senectute aut valetudine male affectum, neque in Nosocomia amandavit, quæ plura in urbe patebant, sed domo efferri, nisi mortuos, voluit. Hinc cum mediastinum quemdam ad munera obeunda ineptum œconomus missum faceret, vetuit constanter Carolus, & consueto item stipendio imperato, omni famulum labore impostorum, & cura absolvit. Ibid. C. XVII.

CXV.

is contu-
nculcans,
am revo-
ta; facile
riosa con-

Extra urbem hospitanti solenne fuit familiarium curam suscipere, sui unius negligere. Morteroni montes lustrantem improvisus & vehemens imber adflixit; tandem nudos arborum ementium calles sacerdotis cujusdam tectum, seu verius mapale exceperat; ubi cum unus sibi stratus occurreret lectulus, eundem ambabus amplexus ulnis, atque e cubiculo translatus familiaribus offerens;

ferens: *Accipite*, ait, *Filii, ad vestram letitiam hic quietem datur.* Ibid.

XCVI.

Quantum singulos domus suæ seu famulos seu ministros juxta eorum ordinem observaret, explicari vix potest. Si quos enim a manu vel ab Epistolis, vel ab alio ejusmodi officio sibi addictos noctu operam adjungere opus esset; somno adhuc oppressos præstolabatur ad condictam horam patientissime, sin autem longior intercederet mora, ipse ad eorum cubiculum progressus, nomine compellabat leniter, lumenque opponebat surrecturis. Quod si per quiescentium aliorum conclavia esset penetrandum, detractis soleis, caute admodum, & laneo ut ita dicam vestigio ingrediens, curabat diligentissime, ne ulli somnum improvidus excuteret. *Ibid.*

XCVII.

In Borromæi familiam cooptato omnis erat lucri & quæstus abjicienda cogitatio, adeo, ut Ludovicus Andoenus vicarius veniam per literas a Carolo absente postulaverit, per quam sibi liceret parvum ex auricalco Crucis signum ab amico sibi oblatum accipere. *Ibid. in not.*

XCVIII.

Optabat præterea nullum esse inter suos dignitatis discrimen; hinc ad Protonotarium Zappam, qui primus ejus curia esse optaverat, hæc inter alia rescripsit: *Conditiones,*
quas

fram le. quas adjicis, ut primum in tribunali meo locum teneas, multum absunt a mea voluntate, quam ab administris meis requiro, quandoquidem demissi animi significatio a me in familiaribus meis inter cætera postulatur. Ideo opportunum videtur liberam tibi copiam facere, ut solertiam atque operam tuam, cui velis, adjungas. Ibid. in notis.

XCIX.

Nulli unquam ex domesticis suis defuit; eos præsertim, qui in adversam valetudinem incidissent, omni ope sustentandos curabat, dicere solitus: *In eorum subsidium profundendas opes, & citrei mali unius aut ovi voluptatem illis, etiam proposito nummi aurei pretio, emendam.* Ibid. in notis.

C.

Idcirco tam semper sibi addictos, & similes sui familiares habuit, ut in Mantuæ Ducis aula dictum fuerit: *Borromæum duodecim habere ex domesticis, qui Carolo adjuncti, duodecim Apostolorum cum Christo speciem referebant.* Ibid. in notis.

CI.

Cum aliquando Antistes Romana Purpura insignis libere se posse a Dioecesi abesse dicitar, causatus Ecclesiæ suæ angustiores terminos; auream hanc a Borromæo vocem expressit: *Multis animarum millibus Pastorem sollicitudinem certe obrui ac superari: unius autem pretio quantamcumque Pastoris solertiam saltem exæquare posse.* Quasi diceret:

ceret : Impossibile nonnumquam esse , ut unus Pastor multis animarum millibus præsto sit, ac medeatur; unicam vero si haberet, tanti faciendam esse, ut æquum & necesse sit, se totum saluti ejus impendere. *Ibid.*
C. XVII.

CII.

Cum Parochos necesse haberet ad se vocare, frequens Carolo ac solenne fuit illos rogare : *Caverent interim, ne quid detrimenti grex caperet.* *Ibid.*

CIII.

Aliquando sermonem cum familiaribus de vitiis suis instituit, rogavitque adstantes, ut quidquid animadversione dignum in se ipso comperissent, libere objicerent. Itaque cum aliquis reposuisset, nihil in eo censura dignum videri, Carolus respondit : *Timere se, ne nimia severitatis in retinendis legibus notaretur*; adjecit præterea : *Nullum veni indignum puto, nisi qui præfractò animo peccare in leges velit.* *Ibid.* C. XX.

CIV.

Si quem corrigere necesse haberet, ne quod poenæ aut correptionis indicium patet fieret, quantum fieri potuit, solertissime providebat, de nocentium præsertim sacerdotum fama retinenda sollicitus. Ajebat sæpius : *Injustam Sacerdotum moribus notam in nova eos scelera concitare*; deinde apud plebem Mystam semel abjectum, nulla exinde authoritate pollere, & inania fore eorum dicta, si nossent vitam dissentire. *Ibid.*

CV.

CV.

Vestis exterior Caroli præter munditiem
luxus nihil habuit; domestica tamen uteba-
tur lacerna, attrita non minus ac lacera,
quam cum amici aliquando deponendam sua-
derent, *hanc esse Caroli vestem*, respondit,
cum ornatiores aliæ ad Cardinalem duntaxat
spectarent. Ibid C. XXI.

CVI.

Cum strenue suis impensis ædificandas
suscepisset eximio opere & in posteritatem
memorando Canonorum primarii templi
ædes, Borromææ familiæ insignia sectis lapi-
dibus præfixa dolens, turbari scalp pro, aut
eradi voluit; causam vero addiderat imperii,
dicens: *ædificium illud non Borromæi opus*
esse, sed Mediolanensis Antistitis. Ibid.

CVII.

Plenam superbiæ consuetudinem, suisque
etiam decretis in synodo confixam, execrari
solutus erat, ut sacræ vestes, aut vasa dono
in usum templorum concessa, donantis aut no-
mine, aut symbolo exterius ornarentur, ra-
tus muneri pretium decedere, quod fama &
laus munerantis absorberet. Ibid.

CVIII.

Cum aliquando Antistes quidam exqui-
situm tibialium nitorem objecisset oculis,
acriter suggillans, *præluere*, ajebat Carolus,
cæteris Episcopum debere vitæ exemplo, non
vestium ornamento. Ibid.

CIX.

Episcopus Savonensis certior factus de quadam conspiratione in S. Carolum, mox equitem citato cursu ad Cardinalem misit, qui per Epistolam de periculo Carolum moneret, & hostem detegeret. Sed vir sanctus ne resignatam quidem Epistolam, equite adstante, atque admirante, combussit, inquires: *Gratias tibi eques amantissime ago, meoque nomine Episcopo Savonensi ut agas, literis tuis velim; meis ocyus ut habeam præstabo. Hostium nomen nosse nolui; cum enim mihi ad litandum properanti omnis simultas deponenda sit, cavi, ne quem unquam odisse possim.* Ibid. C. XXII.

CX.

Cum aliquando turbata omnia in Mesauis esse appareret, & facile antiquandas leges, quas Carolus summo labore firmaverat, dum Synodum haberet, nova subsidia exquisivit, qua de re multi operam ulto detulere suam. Præ cæteris vir quidam primarius & miseræ Provinciæ maxime opportunus in tanta necessitate noluit diligentiam suam desiderari; ad se venientem Cardinalis excepit, ejusque voto intellecto, mox subridens addidit: *Te pluris facio, quam ut leviori hoc negotio te implicem; alicujus pretii homines volo, non summi; magni nimis dæmonis conatus facimus, si homines opponimus similes tui.* Ibid. in notis.

CXI.

ctus de
n, mox
n misit,
dum mo-
sanctus
uite ad-
nquiens:
meoque
, literis
præstabo.
im mihi
as depo-
m odisse

Onerabat interdum quotidianos Caroli cruciatus superveniens febris, nihil interim remisso corporis suplicio; imo vulgata apud plures Borromæi sententia fuit: *Ecclesiæ curis implicitum hominem non nisi tertio febris recurrente motu, decumbere unquam licere.* Ibid. Cap. XXV.

CXII.

A Francisco Panigarola olim deprehensus nigra & lacera veste indutum esse rigente tunc hieme, ac rogatus, ut frigus meliori lacerna depelleret, subridens lenissime reddidit Carolus: *Alia nec mihi suppetit; nec si suppeteret, placet; decentior ad dignitatem non ad Carolum vestis spectat.* Ibid.

CXIII.

i Mesau-
as leges,
rat, dum
quisivit,
re suam.
t miseræ
anta ne-
siderari;
ejusque
dit: Te
egotio te
olo, non
tus faci-
ti. Ibid.

Julius quidam Petrucius hortabatur Carolum, ut lecti frigus moderato ignis calore temperaret. Aspernatus hoc commodum Cardinalis, utpote nimium sensibus fovendis opportunum, *alia ab igne, inquit, præstantior calefaciendi strati ratio suppetit; si nimirum strato ipso frigidior decumbas.* Ibid.

CXIV.

Hospitatus in Provincia sua apud Antistitem, symphonicos pueros convivio indutos audit. Hoc tacitus non tulit Carolus; sed tum primum fastidiosus, illud aurium lenocinium respuit, atque ad Episcopum conversus: *Esse hoc, ait, Episcopi, ut omnia sensus nimium permulcentia omni contentione refugeret.* Ibid.

CXV.

Alias Sacerdotem administrum suum in-
tuens, qui pranso sibi vinum afferri jusserat,
fuggillavit, inquiens: *Hoc esse voluptati ser-
vire, quæ, ubi rationis frænum excuteret,
postera die idipsum suasura esset. Cum vero
ille responderet, id non voluptatis causa fa-
ctum, sed ut arentem linguam irroraret: hoc
ipsum, reddidit Borromæus ad voluptatem
spectat; multoque satius est sitim pati, quam
depellere. Ibid.*

CXVI.

Cum nova subire & majora semper onera
contenderet Carolus, occulta quadam vi re-
fici, & recreari videbatur, ac minus valere
cœperat, cum minus esset agendum. Hinc
ubi quosdam audiret monentes, ut modum
agendo imponeret, reponere solebat Cardi-
nalis: *Se agendo duntaxat valere. Meminisse
se, cum Romæ in juventutis flore degeret,
adeo æstu debilitatum, ut levissimum, ex se-
rico pileum sustinere vix posset; contra, cum
Mediolanensem agrum lustraret fervido sub
Jove, pileum cum galero capiti impositum
nihil sibi molestum videri. Subtexebat dein-
de appositam rationem, scilicet, ex muneris
obeundi opportunitate dari divinitus homini-
bus consentaneas vires; unam agentis opti-
mam voluntatem requiri, & promptam ad
omnia operam postulari; cæterum Deum nulli
ex famulis suis deesse, ut, quæ muneris sui
sunt, facile exsequatur. Ibid. C. XXVI.*

CXVII.

Rogatus aliquando, ut præter panem delicatiore cibo aliquo uti vellet, respondit: *Hoc pacto abesse cruditatis periculum; & solutiorem mentem ad negotia post meridiem expedienda afferri. Ibid. in notis.*

CXVIII.

Alias item monitus, ne Dicecesin lustrans in meridiano æstu, ut solebat, iter faceret; subjicit: *Imo sibi percommodum videri, cum æstivus aer lenior afflet citatissime equitantibus, quam segniter otiantibus. Ibid.*

CXIX.

Suadebant aliqui Carolo, ut longiorem quietem naturæ daret; utque consilio vim adderent, inculcabant dictum Patris cujusdam, cæteroquin gravissimi, somno septem horarum spatium præfinientis, ut firmiores ad labores subeundos vires humanum corpus afferret. Verum ille nihil dicentis auctoritati detrahens, neque suæ virtuti, sapienti responso dictum elusit, inquiens: *Hæc cum ille diceret, de Episcopo locutum non puto. Ibid.*

CXX.

Alteri, qui eum in sua abstinentia dehortari conabatur, scripsit: *Quod autem pro tua charitate vereris, ne vel mihi vires infringam, vel mortem accelerem, ita habe: Cibi abstinentia & corporis valetudinem tuetur, & mentis usum mihi solutiorem ac liberiorē affert. Itaque multum temporis, quod*

*in cibo decoquendo consumere alioquin mihi
necesse esset, id totum utilius variis in rebus
negotiisque explicandis pono. Ibid. in notis.*

CXXI.

Ludovico Granatenfi circa suam abstinentiam inter alia scripsit: *Est paucis natura contenta. Sæpius in die cibum capere, epularum varietatem adamare, delicias in mensa querere delicati hominis est; Episcopum autem, qui profitetur, se velle aliorum incommoda ac labores suis minuere, ac sublevare, minime omnium decet esse vel videri delicatum. Ibid. in notis.*

CXXII.

Margaritam Trivultiam Patris sui uxorem, eximiis moribus & religione Matronam numquam adlocutus est solus, & Melegnani Dominam Mediceam Consobrini conjugem cum admisisset ad colloquium adstantibus Moneta & Castano, hunc forte, alia urgente causa, dilapsum ex cubiculo, & mox ad se redeuntem corripuit libere; atque criminis loco habuit, quod sibi cum affini Matrona loquenti unum duntaxat comitem reliquisset. C. XXVII.

CXXIII.

Cum sciret aliquando Carolus, Diarium rerum suarum ab uno aliquo ex ministris suis conscribi; atque in eo legisset adnotatum, quemadmodum ipse Monasterium esset ingressus, nulla addita causa, propter quam ingredi debuerat; acriter scriptorem repre-

hen-

hendit," inquit: *Dedecere admodum scribi, Episcopum aliquando Monasterium virginum fuisse ingressum; nesciri autem datam justam ingrediendi occasionem.* Ibid.

CXXIV.

In literis suis, cum aliqua inhonesti criminis injiceretur commemoratio, semper commune noxæ nomen delere consuevit. Cum incesti sceleris vocabulum legisset, substituit crimen inter consanguineos. Sodomiam alias obliteravit, & verbum supplevit criminis pessimi. Alibi pro concubitu cum Dæmone, usurpavit atrox illud & horrendum scelus. Ibid. in notis.

CXXV.

Cum aliquando ad primarii Equitis domum divertisset, decumbenti illius uxori præstiturus charitatis officia Borromæus, atque forte in suos prætereuntis oculos incurrisset obscenæ quædam imagines, domo illa propere egrediens, atque ad Equitem conversus, *quamdiu*, ait, *hujusmodi imaginibus hic locus erit, tamdiu me ab ædibus tuis jubebis exfulare.* Ibid. in notis.

CXXVI.

Rogaverat Carolum aliquando vir cæteroquin gravis, cur ab ea consuetudine apud Principes, & religiosos Præsules passim recepta & frugifera etiam abhorreret, ut rerum alibi gestarum exactam notitiam acciperet; cui Cardinalis, *alienam* respondit, *esse hanc curam ab Episcopi munere, cujus est in lege Dei*

die ac nocte meditari, & cogitationem omnem ab humanis rebus avertere. C. XXVIII.

CXXVII.

Curam de recta ecclesiasticorum redituum administratione, ut penitus evelleret, nihil nisi utiliter volebat expendi, sæpissime commemorans, eorum rationem Divino iudici reddendam. Hinc Glusiano aliquando hac super re differenti dixit: *Mandatum a se Archiepiscopatum censuum Procuratori, ne teruntium ullum ex iis profundi sineret, cuius male expensi causam esset Deus aliquando exacturus.* Ibid.

CXXVIII.

Cum idem ipse Glusianus præfectus esset inter cæteros Collegii Helvetici administrationi, a Carolo accepit supplicem libellum, in quo Pharmacopola Collegii oscitantiae reus arguebatur. Sed cum Pharmacopolæ ejusdem opera Cardinalis uteretur, eundem Glusiano, rem integram deferre voluit in hæc verba: *Hunc ergo hominem probum censeo, sed cum mihi operam suam locet, timeo, ne ineptus in hac causa Judex sim. Tuum igitur erit consulere, nequid detrimenti collegium capiat; neque quidpiam mitius causa mea statuas, nam licet recta mihi sit de hoc homine opinio, falsa tamen me opinione laborare non posse, quis affirmet?* Ibid. in notis.

CXXIX.

Guilielmi Sirleti vota repudiaverat, qui orabat, ut filiam suam e sacro fonte susceperet,

omnem
VIII.

n redi-
velleret,
epissime
no judi-
ndo hac
m a se
ori, ne
ret, cu-
liquan-

ret, respondens: *Numquam passurum, se-
reum male educatæ prolis esse; nam cum illa
Romæ nutriri deberet, ipse commode non po-
tuisset eamdem christianis institutis erudire,
ut susceptores decet. Ibid. in notis.*

CXXX.

Difficilem Carolus, imo invictum se præ-
bebat, siquid de sanctionibus suis, aut de in-
ducta morum disciplina ut minueret, roga-
batur. Ajebat enim: *E minimis aliquando
dementiæ principis majora semper damna
proficisci, & rerum deinde omnium ruinam
consequi. C. XXIX.*

CXXXI.

Stus ef-
admini-
n libel-
oscitan-
rmaco-
ur, ei-
voluit
probum
cet, ti-
ex sim.
trimen-
mitius
nihil sit
opinio-
Ibid.

Hinc cum ex Primariis Mediolanensium
Matronis quædam audisset, gravi morbo cor-
reptam filiam in Monasterio quodam decum-
bere, copiam sibi illius adeundæ fieri po-
stulavit. Matris amantissimæ voto intellecto,
plus disciplinæ Virginum, quam illius amo-
ri consulturus Cardinalis, libere respondit
in hæc verba: *Brevis admodum tibi erit fi-
liæ videndæ voluptas; sed diuturnius omnibus
moderatione tua statuetur exemplum, ut de-
creta nostra integra maneat; quandoqui-
dem tua in tam gravi causa Monasterii clau-
stris adeundis abstinentis autoritas cæteros
ad imitationem excitabit; atque exinde exem-
plum tuum proponere poterò, ut reliquas
omnes in officio contineam. Ibid.*

t, qui
discipe-
ret,

CXXXII.

Cum intelligeret Carolus, enervari jura non raro, aut utilitatis, aut gratiæ occulta vi quadam; ne hisce de causis ullus ex suis ab æquitate defleceret, externos homines semper in curiam induxit, *eoquod, cum minus conjunctas habeant rerum suarum cum civibus rationes, minore etiam juris minuendi periculo laborarent.* Sed quemadmodum ab exteris viris jus dici, sic contra a suis duntaxat administrari Ecclesiam voluit. *Ibid.*

CXXXIII.

Cum Cardinalis Henricus, qui ad Lusitaniæ thronum evehendus matrimonium inire tantum non compellebatur, Carolo scriberet, ut hac in re mentem suam aperiret, hoc Matrimonium per dispensationem ineundum penitus dissuasit, inter alia scribens: *Præstare regnum hærede privari, quam castitate Sacerdotem.* *Ibid.*

CXXXIV.

Quidam a Carolo sententiam rogatus, de causa quadam, quæ in consultationem venerat, quemadmodum fit responderat: *Illustrissime Domine, si libere depromere mihi licet, quod sentio, effabor.* Carolus audito proœmio, contracta ocyus fronte, *an tu,* inquit, *aliquando minus libere dicis? certum hoc habe: numquam me tibi amicum fore, si aliud dices, quam sentis; neque ejus utar unquam consuetudine, cujus verba ab animo dissentiant.* *Ibid.*

CXXXV.

CXXXV.

Cum Medelienſes contra Carolum agerent, & in juridico ſuo proceſſu dicerent, fore in Archiepiſcopi Archivo documenta quædam ſibi opportuna: Carolus ſtatim ad vicarium ſuum literas dedit, imperans, ut patere iis tabularium omne ſineret, & documenta hauriri etiam, quæ jus ſuum oppugnare viderentur. Ibid. C. XXX. *in notis.*

CXXXVI.

Dati acceptique rationes inire cum domeſticarum rerum Procuratore aliquando voluit Carolus, quibus comparatis, cum ſibi creditos ex ære alieno trecentos nummos eſſe conſtaret, opulentiam veluti ſuam admiratus, *magis decorum eſt, inquit, Epifcopo, ſe in ære aliorum eſſe, quam alios habere in ſuo; verumtamen Mediolani Archiepiſcopo pudendum eſt, minus quam tria nummorum millia debere.* Mox ſacras veſtes ad Metropolitanæ templi ornamentum comparandas mandavit, quarum pretium hanc ſummam perfecte æquaret. Ibid. C. XXX.

CXXXVII.

Quem familiari rei curandæ præpoſuerat, audiit aliquando, nimis in eam curam incumbere, ut Archiepiſcopales cenſus augeret iis etiam artibus, quæ eccleſiaſticum virum non omnino decerent, etſi nihil unquam ab eo contra jus actum apparebat. Sollicitum habuit Carolum levis hæc Procuratoris macula, atque ad ſe coram domeſticis evoca-

tum

tum vehementi oratione perstrinxit, adlegans: non unum duntaxat Episcopum sed ejus etiam ministros nullam præ se ferre debere cupiditatis opinionem; fulgere Antifites non divitiarum splendore, sed rerum humanarum despicientia; importunum opum amorem in ministris tenebras quasdam Domini exemplis affundere; demum intercipi hac ratione animarum fructum, qui summam duntaxat liberalitatem consequitur. Ibid.

CXXXVIII.

Causidicorum jurgia & forensem strepitum suis maxime in causis refugiebat, ita tamen, ut institutas de Jure ecclesiastico controversias acerrime prosequeretur. Procuratores sui Romæ litem Cardinali cuidam intulerant propter annum duodecies mille nummorum censum percipiendum, quem ad Borromæum spectare affirmabant, & licet iudices Caroli causæ favere jamjam inciperent, mox jussit, interrupta actione judicium consistere, & de jure suo voluntarie decedens, atque adversariis largitus, quod optabant, scripsit: Nolle se humanis hisce de causis animi a Divinis abstrahere; indecorum esse, in fratrem judicio contendere; stare hoc inflexum animo, ut nullam exinde de privata re sua cum quopiam controversiam institueret; præstari in causis pati, quam agere; jurgiis hujusmodi seri dissidia, non dirimi; & perceptam ab adversariis hisce de rebus molestiam non satis redimi, quantocumque rei humane incremento; nihil demum sibi magis probari, quam pacem atque tranquillitatem. Ibid.

CXXXIX.

CXXXIX.

t, adle-
pum sed
se ferre
Ante
ed rerum
um opum
quasdam
n interci-
qui sum-
tur. Ibid.

n strepi-
t, ita ta-
tico con-

Procura-
lam intu-

ille num-

ad Bor-

cet judi-

ciperent,

ium con-

cedens,

otabant,

rusis ani-

um esse,

hoc infi-

rivata re-

titueret;

Nihilominus cum tantam auri vim effunderet, ne nimiam quidem æris partem, aut ineptis aut levibus de causis sibi suisque commodis unquam impertivit, atque adeo de affinium suorum commodis cogitationem omnem abjecerat, ut nullius excitandi aut reficiendi ædificii curam suscepit, quod aut gentis splendorem augere, aut familiæ rationes adjuvare putaretur; dicere solitus: *Nihil de ecclesiasticis censibus esse in Episcopi potestate præter dispensationem; idcirco Episcopi liberalitatem non in eo sitam esse, ut largiatur, quibus velit; sed iis, quibus debeat.* Ibid.

CXL.

Non obstante profusa sua liberalitate vel in donando, parcitas admirabilis in Borromæo fuit. Cum aliquando ad eum accessisset alienigena parem nobilitati corporis cultum præferens, & eleemosynam ab eo pudentibus postulasset: Cardinalis vestium magnificentiam conspicatus splendide donare hominem constituerat. Mox secum perpendens tacitus, in hac liberalitate famæ potius captandæ desiderium, quam virtutem latere, vim cupiditati suæ intulit, & periculi sui magis quam alienæ inopiæ ratione habita, denariolum argenteum petentis manibus inseruit, nec tenuius unquam certe aliquem a se donatum dimisit. Ibid.

CXLI.

XIX.

CXLI.

Quæ peculiaris Borromæi fuit liberalitas, eam semper ab aliis postulavit. Munerat aliquando Carolus Specianus non sine gaudii ostentatione, quod ducentos aureos in nascentis Collegii Helvetici subsidium impetrasset. Cui Carolus respondit, *pusilli eum animi esse, qui tam levia magni faceret. Hinc preces admovit, ut quadringenti impetrarentur, & revera obtinuit. Ibid. in notis.*

CXLI.

Idem Specianus, utpote Procurator suus, rogaverat, ut certum sibi pro curis demandatis designaret stipendium; nam identidem solum pro diligentia munerari eum consueverat. Hoc Carolus audito, reposuit; *gravem sibi impensam videri, ut pro negotiis suis incertis certam auri summam expenderet. Ibid. in notis.*

CXLI.

Optaverat aliquando Specianus, ut egregii artificii sacram tabulam emeret Carolus; verum hic sciens eam Speciani esse rescriptam, accepturum se, si offerretur dono; nam quidquid in hæc minus necessaria impenderetur, id totum pauperibus detrachi. Ibid. in notis.

CXLI.

Cum liberaliter sua profunderet Carolus, exigere tamen etiam laudabiliter solebat, quod solvendum a divitibus erat. Hinc cum differri pensionis solutionem postularet Cardinalis de Gambara, causatus importuna

gran-

liberali-
Mo.
non si-
tos au-
bfidium
, pusilli
faceret.
enti im-
Ibid. in

or suus,
deman-
entidem
confue-
t; gra-
tiis suis
enderet.

it egre-
Carolus;
scripsit,
n quid-
eretur,
notis.

Carolus,
olebat,
nc cum
et Car-
ortuna
gran-

grandinis damna, per Procuratorem respon-
dit Carolus: *Parum se ejus damno commoveri;*
facile posse numerari, quod debebatur, si de Gam-
bara pretiosa aulaea & opulentam suppellectilem
vendidisset. Ibid. in notis.

CXLV.

Certe Cardinalis hujus luxum sæpe ami-
ce increpuit, & lepide alibi ad eundem
scripsit: *Non ignoras, quantum tibi observan-*
tiae deferam; atque optem, ut mea omnia tui
sint juris. Utinam tua juris sint mei; nam sum-
mopere vellem, datam mihi hujusmodi potesta-
tem Bagnaie in villa tua exercere, ubi jube-
rem arefcere sumtuosos illos fontes tuos, & im-
moderatis expensis tandem finem aut modum ali-
quem imponerem. Ibid. in notis.

CXLVI.

Tanta erat Caroli in omnes largitas, ut
rei domesticæ curatores adeo querelis suis
Cardinalis aures obruerent, quatenus hac in
re modum statuere & tandem expensas ac-
ceptis æquales facere dignaretur. Sed nec
latum unquem a liberalitate sua discessurus
Carolus respondit: *Nil imminuendum esse de*
consueta largitate, quando quidem, si impares
reditus domestici viderentur, par certe expen-
sis etiam majoribus divina Providentia esset. Ibid.
C. XXX.

CXLVII.

Nimirum præ omnibus liberalitatem ipse
æstimabat, ut domesticarum rerum curatori
aliquando reposuerit in hæc verba: *Episco-*
scopum decet hospitalem esse; quare si virtutem
hanc

banc illi velis detrahere, splendidus certe eripis, quod apud homines & Deum habere possit ornamentum. Ibid.

CXLVIII.

Ut omnem vitiorum occasionem Clericis Mediolanum venientibus adimeret Carolus, decreto sanxerat, ne ad cauponas unquam diverterent, & pervium illis apud ædes suas hospitium instruxerat, nitida suppellectili, quæ necessaria tamen videretur, ornatum; addideratque congruum piorum servorum numerum, prout expediens in rem videbatur. Suas insuper adjecerat leges, propter quas canonicam veluti vivendi disciplinam in eum locum invexerat. Qua de re domus Præfecto ærarii census funditus affligendos hoc pacto esse & extremam consequuturam inopiam vere objicienti respondit: *Fam id deliberatum esse omnino; & se Cleri utilitatem domesticis rationibus anteferre; etenim ecclesiasticos homines hac benignitate victos cogitationem omnem in sacris negotiis unice abdituros; plures impostero ex Sacerdotibus haud ita facile gregem deserturos; cum a suis absentes, subire Archiepiscopi oculos deberent, nec unquam nisi justa de causa absuturos, aut ultra necessarium tempus; omnia etiam ab iis abfore pericula, quæ frequentiora esse in urbibus solent; ecclesiasticam disciplinam non esse intermittendam hoc pacto; sed locum duntaxat mutandum; imo sanctiores redire posse fortasse, quam venissent. Deum hac Sacerdotum frequentia continuatam veluti synodum celebratum iri; cum ex hospitibus Ecclesiarum & plebium necessitates cognosci & sublevari facillimum esset. Ibid.*

CXLIX.

CXLIX.

Auri immensam vim tam facile profudit, quam excitatum pulverem ventus disperdit, ac dissipat, dicere solitus: *Inertes in Episcopi domo otiosi pecunias non debere, atque tum bene domesticas res curari, cum aut nihil ex annuis censibus superesset, aut liberalitas nondum exactos census exhausisset.* Ibid. C. XXXII.

CL.

Divendito Uritano Principatu cum con-
ficiendæ essent venditionis tabulæ, effusa est ante oculos auri, argentique vis ingens, quæ quadragies mille nummorum summam explebat. Tantæ pecuniæ aspectus Carolum offendit; in aliud se penetrare recepit, statim ac mensæ illatus thesaurus increpuit. Perfectis vero tabulis inimicam illam paupertatis opulentiam execratus, ut veluti auro polutam domum expiaret, distrahi ocyus ingentem eam summam iussit, & in aliorum usum dividi, ut se importuno onere liberaret. Ibid.

CLI.

Aronensem arcem nobile ditionis Borromææ ornamentum eripi sibi passus est, ne leviter quidem commotus animo, & tantum abfuit, ut integra sibi reddi omnia a Rege Philippo postularet, ut etiam pro se postulanti Pontifici intercesserit, causatus: *Melius tam gravia officia pro Ecclesiæ libertate, quam pro familiæ suæ dignitate esse interponenda.* Ibid.

S. Car. Instr. Past.

K k

CLII.

CLII.

Celebrem Farnesiæ familiæ villam, Caprarolam nomine, ingressus, recta in designatum sibi cubile divertit, ex quo numquam digressus est, ut loci magnificentiam & luxum spectaret. Cum vero aliquis pleno ore splendorem villæ commendaret, in tempestivum Carolus sermonem exosus, ineptas laudatoris voces obruit hac gravi sententia: *Æterna nobis domus, non manufacta comparanda est; & multo nobiliora edificia sunt exstruenda.* Ibid.

CLIII.

Viglevani dum de addito Episcopi testis viridario mentio fieret, subjecit quidam ex circumstantibus, opportunum fore, animi relaxandi gratia, par Archiepiscopo Mediolanensi commodum; cui Carolus: *Nul- lum Episcopus opportunius viridarium habet, quam sacra Biblia.* Ibid.

CLIV.

Dum agrum Viterbiensem prætergrederetur Carolus, in via exceptus Bagnajæ fuerat a Cardinali de Gambara; qui cum immani sumtu nobilissimam illam villam ædificasset, quæ loco nomen fecit, gestiebat per hortos eum deducere, & omnia singillatim indicare. Hæc cum ille magnifice exponeret, & notanda quæque diligentius objiceret, pertinaci silentio Carolus ingratham sibi eam commemorationem testabatur. Tandem cum importunius ille urgeret, has a Borro-

Borromæo voces extorsit: *Satius fuisset Illustrissime Domine! Virginum Deo sacrarum Monasterium excitasse, quam tantum aurium inanissimo hoc ædificio profudisse.* Ibid.

CLV.

Animum a cupiditate alienum aliis etiam ecclesiasticis sibi subjectis instillare satagebat. Docent hoc sapientissima decreta, quibus quidquam in sacris pretio offerri, & venalem Sacerdotum operam pœnis mulctandam constituit. Aiebat: *Sacerdotum ministeria charitate constare, & gratis dandum quod gratis accepissent.* Ibidem.

CLVI.

Quidam Provinciæ suæ finibus comprehensus Antistes, cum in Sacerdotii cujusdam vacui possessionem avidius immineret, ad Carolum celerrime tabellarium miserat, ut aliorum preces præverteret. Intellecta petitione Carolus literas ad Antistitem ocysus dedit in hanc inter alia sententiam: *Nonnullos in ea sede Episcopos fuisse, qui tam tenui censu magnam Sanctitatis suæ famam reliquissent. Imitaretur proinde eorum Sanctitatem æque, ac paupertatem.* Demum apte conclusit: *Non adeo imperatum eum ab opibus videri, utpote qui 60 nummos tabellario ad petitionem suam maturius offerendam numerasset. Si hanc summam ad inopum aut Ecclesiæ commodum reservasset, certe utilius aliquid sibi, atque aliis fuisset acturus.* Ibid.

CLVII.

Conquerenti Speciano, nullas sibi Romæ amplius Caroli superesse pecunias, in hæc verba rescripsit Carolus: *Miraris tam cito fluxisse e manibus, quod mei juris aurum erat? unus ignoras, terrenum hoc esse & luteum.* Ibid.

CLVIII.

Bernardinum Cribellum, qui Archiepiscopalis mensæ negotium nimium quantum agere videbatur, increpuit Carolus, scribens inter alia: *Neque placet ille, qui obtenditur color ecclesiastici patrimonii amplificandi, quod retinere quidem & conservare debemus, non tamen anxie curare, ut augeatur.* Ibid. in notis.

CLIX.

Nobili Brixienfi Carolo de Martinengo eburneum crucifixi Redemptoris signum remittens hæc scripsit: *Facile conjicere potes, quam libenter munus accepissem tuum, verum cum temporis rationem habeam, quo lustrandi munus obo, atque hoc in munere nihil accipere nec possim, nec debeam; idcirco repudiandum est etiam, quod ex manibus tuis venit.* Ibid. in notis.

CLX.

Non solum ipse Cardinalis nihil muneris accepit, sed nec a suis quidquam accipere voluit. Hinc cum Glussianus Cardinali mala Persica aliquot obtulisset, dicendo, *eum*, id est, Carolum, lege sua non teneri: nihil-

hilominus repudiato dono respondit Cardinalis : *Legibus suis obstringi etiam legislatorem. Ibid. in notis.*

CLXI.

Cardinali de Gambara leniter conquesto, quod nullum a Carolo nuntium accepisset, de mascula prole, quam Renatus ejus Patruelis susceperat, respondit Carolus : *Nihil scripsi de prole suscepta a Patruale meo; hæc etenim dona sunt, quibus homo uti, sed etiam abuti quandoque potest; quare ex his non videtur justa admodum offerri letandi causa. Ibid. in notis.*

CLXII.

Cum monitus aliquando esset Carolus de dubia Procuratoris sui fide, respondit : *Nihil minus curo in ministris meis, quam in custodienda pecunia diligentiam. Hoc me Christus ipse docuit exemplo suo, qui cum Judæ avaritiam & furta cognosceret, attamen illi aerarii sui curam demandavit. Ibid. in notis.*

CLXIII.

Nocturni fures Cardinalis absentis ædes invaserant aliquando, & Angli cujusdam, qui inibi hospitabatur, marsupium exteferant. Territus infortunio Audoënus vicarius, Carolum monuit; hoc autem responsum tulit : *Hospitis mei calamitatem doleo, atque ut consulatur curabo; neque id me absente accidisse miror; nam testatum est omnibus, nullas domi meæ pecunias latere. Cave interim*

terim marsupio tuo; quod enim in præsens avertit Deus damnum, tibi forsan alia mox afferet; vide tamen, quantum te angat pecuniæ etiam intactæ cogitatio. Ibid. in notis.

CLXIV.

Cum Cæsar Specianus domesticis Caroli negotiis præpositus acceptam ex divendito Uritano Principatu summam (erat autem 40000. nummorum), ex Cardinalis imperio in partes divideret, postremo singulas divisæ pecuniæ portiones in summam integram redigens, comperisset, male initos divisionis calculos, eo quod plus æris distribuendum jussisset, quam quod esset ærario inferendum, præmonere Carolum cœpit, ut quod excederet saltem, e summa dividenda vellet detrahare; (excedebant autem duo millia) hoc a Carolo responsum tulit: *Supervacaneum sibi videri jam collatum beneficium minuendo corrumpere, & hunc errorem multo utiliorem pauperibus fore. Ibid. C. XXXIII.*

CLXV.

Nonnumquam, ut aliena incommoda depelleret, ad incitas familiam redigere non verebatur Carolus. Ideo rerum suarum Curator, cum domesticis pariter consulere vellet atque externis, monuerat aliquando, ut non, quantum vellet, effunderet; sed quantum posset. Verum Cardinalis præclaro responso obruit querelas, inquiens: *Charitatem nullis teneri finibus; atque adeo libera-*

beralitati, quæ ex charitate proficiscitur, videri modum imponendum nullum. Ibid.

CLXVI.

Annuam ex Toletani Archiepiscopatus censibus pensionem reliquis dimissis, retinere semper idcirco Carolus voluit, ut liberalius cum miseris ageret. Accusabant proin in quotidiana æris penuria Cardinalem domestici, quod dimittere alios ecclesiasticos census antea voluisset, quoniam qui superebant, tam bene collocaret; verum ille nec vetus consilium damnans, nec præsentem tenuitatem dolens, respondere consueverat: *Munificentius agere eum, qui arborem cum fructibus; quam qui fructus sine arbore donaret. Ibid.*

CLXVII.

Alias etiam parem ab Antonio Seneca querimoniam audiit Carolus; qui intuens pestilenti anno, septuaginta circiter inopum millia unius Cardinalis ære, atque opera sustentari, importunam illam tot reddituum abdicationem objiciebat, cui Carolus respondit: *Numquam pœnitendum illud consilium fore. Sic liberatum se esse infinitis laqueis, in quos se induisset, censibus illis retentis; latere magnum æternæ salutis periculum in Christi patrimonio optime administrando. Se rationis Divino judici reddendæ onere fuisse sublevatum. Præterea dentam sibi etiam improbam opulentorum curam esse, ut quidpiam domi minus necessarium haberet. Denique Episcopo unam dotem sufficere; quan-*
doqui-

doquidem unicam, cui hæerere deberet, sponsam duxisset. Ibid.

CLXVIII.

Literarum studio adeo addictus fuerat Carolus, ut tres aut quatuor siue diurni, siue nocturni temporis horæ in id fuerint constitutæ, quamvis obeunda Dioeceseos aut Provinciæ cogitatio distraheret. Nihilominus ubi gravius quidpiam incidisset, Pastorale officium voluptati lectionis præferebat, atque hæc erat frequens illius sententia: *Tantum esse debere in deliciis Episcopo literas, quantum muneris sui ratio patitur. Nec enim aliud studiis impendi ab eo tempus posse, nisi quod vacuum a negotiis relinquitur, aut ad melius sustinendas, quæ suæ sunt partes, postulatur. Ibid C. XXXIV.*

CLXIX.

Neque uni studiorum generi se applicuit Carolus; alia insuper atque alia successe-
rant doctrinæ ornamenta, dicebat enim: *Infimi pretii hominem videri, qui in una duntaxat genere excellens, ad alia etiam, imo omnia, quæ sciri possunt, animum non adjiciat. Ibid.*

CLXX.

In conferendis Sacerdotiis sola personæ merita inspiciebat, aliorum vero precibus nihil tribuebat; imo adeo se difficilem gratiosorum hominum postulatis præbebat, ut hoc uno repulsam laturus Candidatus crederetur, quod magnifica sibi commendatio-

ne aditum ad impetrandum muniisset. C.
XXXV.

CLXXI.

Sacerdotia numquam veterum laborum mercedem esse putavit, sed novorum initia; quod si præmium etiam esse posset, numquam sane hoc beneficii genere domesticos suos munerari voluit, inquires: *Christi Patrimonio male admodum alienam servitutem rependi. Ibid.*

CLXXII.

Pensiones annuas numquam fivit ab ullo suorum persolvi, imo etiam desiderari; primo: Ne desides atque otiosi alienis redditibus alerentur. 2do Quia Ecclesiis optimi Moderatores attribui non possunt, si iusti imminuantur census. 3tio Quia Ecclesiastici pensione gravati pietatem ac religionem non tam bene exercere possunt. 4to Quia est contra mentem eorum, qui opulenta prædia templis legarunt. Addebat insuper: carere cum Pastoralis virtute Antistitem, qui Sacerdotes residentiae, ut vocant, gravatos onere, novo & minus ferendo pensionum iugo opprimeret, præsertim si illis animarum cura commissa esset. Solis iis pensionem assignari permittebat, qui diuturnam & perutilem Ecclesiae operam navassent, aut alendi essent senio, vel morbo confecti, qui aliunde vitae subsidia difficile peterent. *Ibid.*

CLXXIII.

Minoribus titulis, quos *simplices* appellamus, perraro quemquam ornabat, sed Pontificia, qua pollebat, autoritate, aut eos Basilicis addicebat, ad excitandam psallentium in choro diligentiam; aut Parœciis, si quæ cooperatoris subsidio indigerent; aut etiam iis, qui ordine superiores cæteris, impares dignitati redditus habebant. *Ibid.*

CLXXIV.

Hiscæ tamen nonnumquam usus est titulis, tamquam congruis ad inaugurandos Sacerdotes censibus, eosque præsertim, qui opportunis carentes redditibus, initiari juxta conciliorum sanctiones non possent, & magnam concitarent expectationem sui. *Ibidem.*

CLXXV.

Statuerat autem beneficium hoc suum certo tempore definiri, & abdicare se his titulis hujusmodi Sacerdotes jusserat, quoties donari eos aliis contigisset; statuit enim ad amovendam avaritiæ labem, ut uno contenti titulo esse mallent, licet pluribus augeri Canones sinerent. *Ibid.*

CLXXVI.

Illud vero maxime intolerandum malum execrabatur, & dolebat intime, quod qui aliis Sacerdotia deferrent, Candidatorum magis commodo, quam Ecclesiarum utilitate ducerentur; hinc dicebat: *Episcopo non illud esse curandum, ut ecclesiasticum*
Sacer-

Sacerdotio insigniret, sed ut Sacerdotium ipsum viri dignitate ornaret; hoc enim pacto facile servari rectum justitiæ ordinem, & illud maxime vitari incommodum, ut admoti sacris Præfecturis homines citius impositum Onus deponere cupiant, & imponenda deinde curent consanguineis, aut amicis, qui sustinendis hujusmodi oneribus impares sint. Quas ille abdicaciones dignissimas lachrymis appellabat, & sordidam Christi patrimonii negotiationem. Ibid.

CLXXVII.

Vacuam Nobilis cujusdam Præfecturæ possessionem dare cuipiam ex suis meditabatur Carolus, quem sibi diuturno ministerio addictum intus & in cute noverat. Verum sollicitum Carolum habebat perspecta jam diu viri indoles, quem opinionis suæ retinentissimum, difficile a suscepta semel sententiâ dejici posse compererat. Quare apparebat, hominis constantiam non raro disciplinæ perutilem, posse tamen aliquando in pertinaciam erumpere plenam periculi, utpote quæ Collegii, cui præficiendus erat, pacem turbare posset; ad quindecim dies itaque suspenso animo hæsit deliberaturus, continuata prece, Deum primo, deinde in privatis colloquiis suos in consultationem adhibuit, demum evocatum ad se hominem sic placide interpellavit. *Nullum umquam libentius Sacerdotium a me attributum cuipiam censeo, quam quod in te sum collocaturus, duo tamen a te exigo: primum ne, quod imponetur onus, umquam abjicias: alterum,*

terum, ut illud ferens, auxiliariam adjungas Archiepiscopo manum in ecclesiastica disciplina retinenda, atque amplificanda. Tum ille utrumque libentissime spondens: *Primum*, inquit, *a me Christi lex postulat; alienam enim rem diripio, si inire censuum ecclesiasticorum possessionem velim hac impia mente, ut me sacerdotio abdicem; alterum vero ut exsequar, cum mihi praefidere non possim, Deum oro, obtestorque, ut me vivis eripiat, si quando praevideat, me disciplina conservandae adversaturum, quam tamdiu ut custodirem, tecum laboravi.* Erexit summo opere & refecit Carolum tam apposita & homine digna responsio; quare e vestigio ornatum Sacerdotio dimisit; & sane opportunissimum semper Pastoralium curarum socium, atque administrum sibi habuit, & successoribus reliquit. *Ibid.*

CLXXVIII.

Solitus erat Carolus plerumque non rogantibus sacerdotia conferre; hinc ingens semper erat ad tribunal solitudo petentium, quum praefixis literis dies dictus erat, ut Candidati ad vacantem titulum convenirent; noverant enim omnes, se, utpote Cardinali perbene notos, nec justa umquam spe dejiendos, neque Cardinalem aliquando ullius oblivisci posse; adeo, ut etiam indigni beneficio apud ceteros viderentur, qui postulassent. Nihilominus metuens Carolus ne de Tridentini sanctionibus quidpiam imminueret, cum in Praefecturis sacris distri-

buen-

buendis voluntaria abesset Candidatorum petitio, Pontificium consulere oraculum statuit, rogans, an sibi pro arbitrio destinare non petentibus illas liceret? Re intellecta Gregorius effusis laudibus singularem Cleri Mediolanensis moderationem prosequutus est; atque intelligens, eam ab optimis Caroli placitis profectam respondit: *Licere id Mediolani fieri; utinam vero id alibi etiam præstari licuisset.* Ibid.

CLXXIX.

Ubi ergo probatus quis præ cæteris esset, eum dignitate aliqua & munere ecclesiastico ornabat, in hæc verba humanissime dimittens: *Fili, non Sacerdotium tibi, sed te Ecclesiæ dedimus. Ideo tuum est religiose, & solerter in iis, quæ Dei honorem, & animarum utilitatem spectant, illi inservire. Cum tuam Ecclesiam lustrabimus, diligenter in mores inquiremus tuos, atque an decreta & edicta nostra custodiantur. Pastorales literas ad populum tuum dabimus, testes fiduciæ nostræ, quam in pietate, religione, & charitate tua collocamus, quemadmodum in conciliis ediximus. Pacificus sit ingressus tuus, & tibi Deus adsit.* Ibid.

CLXXX.

Neque auxilio suo adesse Ecclesiarum Rectoribus recusavit, cum nollet honesta a sacerdotibus suis vitæ commoda desiderari, Preontii populum monens, ut iusta factorum Præsidi subsidia conferret, hæc agebat:

bat: *Cur grave videatur Parocho vestro bene a re domestica esse. Etenim quo minus ille terrenis rebus adjiciet animum; eo diligentius, atque intentius in sacra incumbet; neque honestis commodis Sacerdotem carere decet. Quod si graves doletis in templi nitorem atque ornamenta factas impensas, ne vos ignorare videmini, quo vos apud Deum optimum maximum merito cumulaveritis, quod certe maximum est; neque enim homines umquam hujusmodi de causa excedere modum possunt. Ibid. in notis.*

CLXXXI.

Eximiam morum integritatem ab Ecclesiæ suæ ministris exegit. Osnagi Rectorem, qui de more sermonem a se habitum per literas ad Archiepiscopum miserat, cum inani quadam gloriolæ ostentatione, sic brevi epistola monuit: *Reverende Paroche! Missum a te sermonem accepi, & pro certo habeo, gratos etiam futuros, quos in posterum mittes, multo autem gratissimos fore, si christiana humilitatis accefferit commendatio. Ibid. in notis.*

CLXXXII.

Tradati Parochum de censuum tenuitate conquerentem sic corripuit: *Quod scribis, multa tibi isto in loco commoda deesse, id optimum tibi ducō, quoniam prima hæc fuit tua hanc Provinciam ingredientis cogitatio, ut humana prius commoda tua curares, quam populi istius utilitatem & Ecclesiæ decus.*
Quare

Quare patienter ea feras, moneo, ut a te ipso erroris tui pœnas exigas. Ibid. in notis.

CLXXXIII.

Ægre admodum patiebatur ab Ecclesiæ suæ sinu optimos, si quos aliunde nancisceretur, administratos divelli. Quare cum Joannes Bapt. Castellus Episcopus Ariminensis Paulum Salodium, quem Carolus Seminario Mediolanensi præfecerat, in Patriam revocaret, in alia hoc a Cardinali responsum tulit: *Ne te, quæso consilii pœniteat tui, nec tollas quod jam diu dedisti; pro certo autem habe, non minus urgeri me Ecclesiæ Mediolanensis necessitate, quam te Ariminensis. Ibid. in notis.*

CLXXXIV.

Tanta sub Carolo pax ac rerum tranquillitas viguit, ut mutum jurgiis forum, & elinguis contentionibus curia esset; quandoquidem nec, abdicatis Sacerdotiis, successeurs laceſſebat abdicantium aviditas; nec mutatis de censuum inæqualitate ferebantur controversiæ; cum reddituum cogitationem omnem in paternam Antistitis curam rejicerent universi, nec ullam aliam, nisi de virtute, probisque moribus, susciperent. Equidem ipsius Caroli hæc erat sententia & frequens vox: *Facile ecclesiasticam disciplinam inseri mentibus posse, & pravas radices, unde stirps malorum omnium in Domini vinea exoritur, nullo negotio evelli, si omnis avaritiæ & cupiditatis exstinguatur in sacerdotibus amor; hæc autem malorum*
semita

semina exstirpari, si Christi patrimonium dividens Antistes, dignitatem Candidatorum spectet, non officia; & Ecclesiae potius aestimet tempora, quam ecclesiasticorum. Ibid.

CLXXXV.

Cumulabat demum delata Sacerdotibus beneficia liberalitate sua Cardinalis; atque hoc complementum addebant promulgata pro curiae administris edicta. Etenim nihil de beneficio decerpebant, aut scriptorum insatiabilis opera, aut diplomatis referendi necessitas. Statuerat ille, literas possessionis ineundae Sacerdotibus dari omni sumtu absolutas, precio uno Chartae, & amanuensis praescripto, quae omnia cum certis limitibus ex edicto praefinita essent, opulentissimi licet Sacerdotii diploma unico numero semper aestimabatur.

Ibid.



monium
laturum
us asti-
Ibid.



dotibus
; atque
mulgata
m nihil
iptorum
eferendi
fessionis
ntu ab-
nanuen-
tis limi-
dentissi-
num-

APOPHTEGMATA

SEU

CONSILIA, RESPONSA ET DIRECTIONES,
QUIBUS SE, ALIOSQUE AD PERFECTIO-
NEM ANIMABAT

SANCTUS

FRANCISCUS DE SALES.

I.

Quoniam S. Franciscus tam densas tenebras in intellectu passus est, ut sibi videretur a Deo rejectus & æternum derelictus degere, fuissentque vexationes istæ adeo vehementes, ut eidem omnem comedendi orexin atque somnum adimendo, & vicissim ejusmodi ictericorum flavedinem inducendo, ut, licet alias fuisset juvenis formæ præstantissimæ, non amplius agnosceretur: Nihilominus tantæ fuit magnanimitatis, ut hanc generosam fecerit conclusionem: *Si Divinam bonitatem in altera vita laudare non posset, saltem in hac fideliter se illi inservire velle.* Postquam autem ad B. V. confugit, mox illa per totam animo reddidit.

S. Car. Inst. Past.

Ll

dit

dit sanitatem, corpusque integræ valetudini ita restituit, ut ex omnibus artubus veluti leprosæ squammæ decidere viderentur.

II.

Supremus Christi vicarius S. Franciscum purpuratorum Catalogo jam jam inscripserat, at ubi id rescivit sanctus; hilaritatis loco post profundam animi sui collectionem in hæc verba prorupit: *Si purpureus pileus tribus tantum passibus a me distaret, nullum sane gradum facerem, quo illo potirer; mallem vestes meas sanguinis mei purpura ob hæreticorum conversionem tingi, tunc enim vero perquam libenter illas gestarem.*

III.

Amici sui quondam pro ipso Abbatiam S. Genovesæ tunc vacantem petere constituerant; at vero is illico omnem ipsis vim præcidit cum dicto: *Abunde sua paupertate contentum se agere, multisque molestiis afficiendum, si ampliores divitiæ accrescerent.*

IV.

Aliquando nuntiatum fuerat illi, dum conciones quadragesimales Camberiaci haberet, Magistratum violentas manus bonis suis temporalibus iniecisse; sed nihil inde commotus respondit: *Vult Deus me totum in rebus spiritualibus sibi esse addictum, dum terrenas omnes mihi aufert.* Atque sic

ceptum prosecutus est sermonem eo animi vigore, quo cæteroquin dicere solitus fuerat.

V.

Ipsi cor ad divini amoris exercitia semper adeo dispositum fuerat & paratum, ut neque respirarit, neque adspirarit, nisi in ipso, & ad ipsum. Hinc agebat aliquando: *Si scirem vel festucam alicujus affectionis, quæ non foret amoris divini, in corde meo latitare, confestim illam ejicerem, & neque momento quidem temporis in eodem paterer habitare.* Sollemnissimum enim ipsius erat apophtegma, quo sæpissime usus est: *Aut mori aut amare.*

VI.

Aliquando a precatione reversus plenissimus amore dixit: *Ego hodie mane aliud cogitare poteram nihil, quam bona æterna, quæ nos manent; sed omnia ista aut exigua aut nulla videbantur, nisi foret amor ille immutabilis & numquam otiosus supremi Numinis, qui ibidem perpetuo regit.* Nam mihi ex vero videretur paradisos esse etiam inter inferni cruciatus, si amor Dei ibidem posset dari, & si infernus arderet amore Divino, ejus tormenta viderentur mihi maxime exoptanda.

VII.

Alias quoque auditus est dicere: *Quod si certus foret, paulo plus e Divino beneplacito esse, ut in inferno degeret, quam ut deliciis paradisi frueretur, cor suum paratissimum fore, tam ad his renuntiandum, quam ad illos perferendos.*

VIII.

Non nemo Præsulum quadam vice con-
questus est apud S. Franciscum, quod plu-
rium societatem, una cum ipso ad prandium
invitatam tamdiu exspectare fecisset, ut vili
mulierculæ aures daret, quæ eum directionis
causa convenerat: *Ecce, agebat, o Præ-
sul, Episcopi non sunt modici fontes in viri-
dariis regum, e quibus vel nullam vel mo-
dicam aquam haurire licet; sed nos oportet
esse instar spatiosi aquarii, quod modo equus,
modo asinus, hinc porcus, inde serpens vel
etiam draco ingreditur; per id insinuans,
quod Episcopi omne personarum genus ad-
mittere & patienter sufferre teneantur.*

IX.

Hinc factum est, ut nullam unquam cu-
juscumque conditionis personam ad se non
admiserit, affirmans: *Tempus æque bene
impendi, si quis abjectam vetulam, pauper-
rimumque mendicabulum; sive ditissimum aut
sapientissimum quemvis instruxerit.*

X.

Quædam puella perditæ vitæ valedictura nullum pro se locum in ullis reperit Virginum Deo sacrarum cœnobiis. Id ubi intellexit, quibusdam religiosæ familiæ personis, apud quas autoritate plurimum pollebat, sic locutus est: *Ego bene adverto, quod nemo velit peccati reos suscipere; oportet ergo, ut nos hanc personam intra nos resipiamus.*

XI.

Factum est aliquando, ut illi Diœcesin suam visitanti quispiam occurrerit ira totus accensus, qui cum Sacerdotem quemdam apud ipsum accusasset, millena insuper convitia in statum ecclesiasticum evomuit. Ad quæ optimus Antistes, quamvis se perstringi sensisset, nullum tamen vocabulum reposuit. Quod dum quidam vehementer miraretur, & tantam mansuetudinem vix non culpasset, reposuit ei Vir sanctus subridens: *Scias, mecum ipse pactus sum, numquam vel verbum me prolaturum esse, quando ira me commoveri sentio, quod nunc contigit; faciam tamen hanc reprehensionem suo tempore, quod & quidem tanta cum efficacia præstitit, ut miser ad ejus pedes adjectus veniam delicti, quod tum primum agnoverrat, petierit.*

XII.

Alias rogatus, ut quosdam acriori paulo reprehensione exciperet, qui eam probe meriti videbantur, subjecit: *Et quid? vellesne, ut unius horæ quadrantis spatio parum illud suavitatis, quod viginti duos annos, ut acquirerem, adlaboravi, mox perderem? Longe magis proficuum est, aiebat loquens de perditæ vitæ Sacerdotibus, eos ita corrigere, ut lachrymas reddant, & animam a totius vitæ maculis expient, quam ut inde hypocritæ efficiantur, & carceribus includantur.*

XIII.

Quin tanto mansuetudinis amore tenebatur, ut solitus fuerit dicere: *Si quis utrumque oculum sibi eruisset, & tamen illum post hoc facinus contueri daretur; nihilominus, inquiebat, eum tanta suavitate ac amore aspicerem, ac si nihil unquam mali intulisset.*

XIV.

Non nemo ex suis familiaribus post obtentam litis cujusdam victoriam in Ecclesiæ suæ utilitatem, monebat, jam tempus esse recuperandi insuper quædam alia bona temporalia; cui sanctus: *Et cur vis, ut nos exponamus periculo amittendæ amicitie cum ista gente exiguæ pecuniæ causa? Cum si illam (intellige amicitiam) amisimus, oporteret nullum non movere lapidem, ut pecuniæ beneficio*

nescio illam denuo recuperaremus. Noverat enim vir sapientissimus non tam rem inique retentam, quam ipsum affectum, qui ablata re auferri a nobis haud potest, causam esse damnationis.

XV.

Licet adversitates & afflictiones nunquam petierit (illas enim petere, nisi singulariter a Deo quis ad id instigaretur, periculosissimum est, & magnæ præsumptionis indicium) interim tamen eas neque recusavit, sed omnes magna cum promptitudine a divina bonitate immixtas aut permixtas excepit, solitus dicere: *Tempus adversitatis & afflictionis esse sibi tempus bonæ mixtis.*

XVI.

Patientiæ virtus illum adeo absolutum animi sui Dominum constituit, ut nihil adversitatum adeo potens fuerit, quod ipsum concusserit. Quare scripsit cuidam aliquando: *Quid enim aliud lucramur ventis & undis procellosis nos opponendo, quam spiritum? Ipsa Dei Mater nec verbum reddidit, quando filius ignominiis obruebatur. Sapientia studiosis cælum pariter & terra manet: quid? ergone solus ego sum ab opprobriis exemptus?*

XVII.

Morbo aut alia corporis incommoditate oppressus cum gratiarum actione admittebat remedia, & mali diuturnitatem sine molestiæ indicio perferebat, suetus dicere: *Divinæ Majestati sanctius inservitur passive, quam active.*

XVIII.

A dignitatibus semper abhorruit, eademque nunquam non constanter rejecit, afferens: *Ego illas modo pluris non facio, quam si constitutus essem in extremo mortis articulo, in quo totus orbis non nisi fumus inanis reputatur.*

XIX.

Cumque amici suggererent, ne hac in parte tam religiosus esset, sed magis nepotibus suis prospiceret: *Quid?* ajebat, *mei nepotes & opum & bonorum habebunt satis, modo timore & amore Dei fuerint præditi. Equidem adverto, eos nunc longe melius habere, quam quando orbem sunt ingressi, tunc siquidem nudi, nunc vestibus sunt donati.*

XX.

Nunquam adduci potuit, ut plura beneficia ecclesiastica acciperet. Et quamvis Episcopatus suus admodum depauperatus vix necessarium alimentum sibi ministraret,
nihil-

nihilominus adeo divitem se censebat, atque nullus alius totius Galliæ Episcopus; nam ad suos amicos agebat: *Mea adjumenta quamvis tenuia, meis tamen necessitatibus sufficiunt; illi, quibus annui redditus plus afferunt, quam mihi, plus etiam expendunt quam ego; me sub anni finem tantum mihi reliquum deprehendente, quantum illis sibi.* Solatium ipsi fuerat imprimis illud, quod nimirum de eo nulla ipsi ratio esset reddenda, cujus nullum habuisset usum.

XXI.

Ut quis sua mediocritate contentus ageret, volebat non esse respiciendos illos, qui magis divites & opulenti; sed illos, qui inferiorem nobis locum occupant, addens: *Cui non sufficit, quod satis est, quidquid habuerit, nunquam ipsi satis erit.*

XXII.

Dixerat aliquando uni ex suis intimis, quod summis semper votis expetierit, & vivere & mori pauper, & quod semper fuerit territus, si secus eveniebat, cumque paupertatis incommoda nunquam expertus sit, saltem operam se daturum, agebat, ut in perpetua spiritus paupertate degeret.

XXIII.

In animarum directione nunquam permittebat, ut mirabilia super nos in virtutibus

tis via appeterentur, neque ut inter blandimenta externa atque sensuum illecebras animus emolliretur. *Libertas spiritus*, agebat, *quam ego semper suadeo*, est certa cordis christiani avulsio ab omnium rerum terrenarum affectu in ordine ad sequendam Dei voluntatem a nobis perspectam.

XXIV.

Tantæ humilitatis erat, ut præter alia hujus virtutis indicia, cunctaretur loqui etiam de rebus, quæ perfectissime callebat, semper inviolabiliter ad instar regulæ observans: *Ne quid unquam proferret, quod vel in propriam cederet commendationem vel etiam contentum*, eo quod tam in unum quam in alterum vanæ gloriæ studium facile irrepāt.

XXV.

Non modicam sui confusionem tunc sentiebat, quando Deus ipsius opera in negotiis magni momenti utebatur, dicebatque: *Pertibenter ejusmodi honorifica munera magnis Heroum animis cedimus; nos in Dei obsequio talem nequaquam meremur locum; nimis quam felices sumus, si ipsi vel inter lixas & calones nostra possimus probare obsequia; est autem dein penes ipsum, utrum nos velit in suum conclave aut intimum etiam senatum admittere.*

XXVI.

XXVI.

Admiranda animi fui demissio in alteram usque vitam porrigebatur, unice exoptans: *Ne ipsius recte factorum in supremo illo judicio aliqua fieret retributio, vel etiam recurreret memoria, pro insigni remuneratione habens, quod pro Deo fuerint patrata.*

XXVII.

Cum Belajum transivisset, persona quædam Deo devota non sine lachrymis ipsi significavit, eum uno ab hinc anno fatis concessurum. Cui ille: *O mea filia, lætum mihi affers Evangelium! tempera lachrymis, & mecum lætare, quod ad quietem Sanctorum pergam, postquam nihil amplius viribus valeo, imo illis summe destitutum me sentio, ut vix pedibus insistere queam.*

Jam de pretiosissima ipsius morte paulo plura.

Lugduni absoluta quadam Epistola a vertigine invaditur, & mox apoplexia tangitur, quæ magis magisque crescendo nullum corporis membrum movendi facultatem reliquit, nisi quod per certa temporis intervalla e lethargico somno ad se redierit.

XXVIII.

XXVIII.

P. Magnilier e Soc. JESU, cum ei diceret: Reverendissime Præsul, ego veni ut tibi valedicerem & equum conscendentem ultimo salutarem, quid sibi vult hoc, quod te modo videam lecto affixum? *Mi Pater!* reposuit æger, *ego exspecto hic misericordiam Domini.* Cui subinde Pater: Reverendissime Antistes, si Deus hanc horam designavit, ut esset vitæ tuæ postrema, utique tuam voluntatem divinæ reddes conformem? ad quæ ægrôtus: *Bonum est in Domino Deo ponere spem suam; perinde mihi est ista, atque alia hora. Deus est Dominus, faciat, quod bonum videbitur in oculis suis, disponat mecum prout ipsi placuerit.*

XXIX.

Interea solemnem fidei fecit professionem, ad cuius finem ubi pervenit, hæc adjunxit: *Si millenæ forent in orbe religiones aut fidei sectæ, nullam ex iis veram atque genuinam existimarem, nisi Catholicam, Apostolicam & Romanam, in qua constitui mori, ita juro, ita protestor, atque dum nobis tempus favet, rogo, ut me sacro Oleo extremum inungatis.*

XXX.

P. Magnilier prosequendo suam adhortationem, cum repetenda ab ægro hæc verba

ba præiret: Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Renuit illa resumere, contentus sequentia suspirando pronuntiare: *Non mea voluntas, sed tua fiat.* Subinde fecit oblationem trium animæ potentiarum SSS. Trinitati, uti & omnium sensuum ac membrorum suorum sanctissimæ Christi humanitati.

XXXI.

Non nemo, ut ipsum excitaret, ex eo rogabat, utrum non in vota vocaret augustissimam Dei Parentem? cui ille: *Toto vitæ meæ tempore ad illam preces fudi.*

XXXII.

Cumque mox in somnum relaberetur, quidam ex statu ecclesiastico haud ita post adjunxit: Reverendissime, quid sentis de fide Catholica? Nunquam animus fuit adhærendi Hugonotis? ad quod verbum illico altum exclamavit. *Ho, Ho! Deus me custodiat, ego nunquam fui hæreticus, hoc nimis quam grave foret scelus & proditio.* Atque hæc dicendo salutiferæ crucis signo se muniebat.

XXXIII.

Post dimidiam noctis horam, quæ Festo SS. Innocentum faciebat initium, extremam S. Olei admittens unctionem precanti ipsemet respondit, atque piaculares, quibus Deiparam salutamus, globulos dextro sibi brachio injici curavit.

XXXIV.

XXXIV.

Adulta jam die Episcopus de Damas ad ipsum invifens, aiebat, se venire, ut ipsi inferviret, juxta Salomonis pronuntiatum: Frater, qui adjuvatur a Fratre, quasi civitas firma. Cui ægrotus verfum absolvens dixit: *Et utriusque adjutor erit, & liberator Dominus.*

XXXV.

Sæpius in ore habebat, & suaviter repetebat illum ex regio Psalte verfum: *quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* & alterum sponsæ domesticum. *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie.*

XXXVI.

Circa decimam matutinam venit ad ipsum R. P. Provincialis S. J. cum dicto: Reverendissima Dominatio vestra videtur mei jam penitus oblita; ad quem infirmus, illum mox e S. Paginis verfum dirigens dixit: *Si oblitus fuero tui, oblivioni detur anima mea.*

XXXVII.

Cumque optimus Pater illum vellet inducere, ut orationem a S. Martino in eodem rerum articulo constituto prolatam pronuntiaret, aliud non reddidit, quam: *Ego sum servus inutilis, inutilis.*

XXXVIII.

XXXVIII.

Cum Archiepiscopus Ebrodunensis eum invisurus advenisset, vix excitari potuit; sed demum apertis oculis loco omnis responsi subjunxit: *Deus meus & omnia! desiderium meum collium aternorum.*

XXXIX.

Non nemo religiosorum illum hortabatur, bono esset animo, brevi post futurum esse, quod se denuo in throno suo Gebennensi esset visurus, cui ille: *Ego nunquam thronum, sed salutem Gebennensium desideravi.*

XL.

Medici cum in applicatione remediorum communium operam perdere se viderent, ad extrema devenerunt; adhibendo ipsi in colli occipite bis ignitum ferrum, cumque emplastrum, quod toti cranio imposuerant, removere iterum adlaborarent, una cum emplastro cutem quoque ab occipite usque ad linciput abstraxerunt.

XLI.

Cum tertia vice ignitum e ferro nodum capiti applicuissent, eousque in illud descendit, ut & spissum fumum emiseric, & cranium deprehensum fuerit adustum.

XLII.

XLII.

De tota ista Chyrurgorum Laniena nunquam conqueri est auditus, sed nec minimum quidem impatientiæ signum dedit, quamvis dolor tam vehemens exstiterit, ut largas ex oculis lachrymas exprefferit. Interea tamen sanctissima JESU & MARIE nomina per temporis intervalla pronuntiabat, quæ ipsi in eo ignis tormento refrigerationi fuerunt.

XLIII.

Imminente jam extremo vitæ periculo ex Patribus Fuliensibus quispiam eum rogabat, utrum dæmonis potentiam ac vires non pertimesceret? cui respondit: *Ego confido in Deum, ipse evellet de laqueo pedes meos.*

XLIV.

Paulo post invocato suaviter sanctissimo JESU nomine nullum amplius verbum eloquutus felicem Agonem est auspicatus; commendantibus, qui aderant, sanctam ejus animam in creatoris sui manus; ubi ter repetita fuit illa invocatio: *omnes sancti Innocentes*, tertia demum vice innocens hæc anima a corpore fuit separata, ut se illorum choro adjungeret, qui in æterna beatitudine sequuntur agnum quocumque jerit. Contigit autem beatissima Mors 28va Decemb. 1622. 8va vespert. Anno ætatis suæ LV. Episcopatus XX.

LES.

a nun-
mini-
dedit,
it, ut
Inte-
no-
iabat,
eratio-

ericulo
m ro-
vires
ro con-
pedes

iffimo
n elo-
com-
s ani-
epeti-
centes,
ima a
ro ad-
quun-
it au-
1622.

N.



I N D E X

RERUM MEMORABILIUM

I N
HOC OPUSCULO CONTENTARUM.

A.

- Ablutio*, vid. *Purificatio*.
Absolutio sacramentalis, quibus denegari debeat.
219. seq. 225. seq. 326.
Absolutio sacramentalis differenda, donec adpa-
reat emendatio. 226. 228. Ejus forma. 235.
338.
Absolutio ab excommunicatione quomodo facien-
da. 338. seq.
Actio Concionatorum. vide *Concionatores*.
Apophtegmata S. Caroli, seu sententiæ & facta me-
moratu digna. 463. S. Francisci Salesii. 529.
Auditus. Vide *sensus*.

B.

- Baptismus*, quid Concionatori in doctrina de hoc
Sacramento observandum sit. 157.
Biblia S. vulgatæ editionis in concionibus ser-
vanda; licet tamen uti græca & hebraica. 141.
eam Concionator pro suo arbitrio ad suum sen-
sum non detorqueat. *Ibid*.
Bona ecclesiastica in utilitatem & splendorem Ec-
clesiarum, & pauperum sublevamen impenden-
da sunt a Clericis. 83. In alios, quam paupe-
rum & Ecclesiarum usus impendere sacrilegum
est. 83. 84.

M m

C.

I N D E X

C.

Candelæ, a communicantibus oblatae. 268. seq. 274.

Canonici, quomodo muneribus suis fungantur. 85. Quomodo choro intersint. 86. Non præbendæ gratiæ, sed amore Dei divinas laudes peragant. *Ibid* Quomodo Capitulares conventus, suo ordine sedentes, sine scurrilitate, & rixis peragant, & cultui divino promovendo solliciti sint. 87. In mutua charitate vivant. *Ibid*.

Canones Pœnitentiales secundum ordinem Præceptorum Decalogi. 341. seq. Declarationes in hos canones, quid per pœnitentiam unius anni, per carinas, legitimas ferias &c. intelligendum sit. 377.

Capitulares conventus. Vide canonici.

Carinæ jejunium quale sit. 382.

S. Carolus. Ejus vita. f. 1. usque 56. Ejus genus, & parentes. 3. Virtutes. 2. Studia. 4. 37. 39. Talenta naturæ. 8. fit Sacerdos. *Ibid*. Ejus cura pro observatione decretorum Concilii Tridentini. 9. Assistit Pio IV. Pontif. in morte. 10. Creando novo Pontifici studet. 11. Juvat eligi Pium V. 12. Beneficia sua resignat. 13. Ecclesiæ munia caute distribuit. 15. Concionibus vacat. 16. Commentatur in varios S. Scripturæ locos. 17. Ejus Mortificatio. 18. 28. 43. Amator disciplinæ Ecclesiasticæ. 19. Ejus invicta fortitudo. *ibid*. Delectatur Sanctorum exemplis. 20. Amicos generose in officio continet. 21. Visitat Diœcesin. 22. 28. Ejus pia severitas. 23. Hominum disteria flocci pendit. *Ibid*. Pios in consilium adhibet. 24. Scholas, & Seminarium erigit. 24. 25. Oblatorum collegium fundat. 27. Sodalitates pias instituit. 28. Congregationem humiliatorum reformat. 30. Aedificandis templis & ornandis reliquiis operam navat. 31. Mortem contemnit. 32. Visitat ægrotos Episcopos, & alios etiam plebejos. 34. Etiam tempore pestis. 35. Studium orationis.

RERUM MEMORABILIMUM.

40. Amor vigiliarum. 41. Ejus sobrietas. 42. Visitatoris munere fungitur. 44. Ejus ultima ægritudo & mors. 44. 45. Quæ post mortem ipsius facta sint. 45. Ejus testamentum. 48. Ejus amor erga Religiosos. 49. Exequiæ illius. 51. 52. Ejus Orationes in Conciliis provincialibus habitæ. 403. Ejus Apophtegmata, seu sententiæ & facta memoratu digna. 463.

Caroli a Basilica S. Petri, Epistola ad Ludovic. Granatens. de obitu S. Caroli Borromæi. 57.

Casus Reservati, *Censuræ*, quid circa eorum absolutionem Confessarii observent. 192. Quomodo Confessarius cum iis agat, qui Casum reservatum incurrerunt. 212. seq.

Catecheses quando habendæ & cum quibus. 89.

Catechismus Romanus, commendatur Parochis. 94.

Censura, quomodo absolutio ab ea fieri debeat. 234. 235.

Choreæ a concionatoribus reprehendantur. 154.

S. Chrysostomi doctrina, de probitate Concionatorum. 109. seq.

Clerici, qualem vitam sanctus ipsorum status ab ipsis exigat. 75. Quibus virtutibus præditi esse debeant. 76. Quomodo horas Canonicas recitent. 77. Quomodo SS. Missæ Sacrificium persolvant. *ibid.* Minorum ordinum Clerici, sæpius confiteantur & communicent. *ibid.* Commendatur ipsis assidua tum vocalis tum mentalis oratio. *ibid.* Quid a Deo in oratione petere debeant. 78. Quales Libros legere debeant. *ibid.* seq. Quomodo tempus studiis impendere debeant. *ibid.* Quomodo se in moribus externis, incessu, gestu, habitu, mensa, suppellectili gerant. 80. Verba scurrilia, turpia, maledica &c. vitent. *ibid.* Commestrationes, & convivia publica vitent, præsertim cum foeminis. *ibid.* Hospitalitas, frugalis tamen, ipsis commendatur. *ibid.* Ludis & spectaculis abstinere. 81. Quomodo utantur sensibus suis. *ibid.* Conversentur cum aliis piis Sacerdotibus. *ibid.* Quid pro conservanda castitate legere debeant. *ibid.* Lai-

corum, præcipue foëminarum famulos non agant. 81. Mercaturam non exerceant. 82. Lucra temporalia non quærant. *ibid.* Paupertatem ament. *ibid.* Bona ecclesiastica in utilitatem & splendorem Ecclesiarum & pauperum sublevamen impendant. 83. Generales regulæ vivendi pro ipsis. 84. Resideant in Diœcesi, cui adscripti sunt. *ibid.* Minorum ordinum Clerici in Ecclesiis, quibus adscripti sunt, functiones ordinis sui obeant. 85. Generales regulæ vivendi pro ipsis. 95. 96. Cum piis hominibus, præsertim Sacerdotibus converfentur. 96. Obediant superioribus. *ibid.* Eorum studium quale fit. *ibid.*

Communio, frequens poenitentibus suadenda 244. Quibus deneganda sit. 249. Peccatori occulto non deneganda, si publice petat. 250. seq. Indubio, an impedimentum recipiendi Communionem sit manifestum, ad Vicarium generalem, vel etiam ad Episcopum recurrendum. 250. Quando pueris concedenda, & quomodo ad eam præparandi. 252. Virorum & foëminarum seorsim facienda. 263. Quatuor modi, quibus hoc fieri possit. *ibid.* & seq. Quis adparatus in Diœcesi Mediolanensi præscriptus erat, pro administranda sacra Communione. 266, in specie, scamna, Mappæ, lintea, *ibid.* Scabella, Mantilia, vascula majora & minora pro purificatione, 267. Candelæ, 268. Quot Ministri adhibebantur in Provincia Mediolanensi ad Communionem administrandam, eorum vestitus, & officia. 268. seq. Si tot haberi non possint, quomodo & a quibus supplendi. 272. Quales Ceremoniæ in ea administranda observandæ, v. g. candelæ, lotio manuum, genuflexiones, Confessio generalis, forma pronuncianda, Oratio, benedictio &c. 274. seq. 283. Quo habitu indutus sit, qui eam administrat. 274. Quomodo ministranda, si pauci tantum communicent. 287. Quales abusus, & irreverentiæ in ea accipienda vitandæ. 289. seq. Perpetuo amen-
tibus non danda. 299. *Com-*

Communio infirmorum, quid circa eam observandum sit. 292. 391. Quæ cautelæ circa hæreticos infirmos servandæ. 297. In quibus casibus eisdem non danda. 394. Quomodo Prælati Ecclesiæ, dum infirmantur, communicari debeant. 395.

Communio Paschalis etiam peregrinis administranda. Quid circa tales porro observandum. 255. Quid de illis agendum, si non communicent in Paschate. 255. seq. Quid de aliis, qui Communionem paschalem intermittunt? 256. Quid circa schedulas, seu testimonia Communionis observandum. 257. In Paschate non communicantes interdicti declarentur. 259. Quomodo ab interdicto iterum liberandi sint, qui illud incurrerunt. 261.

Concilia Ecclesiæ, eorum utilitas. 403. seq. Eorum intermissio nociva. 405. 473. Quid in illis agendum. 406. 417. seq. Per ea morbi spirituales curandi sunt. 445. seq. Eorum decreta sæpius populis proponant Concionatores. 176.

Concionari, quam grave officium sit. 99. Quam utile piis & peccatoribus. 101. Præcipuum munus est Episcoporum. 103. Quam arduum sit munus. 117. Nemini permittendum nisi Sacerdoti vel Diacono. 105. Non indocto, aut scelere infami. *ibid.* Modus rectus concionandi, qualis esse debeat 114. seq.

Concionatores, qui nam sint constituendi. 105. Non sint insigniter deformes. *Ibid.* Prius, quam officium ingrediantur, Professionem fidei faciant. 106. Virtutibus & vitæ innocentia præditi sint. 108. Si non pie vivant, cum fructu prædicare non possunt. 109. Qualis scientia in ipsis requiratur. 111. & seq. Quibus utantur similitudinibus. 113. Antiquos Patres imitari studeant. 115. seq. Quam præparationem ad exequendum munus suum adhibeant. 117. Considerent dignitatem officii sui. *ibid.* Magnum præmium eos manet. 118. Quid a Deo petere debeant. 119. Ambitionem fugiant. *ibid.* Quam

honestā, & virtuosa esse debeat omnis eorum
vitæ ratio. 120. seq. Quomodo speciatim ad
singulas conciones se præparent. 125. seq. Stu-
deant puritati conscientiæ. 126. Oratio studio
concionis præmittenda. *ibid.* Quali cogitatione
suggestum conscendant. 127. Quomodo in se
& auditoribus affectus animi excitent. 128.
Orent ante & post concionem. 129. Dum con-
cionantur, cogitent se Deo rationem jam jam
reddituros. 139. A quibus rebus in concionan-
do sibi cavere debeant. 141. seq. Eorum admo-
nitiones sint charitate plenæ. 145. Quando
contra vitia agere debeant. *ibid.* Quo fervore
contra vitia concionentur. 149. & contra qualia
vitia. *ibid.* seq. Impugnent falsa mundi prin-
cipia Religioni contraria 151. Pravas consue-
tudines, e. g. Spectaculorum, Ludorum, Cho-
rearum &c. frequentationes perpetuo reprehen-
dant. 153. seq. Quomodo fideles ad susceptio-
nem SS. Sacramentorum instituant. 157. seq.
Doceant, quanta reverentia colantur Episco-
pi. 161. Doceant officia virtutum & bonorum
operum. 165. seq. Speciatim Eleemosynæ. 166.
Correctionis paternæ. *ibid.* Opera poenitentiae.
167. Jejunia. *ibid.* Commendent lectionem libro-
rum piorum. *ibid.* Librorum ethnicorum, fabu-
losorum usum proscribant. *ibid.* Frequentatio-
nem scholarum Doctrinæ christianæ commen-
dent, ipsimetque eas scholas adeant. 168. Ex-
ponant obligationes cujuslibet Status. 168. seq.
Quomodo pro eripiendis corruptelis morum,
& piis operibus instituendis solliciti sint, juxta
modum gubernationis Episcopi, in cujus Dice-
cesi concionantur. 173. seq. Inquisitionis stu-
dium commendatum habeant. 175. Si erro-
rem commisere in concioando, publice revocent.
175. Concilii Tridentini, Conciliorum Provin-
cialium, & Synodorum Diocesandarum decreta
populis sæpe proponant. 176. Fugiant verba
fucata & nimis ornata. 177. 181. Non sint
ostentatores memoriæ. *ibid.* Conciones inge-
nio

nio & conditioni auditorum accommodent. 178. Quomodo vitia hominum corripere debeant. 179. Plebeis vocabulis in Concionibus non utantur. 181. Alia particularia, quæ in elocutione observent. *ibid.* seq. Quid circa moderationem vocis, in exordio, narratione &c. quidque in actione manuum & totius corporis observent. 185. seq. *Conciones*, pro auditorum qualitate formari debent. 114. Quales ritus in iis observandi tam ab Episcopis, quam aliis Sacerdotibus. 131. seq. Habeantur post Evangelium. *ibid.* In omni loco haberi possunt. 134. Quibus temporibus habeantur. *ibid.* Sub ea nulla Missa celebretur. 137. Noctu nullæ fiant. *ibid.* Neque sub doctrinis catecheticis. *ibid.* Quæ sit earum materia. 138. *Confessarii*, tam sæculares, quam regulares sint approbati. 190. Sine approbatione ne quidem puerorum minoris ætatis confessiones audiant. *ibid.* Etiam si sint approbati, tamen studio Theologiæ moralis sedulo incumbant, & pro consilio alios peritos adeant. 192. Nullius peccati mortalis conscii sint, dum Sacramentum Pœnitentiæ administrant. 194. 316. In se ipsis virtutes exprimant, in quibus alios instruere debent. 195. Libenter & cum gaudio confessiones excipiant. 196. Præsertim in Adventu, quadragesima, in Paschate, & Jubilæo seduli sint in confessionibus audiendis. *ibid.* Quid in confessionibus infirmorum tum virorum, tum foeminarum audiendis observare debeant. 197. seq. Quo in loco confessiones excipiant. 198. seq. Quomodo se ad confessiones excipiendas disponere debeant. 201. seq. Ordinarii non facile mutandi. 203. Quibus vestibus in confessionibus excipiendis utantur. *ibid.* Inter se concordent Doctrina. 204. Quomodo pœnitentium animos præparent. 207. Quid circa puerorum & puellarum confessionem observent. 209. Quid in initio Confessionis ex pœnitente quærant. 210. 324. Solliciti sint, de prævio conscientiae examine in pœnitente; & quomodo exa-

- men faciendum sit. 211. 321. Quomodo cum iis agant, qui Casum reservatum incurrerunt. 212. Quid observare debeant in confessionibus præteritis reiterandis. 214. seq. Quomodo circa numerum & species peccatorum interrogare debeant. 217. In examinandis poenitentibus, præsertim juvenibus circa materiam lubricam cauti sint. 218. 325. Quomodo & quando in votis dispensent. 219. Quando in irregularitate dispensare possint. 219. Quibus absolutio- nem denegare debeant. 219. 225. 227. Quo- modo se gerant cum iis, qui habent subditos, e.g. qui Patresfamilias sunt. 221. Differant absolu- tionem sacramentalem, donec emendatio sequa- tur. 226. 228. 230. Quid poenitentes post Con- fessionem moneant. 233. Quid circa Poeniten- tiam dictandam observent. 236. Nullam pecu- niam pro auditione confessionum petant. 238. Qui a poenitentibus constanter cooptantur in suos Patres spirituales, quomodo, & in qui- bus eos instruere, & ad viam salutis dirigere debeant. 242. seq. Doceant eos modum ora- tionis vel mentalis, vel vocalis. 243. Exhor- tentur suos poenitentes ad quotidianum examen conscientiae. *ibid.* Item ad frequentem, & octi- duanam Communionem. 244. Qualis disposi- tio, qualisque vita in iis requiratur pro admi- nistrando Sacramento Poenitentiae. 316. Quid nosse debeant ut iudices, & medici. 318. seq. Quid in administratione Sacramenti Poeniten- tiae observent. 322. seq. Quid illis faciendum cum iis, qui Censura quadam irretiti sunt. 326. Solliciti sint circa dolorem poenitentis, eumque adjuvent. 327.
- Confessio*, quo loco audienda sit. 198. seq. Con- ditiones confessionis bonæ. 212.
- Confessiones præteritæ* quando reiterandæ sint, seu Confessio generalis quando sit necessaria. 214. seq. Quæ post Confessionem monitiones fa- ciendæ sint. 233. 329. Frequens suadenda Con- fessio. 315. Quid circa confessionem infirmo- rum observandum. 388. *Con-*

RERUM MEMORABILIMUM.

Confirmatio, quid Concionator de hoc Sacramento docere debeat. 158.

Consuetudines malæ, quæ dant occasionem peccandi a Concionatoribus eradicandæ. 174.

Convivia publica, item cum foeminis vitent Clerici. 81.

Correctio fraterna, a Parochis sine omni respectu humano adhibenda. 93. 94. A Parochis etiam aliis suadenda. 94. Ad eam hortentur Concionatores. 166.

Cura animarum. Vide Parochi.

S. Cypriani liber de Singularitate Clericorum commendatur Clericis pro conservanda castitate. 81.

D.

Diaconi, quibus paramentis utantur, dum concionantur. 133.

Dies Dominici vide *festi*.

Dispositio Confessariorum prævia ad conciones excipiendas. 201. seq.

Divites ad quid admonendi sint. 170.

Doctrinæ christianæ, ad earum frequentationem hortentur Concionatores. 168.

E.

Ecclesiæ, bonis Clericorum sartæ testæ servandæ & magnifice ornandæ sunt. 83. Quam reverenter fideles se ibi gerant. 90. 91.

Eleemosyna, ad eam hortentur Concionatores. 166.

Episcopi, eorum præcipuum munus est prædicatio verbi Divini. 103. Si a prædicatione verbi Divini impediuntur, saltem per epistolas Pastorales id faciant. 104. Diligentissime videant, quibus concionandi munus delegent. 105. Quo servitio, & quo habitu utantur, dum concionantur. 131. seq. Quo in loco concionentur. 132. Dum concionantur, eo tempore nulla alia sit concio. 136. Concionatores doceant, Quantus eis honor tribuendus sit. 161. Anti-qui quales fuerint. 408. Eorum munera. 414.

418. 460. Quam gravem rationem reddituri sint, si officio suo non faciant satis. 421. Fer-
ventes quid profint, negligentes quid obfint.
441. seq.
*Epulæ sumptuosæ a concionatoribus reprehenden-
dæ.* 155.
Ethnici scriptores, quomodo in concionibus ci-
tandi. 143.
Eucharistia, quid de hoc Sacramento Concionator
docere debeat. 159.
Examen Conscientiæ, quomodo instituendum sit.
211. Quomodo faciendum ante confessionem.
321.
Excommunicatio vide *Casus reservatus*. Modus
ab illa absolvendi. 338. seq.
*Expensæ nimix a Concionatoribus reprehenden-
dæ.* 155.
Extrema unctio. Vide *unctio*.

F.

- Festa, & dies Dominici*, quomodo colendi. 91.
In iis a nefariis operibus, a choreis & specta-
culis abstinendum. *ibid.*

H.

- Habitus Clericorum* qualis esse debeat. 80. Quo
induti esse debeat, qui Communionem admini-
strant. 274.
Hæresis, a vita peccaminosa facile oritur. 412.
Hæretici, quando in concionibus sint nominandi.
142. Quæ sacrilegia in res sacras commise-
rint tempore S. Caroli. 411.
Horæ Canonicae, quomodo recitandæ sint. 77.
Hospitalitas, frugalis tamen, commendatur Cleri-
cis. 81.

I.

- Jejunia*, quomodo & quando servari debeant,
doceant Concionatores. 167.
Imaginum piarum usus commendatur a concio-
natoribus. *ibid.*

RERUM MEMORABILIMUM.

Indictio S. Ordinum conferendorm, ejus formula
Mediolani a S. Carolo præscripta. 312.

Infirmorum confessiones, quid circa eas observan-
dum. 197. seq. 388. Et Communionem. 391.
Quid a Parocho circa morbi tolerantiam, mor-
tem, ultimam dispositionem, pia legata &c.
monendi sint. 385. seq. 396. Quibus rebus sa-
cris eorum Cubile instructum esse debeat. 386.

Inquisitionis officium Concionatores defendant &
tueantur. 175. Eidem denunciandi hæretici,
& poenitentes ad hanc denuntiationem a Con-
fessario admonendi sunt. 214.

Irregularitas, quando in ea a Confessario dispen-
sari possit. 219.

L.

Laicorum famulos non agant Clerici. 81.

Libri, quales a Clericis legendi sint. 79. Ethni-
corum lectio de fabulis Deorum eliminetur e
scholis. 167.

Librorum piorum, Lectio commendetur a Con-
cionatoribus. 167. Quinam ad legendum a Con-
fessariis suis poenitentibus præscribantur. 245.

Lusus, quales a Concionatoribus reprehendan-
tur. 154. seq.

Lusui alearum dediti non absolvendi. 227.

M.

Magistratus, eorum officia Concionatores do-
ceant. 169.

Maria B. V. de immacul. Conceptione in con-
cionibus non disputandum. 141.

Matrimonium, quid de hoc Sacramento doceant
Concionatores. 163.

Mensa Clericorum sit frugalis. 80.

Mercaturam non exercent Clerici. 82.

Missæ. Vide *Sacrificium Missæ*.

Morbi spirituales, quam varii sint. 447. seq. Re-
media contra illos. 456. seq.

Mores Clericorum sint decentes eorum statui. 80.

Mulierum luxus in vestibus a concionatoribus re-
prehendendus. 154. *Mulie-*

I N D E X

Mulieres, quo habitu indutæ ad Communionem accedere debeant. 288.

N.

Nobiles, quæ eorum officia sint, Concionatores doceant. 169.

O.

Occasio peccandi, quinam censeantur in illa vivere. 226. 229. Non sunt absolvendi. 227. 229.

Oculi. Vide *sensus*.

Opera bona, quæ exercenda sint, Concionatores doceant. 165. seq.

Oratio, tum vocalis tum mentalis Clericis commendatur. 77. Quid Clericis in illa a Deo petendum sit. 78. Mentalem & vocalem Parochi suos Parochianos edoceant. 92. Ante & post concionem Concinatoribus commendatur. 129. seq. Qualis, quando, pro quibus, & quomodo a fidelibus fiat, doceant Concionatores. 171. seq.

Orationes in Conciliis Provincialibus habitæ. 403. seq.

Ordo, quid de hoc Sacramento Concionatores doceant. 159. seq. Edictum de illo. 301. seq. Dignitas SS. Ordinum, & quam probi sint, qui eos accipere volunt. 301. seq. Quinam a S. Ordinibus recipiendis arcendi sint. 302. Quid observare, & quæ testimonia adferre debeant iis initiandi 303. Forma indictionis publicæ illorum. 312.

Otiosa vita, a Concinatoribus reprehendenda. 155.

P.

Pœnitentes, quomodo eorum animi ad Sacramentum Pœnitentiæ præparandi sint a Confessariis. 207. Non bene præparati, non audiendi. 207. Quid post confessionem monendi sint. 233. Quomodo se ad Confessionem disponant. 320. seq. Quanta humilitate ad Sacramentum Pœnitentiæ accedant. 322. *Pœni-*

Pœnitentia, qualis cuique pro conditione peccatorum suorum status sui imponenda. 236. seq. Quomodo mitigandæ vel augendæ. 332. Publicæ quando imponendæ. *ibid.* Varia ejus genera. 334. Unius anni juxta canones antiquos qualis fuerit. 377.

Pœnitentiæ Sacramentum, ejus fructus, frequenter suscipiatur. 315. Modus id administrandi. 336. Quid de Pœnitentiæ Sacramento Concionator docere debeat. 159.

Parentes, edoceantur a Concionatoribus, quam sollicitè educare debeant liberos, qui S. Ordinibus destinantur. 162.

Parochi, servant ea omnia, quæ Clericis præscribuntur. 88. Cognoscant oviculas suas. Protocolla Baptizatorum, Confirmatorum, & Matrimonialia conscribant. *ibid.* Indagent in hæreticos Parochiæ suæ, in legentes Libros hæreticorum, supersticiosos, magos, adulteros, concubenarios, aliosque publicos peccatores. *ibid.* Item in violatores dierum Festorum perludos, choreas &c. 89. Eos corrigant, & si opus est, etiam Episcopo significant. *ibid.* Inquirant in Pauperes, viduas, pupillos Parochiæ suæ; eleemosynas pro iis colligi faciant, & ipsi apud ditiores colligant. *ibid.* Populum verbo Dei pascant. *ibid.* Catecheses diebus Festis & Dominicis habeant. *ibid.* SS. Missæ Sacrificium populo exponant. 90. Doceant, quomodo fideles huic SS. Sacrificio, aliisque divinis intersint. 90. Item quomodo in Ecclesia cum reverentia adsint, præsertim cum S. Communionem accipiunt. 90. 91. Doceant plebem, quomodo dies Dominicos & Festos sanctificent. 91. Doceant, quomodo jejunia servari debeant. 91. Item quomodo Sacratiora tempora colenda. *ibid.* Orationem mentalem & vocalem doceant populum. 92. Suos parochianos ad vitam christianam sedulo hortentur. *ibid.* Sibi concreditos sollicitè custodiant a vitiis. 93. Vitiis fortiter resistant. 93. Peccatores publicos

- cos publice arguant, sine omni respectu humano. 93. 94. Eorum munus præcipuum prædicatio verbi divini. 103. seq. Ipsimet Communionem suis administrent. 274. Plebem hortentur ad ferventes preces instante tempore Collationis S. Ordinum. 311. Hortentur suos Parochianos ad frequentem confessionem. 315. Quid in Visitatione infirmorum observare debeant. 383. Quid circa morbi tolerantiam, mortem, ultimam dispositionem, pia legata &c. eos moneant. 385. seq. 396.
- SS. Patres*, quomodo in concionibus citandi. 143. seq.
- Patresfamilias*, in officio suo negligentes, quando eis deneganda absolutio. 221. seq.
- Pauperes* bonis Clericorum sublevandi. 83. Ad quid admonendi sint. 170.
- Peccata*, eorum numerus & circumstantiæ per Confessarium exquirendæ a poenitente. 217. seq. Quomodo corrigenda. 407.
- Peccatores publici*, publice arguendi sine omni humano respectu. 93. 94.
- Poetarum & Philosophorum*, ethnicorum dicta quomodo in concionibus adferenda. 143.
- Prædicatio verbi Divini*. Vide *Concionator*, *concionari*.
- Prælati Ecclesiæ*, quomodo Communio eis ministranda, dum infirmantur. 395
- Præpositi Capitulorum*, quomodo munere suo fungantur. 85. 87. Quomodo Divinis laudibus in choro interfint. 86. Non Præbendæ gratia, sed amore Dei divinis adsint. *ibid.*
- Preces*. Vid. *Oratio*.
- Principes seculares* decreta Synodorum potestate sua tueantur. 409.
- Pronuntiatio concionatorum*. Vide *Concionatores*.
- Pueri, Puellæ*, quid circa eorum confessiones advertendum. 209. Quando Communio eis concedenda, & quomodo ad eam præparandi 252.
- Purificatio*, in Communione, a quo & quomodo sumenda. 282.

R.

Religiosi, in quantum ipsis concionari permiffum fit, tam in Ecclefiis fuis, quam aliis. 106. Pro concionibus nullam eleemofynam pacifcantur; fiquè quid acquirant, Monafterio conferant. 122. feq. Quibus paramētis utantur, dum concionantur. 133. Parochianos a fuis Parochiis ad fe non pertrahant, & quid porro obfervare debeant. 175. Eorum Superiores Catalogum fuorum Confefſariorum Epifcopo exhibeant, & quoties. 191. Item probos & integræ vitæ Confefſarios conſtituant. 195. Non obſtantibus privilegiis fuis, fine licentia Epifcopi a refervatis non abſolvant. 234. Qui S. Ordines fufcipere volunt, quid obfervare, quæque teſtimonia adferre debeant. 309.

Reſtitutio rei vel famæ, ad eam pœnitentes monendi. 234. Sine neceſſitate a Confefſario loco pœnitentis non peragatur; quæ porro cautela adhibenda fit. 238.

S.

Sacramenta, ad eorum uſum, quomodo Concionatores fideles fuos inſtituant. 157. feq.

Sacrificium Miſſæ, quomodo peragendum fit. 77. Quomodo audiendum. 90.

Salutationis angelicæ ſignum, ut ad illud oretur hortentur Concionatores. 172.

Satisfactio. Vide *Pœnitentia*.

Schedulæ Communiois. Vide *Communio*.

Scholæſticæ ſententiæ in concionibus non ſunt adferendæ. 143.

Scholæ Doctrinæ chriſtianæ, ad earum frequentationem Concinator hortetur, & ipſe eas adeat. 168.

Sedilia confeſſionalia, quo in loco collocanda, & quomodo conſtruenda ſint. 199. Quot eſſe debeant, & ubi locanda. 323. Quid in illis affixum eſſe debeat. 323.

Senſus, quomodo iis utantur Clerici. 81.

Servorum inutilis multitudo a Concinatoribus reprehendenda. 155.

Sigillum Confeſſionis caute ſervandum. 339. 328.

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

Spectacula iis abstineant Clerici. 81. A Concionatoribus reprehendi debent. 154.

Status cujuslibet obligationes Concionator doceat. 168.

Supellex Clericorum, qualis esse debeat. 80.

Superiores Religiosorum, vide *Religiosi*.

Supplicationes publicæ ante conferendos S. Ordines instituendæ. 310.

Synodi Provinciales, vide *Concilia*.

Synodus Diocesana, earum decreta sæpius a Concionatoribus proponenda. 176.

T.

Tempus, quomodo a Clericis impendendum sit, studio, & Lectione. 78. seq.

Testimonia, quænam adferenda ab iis, qui sacros Ordines suscipere volunt. 303. seq.

Testimonium Confessionis quomodo exarandum. 240.

Titulus Mensæ, pro ordinandis. 308.

Tonsura Clericorum, qualis esse debeat. 80.

Tridentinum Concilium, ejus decreta auditoribus sæpe proponant Concionatores. 176.

U.

Vestium luxus a Concionatoribus reprehendus.

154. Viri & Mulieres superbe vestiti ad Sacramentum Pœnitentiæ non admittantur. 206. Quomodo per eum graviter peccetur; Confessarii hujus peccati reos non absolvant, nisi seriam emendationem promittant. 223. seq. A Communionem proscribitur. 288. Quales vestes adhibendæ in Communione. 289.

Vinum ablutionis, vid. *Purificatio*.

Virtutes, earum officia, qualia & quomodo exponant Concionatores. 165.

Visitatores Parochiarum, Sedulo muneri suo invigilent. 96. Sint in officio suo seduli. Investigent in peccata publica, & Ecclesiarum cultum. 97.

Vita mundana hæresum mater. 412.

Unctio extrema, quid de hoc Sacramento Concionatores doceant. 164.

Vota, quomodo & quando a Confessariis dispensanda. 219.

F I N I S.

§ **I**nsuper animadvertimus, quod paucissimi sint, licet eam, quæ par est diligentiam in studiis ecclesiasticis adhibeant, qui bonos libros cognoscant; hinc necessarium esse duximus hic quosdam indicare authores, qui & ad necessariam addiscendam scientiam, & ad sanam amplectendam doctrinam, & ad sacra munia exercenda omnibus ecclesiasticis, præcipue vero animarum pastoribus optimi, atque proficui esse poterunt.

Pro intelligenda sacra scriptura interpretatio præprimis desumenda est a sanctis patribus, deinde recurrere oportet ad quosdam meliores interpretes, uti sunt: Calmetus, Menochius cum notis Tournemini, Mariana, Maldonatus, Duhamelius, & propter additam versionem germanicam Cartierius, & denique Estius in loca difficiliora scripturæ, & in epistolas sancti Pauli.

Pro intelligendo, & explicando Catechismo Romano optime inservient: Natalis Alexandri Theologia dogmatica, & moralis, Catechismus Jacobi benigni Bossuetii Episcopi Meldensis, ejusdemque expositio doctrinæ Christianæ, quæ etiam germanice extat, Francisci Amati Pougeti institutiones catholicæ latin. Fleurii catechismus historicus germanice, & denique Petri Canisii Catechismus.

Pro sacris concionibus vero sunt legendi sancti Patres Chrysostomus, Augustinus, & Bernardus, pro popularibus vero sermonibus Natalis Alexandri expositio in Evangelia, ejusdemque commentarius in Epistolas canonicas, qui etiam præcepta & regulas ad Prædicatores conscripsit, Kravogel conciones pro toto anno, thesaurus Biblicus Merz.

Nunc sequuntur libri scolastici pro Theologia dogmatica & morali.

Præcipue sancti Patres, Jueninus, opera S. Thomæ, Analysis fidei Van Holden, summæ casum conscientiæ a sanctis Doctoribus Raymundo & Antonino conscriptæ, Melchior Canus de locis Theologicis, opera Opstrait. Valsecchius de fundamentis religionis, Hugo Grotius de veritate religionis, opera PP. Gazzenigæ, Gervasii, & Bertieri, summa Alexandrina S. Thomæ, moralia S. Gregorii, Genettus, Besombes, Raiffenstuel cum notis Flavii Ricci, manuale, & compendium Concine, Antoine cum notis Carboneanis, Godeau, ejusdemque imago pœnitentiæ, quæ etiam germanice extat,

CANONISTÆ.

Concilium Tridentinum, Doujat prænotiones canonicæ, Fleury institutiones canonicæ, Van-Espen, Riegger, Engel cum notis Barthel, Schmier una cum suo jure universali publico, Zollweil.

HISTORICI.

Fleury præcipue vero ejusdem discursus, & ejusdem *Sitten der Israeliten, und ersten Christen*, Natalis Alexander Graveson, Cabassatus, Berti historia ecclesiastica ejusdemque dissertationes.


RITUALISTÆ.

Gavant Meratus, Rituale Romanum, & Labacense, Pontificale, & cæremoniale Romanum, Baruffaldus, Rituale alletinum.

His alii libri spirituales, ascetici, & pro statu Ecclesiastico summopere utiles addi possunt, maxime vero pro illis, qui curam animarum exercent, & qui alios docere ac erudire debent.

Opera Benedicti XIV. Thomassinus de disciplina Ecclesiastica, opera S. Caroli Barromæi, & S. Francisci Salesii, Pastoralia S. Gregorii, ejusdemque homilliæ S. Chrysostomus de vita Sacerdotum, Merlohorstius septem tubæ, seu de vita Clericorum, opera Bosuetii, & Duguet, Marchantius hortus Pastorum, Rastignac Episcopi de pœnitentia & justitia Christiana, exstat etiam germanice, Cardinalis Denhoffen de Sacramento pœnitentiæ, Tachard de Sacramentis, Chardon Historia de Sacramentis, Giunchi de indulgentiis, dissertatio de insufficientia attritionis, Francisci a Puteo dissertatio de studiis ecclesiasticis, gratia victrix Augustiniana, breves notitiæ ad bonam directionem animarum, ac salutarem instructionem studiosorum disciplinæ moralis, Muratori de ingeniorum moderatione, de vera devotione, de charitate proximi, ejusdemque lyurgia, le Brun lyurgia, opera selecta S. Augustini, Thomas a Kempis juxta editionem Romanam Cardinalis Henriquez 1754. Cardinalis Bonæ manuductio ad cælum, Tourneux vita christiana, ejusdemque *Christliches Jahr*, Goll, *Weltpriesters in deutsch übersehter Römischer Catechismus samt den Auszug*, ejusdem *Leben Jesu Christi, der heiligen Jungfrau Maria, und deren heiligen Aposteln*. Item Auszug des Auszugs des alten Testaments. Wittola Pfarrers, geistlicher Gewissensrath, ejusdemque Auszug des alten Testaments. Possent & addi quam plurimi alii, sed hi enumerati abunde sufficientes erunt, neque imponimus, ut omnis de his omnibus sibi provideat.]

C. E. L.



NARODNA IN UNIVERZITETNA
KNJIŽNICA



00000422081

